

- I officina propria festivitatum pag 1 — 1798
- II tractus supplementum 461
- III officium sanctissimi cordis 474
- IV officina propria festivitatum 1807

Sirve para el uso de
Juliana Yárraz con
Licencia de la Santa Obediencia
Señor mio Jesucristo padre
dulzismo por el pozo que tu botu
querida madre quando tu la a
parciste la Sagrada Noche

OFFICIA PROPRIA
SANCTORUM,

QUORUM ALIA

JUSSU SUMMORUM PONTIFICUM IN ECCLESIA
generalitèr,

ALIA VERO GENERALITER IN SOLA HIS-
pania celebrantur.

ACCESSERUNT ALIQUA, A SANCTISSIMIS PRÆDE-
cessoribus nuper indulta;

*ACTANDEM OMNIA AB INNOCENTIO XIII.
Benedicto XIII. Clemente XII. & Benedicto XIV. PP.*

*MM. hucusque concessa: & in hac nova edi-
tione correctæ continentur etiam Officia una-
quæque in suo loco.*

AD FORMAM OFFICII NOVI REDACTA, ET AUC-
toritate Superiorum accuratè recognita.

PRAECEDUNT OFFICIA IMMACULATAE
Conceptionis, & S. Jacobi Apostoli.

Sib. M. 3

Anno M. DCC. XCVIII.

Superiorum permissu, ac privilegiis.
POMPELONE : APUD JOSEPH. DE RADA.

INDEX SANCTORUM, QUORUM OFFICIA IN HOC CODICE continentur.

*PRIMUS NUMERUS DIEM MENSIS:
Secundus Paginam indicant.*

Officium Immaculæ Conceptionis B. M. V. <i>pro singulis Sabbatis recitandum.</i>	pag. 1.
Officium S. Jacobi Ap. pro Ferijs secundis recitandum.	pag. 21.
Commune unius Martyris.	pag. 39.
Commune Martyrum Tempore Paschali.	pag. 42.
Commune Martyrum extra Tempus Paschale	pag. 43.
Commune Confessoris Pontificis.	pag. 44.
Commune Confessoris non Pontificis.	pag. 45.
Pro Doctoribus.	pag. 46.
Commune Virginum.	pag. 47.
Commune non Virginum.	pag. 48.

JANUARIUS.

Dominica secunda post Epiph. Festum Ss. Nominis Jesu: Duplex secundæ clas.	Pag. 49.
16. S. Fulgentii Ep. & Conf. dup.	Pag. 58.
19. S. Canuti M. sem. <i>ad libit.</i>	Pag. 61.
21. Ss. Fructuosi, Augurii, &c. Mm. dup.	Pag. 63.
23. S. Ildephonsi Archiep. & Conf. dup. 2. cl. cum oct.	Pag. 65.
23. S. Raymundi de Peñafort. sem.	Pag. 68.
26. S. Paulæ Vid. sem.	Pag. 70.
28. S. Juliani Ep. & Conf. dup. 2. clas. cum oct.	Pag. 72.
29. S. Valerii Ep. & Conf. dup.	Pag. 76.

30. Oct. S. Ildephonsi Ep. & Conf. dup.

Pag. 78.

FEBRUARIUS.

1. S. Cæciliæ Ep. & M. dup.	Pag. 81.
4 Oct. S. Juliani Ep. & Conf. dup.	Pag. 84.
6. S. Andreæ Ep. & Conf. dup.	Pag. 86.
8. S. Joannis de Math. Conf. dup.	Pag. 88.
10. S. Scolasticæ Virg. dup.	Pag. 90.
12. S. Eulaliæ Virg. & M. dup.	Pag. 92.
15. B. M. V. de Guadalupe. dup.	Pag. 95.

MARTIUS.

2. S. Rudesindi Ep. & Conf. dup.	pag. 101.
3. Ss. Hemetherij. & Celedonij Mm. dup.	pag. 103.
8. S. Joannis de Deo Conf. dup.	pag. 106.
13. S. Leandri Episc. et Conf. dup.	pag. 109.
14 S. Florentinæ Virg. dup.	pag. 114.
17. S. Patricij Ep. & Conf. sem.	pag. 116.
18. S. Gabrielis Arch. angeli dup. maj.	pag. 118.
18. S. Braulij Ep. & Conf. dup.	pag. 127.
19. S. Josephi Conf. dup. 2. clas.	pag. 129.
Officium septem Dolor. B. M. V. dup. maj.	pag. 137.

APRILIS.

4. S. Idori Ep. & Conf. dup. 2. clas.	pag. 154.
5. S. Vicentij Ferrer Conf. dup.	pag. 158.
14. B. Petri Gonzalez, S. Thelmi vulgo appellati.	pag. 160.
16. S. Taribij de Liebana Ep. & Conf. dup.	pag. 163.
21. S. Anselmi Archiep. & Conf. dup.	pag. 164.
24. S. Fidelis à Sigmaringa Protom. dup.	pag. 167.
27. S. Taribij. A. chiep. & Conf. sem.	pag. 170.
28. S. Prudentij Ep. & Conf. dup.	pag. 172.
Dom. III. post Pasch. Officium Patrocinijs. Josephi Conf. dup.	pag. 174.

MA-

MAJUS.

5. Conversio S. Augustini Ep. & Conf. dup.	pag. 183.
5. S. Pii V. Pap. & Conf. dup.	pag. 188.
10. S. Antonini Archiep. & Conf. sem.	pag. 189.
12. S. Dominici Calceatens. Conf. sem.	pag. 191.
13. S. Secundi Ep. & M. dup.	pag. 192.
13. S. Petri Regalati Conf. sem.	pag. 194.
15. S. Isidori Agricol. Conf. dup.	pag. 196.
15. S. Indaletii Ep. & M. dup.	pag. 201.
15. S. Torquanti Episc. et M. dup.	pag. 203.
15. S. Euphrasii Ep. & M. dup.	pag. 205.
16. S. Joannis Nepomuceni M. dup.	pag. 206.
16. S. Ubaldi Ep. & Conf. sem.	pag. 210.
17. S. Paschalis Baylon Conf. dup.	pag. 211.
23. Offic. Apparit. S. Jacobi Ap. dup.	pag. 215.
25. S. Gregorii VII. Pap. & Conf. dup.	pag. 222.
30. S. Ferdinandi Conf. dup. 1. clas. cum oct.	pag. 225.

JUNIUS.

3. Quinta dies infraoct. S. Ferdinandi.	pag. 227.
4. Sexta dies infraoct. S. Ferdinandi.	pag. 228.
5. Septima dies infraoct. S. Ferdinandi	pag. 230.
6. Octava S. Ferdinandi dup.	pag. 232.
10. S. Margaritæ Vid. sem.	pag. 235.
12. S. Joannis à S. Facundo Conf. dup.	pag. 236.
16. S. Joannis Francisci Regis Conf. sem.	pag. 238.
18. Ss. Mm. Cyriaci, & Paulæ Virg. dup.	pag. 240.
19. S. Julianæ de Falcon. Virg. dup.	pag. 243.
21. S. Aloysii Gonzag. Conf. dup.	pag. 245.

JULIUS.

5. B. Michaelis à Sanctis Conf. dup.	pag. 248.
8. S. Elisabeth Reg. Portug. dup. 2. cl. cum oct. p.	pag. 251.
15. Oct. S. Elisabeth Vid. dup.	pag. 258.

15.

15. S. Camilli de Lellis Conf. dup.	pag. 261.
16. Festum Triumphi S. Crucis, dup. maj.	pag. 264.
16 Com. B. M. V. de Monte Carmel. dup.	pag. 271.
19. Ss. Justæ, & Rufinæ soror. Virg. & Mm. dup.	p. 276.
19. S. Vincentii à Paulo Conf. dup.	pag. 279.
20. S. Liberatæ V. & M. dup. 2. clas.	pag. 282.
20. S. Hieronymi Æmiliani Conf. dup.	pag. 285.
24. Vigilja S. Jacobi Ap.	pag. 289.
25. S. Jacobi Apostoli, dup. 1. clas.	pag. 289.
27. S. Pantaleonis M. sem.	pag. 290.

AUGUSTUS.

1. Octava S. Jacobi Apost.	pag. 294.
2. S. Petri Ep. Oxomensis, & Conf. dup.	pag. 294.
9. Ss. Mm. Justi, & Pastoris, dup. 2. clas.	pag. 297.
12. S. Claræ Virg. dup.	pag. 305.
21. S. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal dup. p.	307.
23. S. Philippi Benitii Conf. dup.	pag. 309.
27. S. Theresiæ Secundo, dup.	pag. 311.
27. S. Joseph Calasantii Conf. dup.	pag. 313.
30. S. Rosæ à Sancta Maria Virg. dup.	pag. 316.
31. S. Raymundi Nonnat. Conf. dup.	pag. 317.

SEPTEMBER.

2. S. Antonini Martyris, dup.	pag. 319.
2. S. Stephani Hungariæ Regis Conf. sem.	pag. 322.
4. S. Rosaliæ Virg. sem.	pag. 324.
5. Comm. S. Juliani Ep. & Conf. dup.	pag. 326.
5. S. Laurentii Justiniani Ep. & Conf. sem.	pag. 326.
Dom. infra oct. Nativit. B. M. V. Fest. Ss. No-	
minis B. M. V. dup. maj.	pag. 329.
Dom. III. Sept. Fest. Dolor. B. M. V. dup. maj.	pag. 332.
18. S. Thomæ de Villanova, Ep. & Conf. dup.	pag. 340.
18. S. Joseph à Cupertino Conf. dup.	pag. 342.

24. Offic. B. M. V. de Mercede, dup. maj.	pag. 347.
25. S. Mariæ Cævel. Virg. dup.	pag. 349.
28. B. Simonis de Roxas Conf. dup.	pag. 351.
28. S. Uvenceslai M. sem.	pag. 353.

OCTOBER.

Dom. I. Octobris post ejus Kalendas. Feste.	
Ss. Rosarii B. M. V. dup. maj.	pag. 355.
1. S. Remigii Ep. & Conf. sem. ad libit.	pag. 357.
5. S. Froylani Ep. & Conf. dup.	pag. 357.
10. S. Francisci Borgia Conf. dup. 2. clas.	pag. 359.
10. S. Ludovici Bertrandi Conf. dup.	pag. 361.
12. Fest. B. M. V. de Columna, dup. maj.	pag. 363.
13. S. Eduardi Conf. sem.	pag. 364.
17. S. Heduvigis Vid. sem.	pag. 366.
20. S. Joannis Cantii Conf. dup.	pag. 368.
22. S. Salome Vid. dup. maj.	pag. 371.
23. S. Petri Paschasij Ep. & M. dup.	pag. 375.
23. Ss. Servandi, & Germani Mm. dup.	pag. 376.
24. S. Raphaelis Archangeli, dup.	pag. 378.
25. Ss. Gavini, Prothi, &c. Mai. dup.	pag. 387.
25. S. Fructi Conf. dup.	pag. 389.
29. S. Narcisi Ep. & M. dup.	pag. 396.

NOVEMBER.

Dom. aliqua Novembris, Patrocinium B.	
M. Vtg. dup. majus.	pag. 400.
3. Ss. Innumerabilium Mm. Cæsarug. dup.	pag. 401.
9. Dedicat Basilicæ Salvatoris. dup.	pag. 403.
10. S. Andreæ Avellini Conf. sem.	pag. 403.
13. S. Didaci Conf. sem.	pag. 406.
15. S. Eugenij Ep. & M. dup.	pag. 407.

15. S. Gertrudis Virg. dup.	pag. 409.
17. Ss. Aciscli, & Victoriæ Mm. dup.	pag. 410.
19. S. Elisabeth Viduæ. dup.	pag. 413.
20. S. Felicis de Valois Conf. dup.	pag. 414.
24. S. Joannis à Cruce Conf. dup.	pag. 416.
26. Desponsat. B. M. V. dup.	pag. 418.

DECEMBER.

4. S. Barbaræ Virg. & M. dup.	pag. 423.
5. S. Petri Chrysòlogi Ep & Conf. dup.	pag. 424.
8. Fest. Immaculat. Concep. B. M. V. Patron. Hisp. dup. r. clas. cum oct.	pag. 427.
10. Fest. Translat. Almæ Domus B. M. V. dup.	pag. 428.
10. S. Eulaliæ Emeritens. Vir. & M. dup.	pag. 437.
15. Oct. Immaculat. Concep. B. M. V. dup.	pag. 444.
16. S. Eusebij. Ep. & M. sem.	pag. 445.
20. S. Dominici Silens, Abbat. dup.	pag. 447.
30. Translat. S. Jacobi Ap. dup.	pag. 449.

OFFI-



OFFICIUM

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

B. MARIÆ VIRGINIS,

OMNIUM DOMINIORUM CATHOLICO HISPANIA-
rum Regi subjectorum

PATRONÆ PRINCIPALIS.

Quod singulis Sabbatis festo duplici, vel semiduplici, non impeditis ab omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui in eisdem Dominiis ad Horas Canonicas tenentur, sub Ritu Semidup. (exceptis tamen temporibus Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum etiam sine jejuniis, ac illis Sabbatis, in quibus secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ, aut de festo duplici, vel semiduplici translato) recitari posse, ac valere, Clemens Papa XIII. die 14. Martii 1767. concessit, & indulisit.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Sicut lilium inter spinas,
sic amica mea inter filias Adæ.

Psalmi consueti de Sancta Ma-

ria, ut in ejus Officio parvo.

Añã. Tota pulchra es Maria, & macula non est in te.

Añã. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Añã. Vox enim tua dulcis, & facies illa

A

tua

tua decora nimis. *Añã.* Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, in ixa supra dilectum Filium?

Capitulum. Prov. 8. b.

EGO diligentes me diligo: & qui mané vigilant ad me, invenient me. In viis iustitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. Ave Maris stella, ut in officio parvo B. M. Virg.

ψ. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti.

℞. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

QUAM pulchri sunt greges tui, filia Principis! Collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui divini, & comæ capitis tui sicut purpura Regis. QUAM pulchra es, & quam decora charissima! Alleluia.

Oratio.

DEUS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus; ut, qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti: nos

quoque mundos ejus intercessionem ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Completorium, & alias Horas in fine omnium Hymnorum dicitur: Jesu tibi sit Gloria, qui natus es de Virgine.

In temp. Pasch. Noct. dicunt sub una, & prima Añã, cui uti & ψ. ψ. & ℞. ℞. addit. Allel.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

IMACULATAM Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, * Christum ejus præservatorem adoremus Dominum.

Psalmus. Venite, exultemus. 2. *Hymnus.* Quem terra, ut in Officio Parvo B. M. Virg.

IN I. NOCTURNO.

Antiphona.

MULTÆ filie congregaverunt sibi divitias, tu vero supergressa es universas.

Psalmus. Domine Dominus noster, cum reliquis ut in ejus Officio parvo.

Añã. Surrexerunt filij ejus, & beatissimam prædicaverunt; vir ejus, & laudavit eam.

Psalmus. Coeli enarrant.

Añã. Fortitudo, & decor indumentum ejus, byssus, & pur-

purpura vestis illius. *Psalm.* Domini est terra. ψ. Liberasti me Domine ex ore leonis. ℞. Et á cornibus unicornium humilitatem meam.

Pater noster. Absolutio: Exaudi Domine. ψ. Jube domine. *Benedictio.* Benedictione perpetua.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

℞. 1. Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam: ego in cœlis feci, ut oriretur lumen indeficiens: * Et sicut nebula texi omnem carnem. ψ. Gyrum cœli circuii sola, & profundum abyssi penetravi, & in omni populo, & in omni gente primatum tenui. Et sicut. *Benedictio.* Unigenitus Dei Filius.

℞. 2. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & á generationibus meis implemini. * Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & favum: ψ. Qui audit me, non confundetur: & qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Spiritus. Benedictio.* Spiritus Sancti gratia.

℞. 3. Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo: * Per me

3. Reges regnant, per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam. ψ. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me, invenient me. Per me Reges. Gloria Patri. Per me Reges.

IN II. NOCTURNO.

Antiphona.

QUID videtis in Sulámitè, nisi choros castrorum?

Psalmus. Eruistavit. *Añã.* Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina peccatorum obruent Mariam. *Psalmus.* Deus noster. *Añã.* A custodia matutina usque ad noctem speravit Maria in Domino: quia copiosa apud eum redemptio. *Psalmus.* Fundamenta ejus. ψ. Eruisti á framea, Deus, animam meam. ψ. Et de manu canis unicam matrem meam. *Pater noster. Absolutio.* Ipsius pietas. ψ. Jube domine. *Benedictio.* Deus Pater omnipotens.

In secundo Noct. lectiones, ut infra per menses assignatæ.

ψ. 4. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea, pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis: * Faciamus adjutorium simile sibi.

4
bi. *ψ.* Eò quod castitatem amaveris, virumque nescieris; idè & manus Domini confortabit te, & eris benedicta in æternum. Faciamus. *Benedictio.* Christus perpetuæ.

R. 5. Fac tibi arcam de lignis lævigatis, ruptique sunt fontes abyssi magnæ. * Et factum est diluvium peccati super omnem terram. *ψ.* Arca verò Deifera elevata est in sublime, & ferebatur super aquas, opertique sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum est. *Benedictio.* Ignem sui amoris.

R. 6. Fiat mihi Sanctuarium; & habitabo in medio eorum. Arcam de lignis setim compingite: & deaurabis eam auro mundissimo intus, & foris. * Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. *ψ.* Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et pones super. Gloria Patri. Et pones super.

IN III. NOCTURNO.

Antiphona.

QUÆ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromátibus mirrhæ, & thuris;

& universi pulveris pigmentarii?

Psalmus. Cantate. *Añã.* Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constravit. *Psalmus.* Dominus regnavit, exultet. *Añã.* Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? *Psalmus.* Cantate. *ψ.* Verè Dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam. *R.* Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.

Pater noster. *Absolutio.* A vinculis. *ψ.* Jube domne. *Benedictio.* Evangelica lectio, *In III. Noct, Lectiones, ut infra per menses assignatæ.*

R. 7. Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis; quid habes Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus, noli timere, non morieris: * Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. *ψ.* Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis á frigore nivis. Non enim *Benedictio.* Cujus festum colimus, ipsa Virgo Virginum intercedat pro nobis ad Dominum. *R.*

R. 8. Filius meus parvulus est, & delicatus: Domus, quam ædificari volo, talis esse debet, ut in eunctis nationibus nominetur. * Et ob hanc causam ante mortem suam omnes preparavit impensas. *ψ.* Elegi, & sanctificavi locum istum; ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi eunctis diebus. Et ob hanc. Gloria Patri. Et ob hanc. *Benedictio.* Ad societatem.

AD LAUDES, ET PER Horas.

Antiphona.

Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis.

Añã. Hæc est domus Domini firmiter ædificata: benè fundata est supra firmam petram. *Añã.* Fundavit eam Altissimus, qui super maria fundavit eam, & super flumina præparavit illam. *Añã.* Dominus custodivit te ab omni malo, Maria; custodivit animam tuam, introitum tuum, & exitum tuum in sæculum. *Añã.* Fluminis impe-

5
tus latificat Civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Capitulum. Prov. 8. b.

EGO diligentes me diligo; & qui manè vigilaunt ad me, inveniunt me. In viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. O gloriosa Virginum. *ψ.* Non accedet ad te malum. *ψ.* Neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

Quam pulchra es amica mea, columba mea, Immaculata mea! & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata, alleluya.

ORATIO.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus; ut, qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti: nos quoque mundos ejus intercessionem ad te pervenire con-

cedas. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Primam in x. brevi dicitur. Qui natus es de Maria Virgine.

AD TERTIAM.

HÆC est domus Domini. *Antiphona.*
Capitulum. Ego diligentes, ut supra.

R. breve: Liberasti me Domine. * Ex ore Leonis. Liberasti me. *Ps.* Et á cornibus unicornium humilitatem meam. Ex ore leonis. Gloria Patri. Liberasti me. *Ps.* Eruiisti á framea, Deus, animam meam. *R.* Et de manu canis unicam matrem meam.

AD SEXTAM.

Fundavit eam. *Antiphona.*

Capitulum. Ezech. 44.

Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam; eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea.

R. breve. Eruiisti á framea, Deus animam meam. Erui-

ti. *Ps.* Et de manu canis unicam matrem meam. Deus. Gloria Patri. Eruiisti. *Ps.* Verè Dominus est in loco sancto isto, et ego nesciebam.

R. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta coeli.

AD NONAM.

Fluminis impetus. *Antiphona.*

Capitulum. Prov. 8. d.

Beatissimus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem á Domino.

R. breve. Verè Dominus est in loco sancto isto. * Et ego nesciebam. Verè. *Ps.* Non est hic aliud, nisi Domus Dei, & porta coeli. Et ego. Gloria Patri. Verè. *Ps.* Scalam vidit Jacob, cujus cacumen coelum tangebant. *R.* Angelos quoque descendentes, qui eam lumine replebant.

IN II. VESPERIS.

Antiphona.

Nihil est candoris, nihil est splendoris, nihil est

vix-

virtutis, quod non resplendeat in Virgine gloriosa.

Psalmi ut in primis Vesperis.

Añã. Quæ neque serpentis persuasione decepta, nec ejus venenosis afflatibus infecta est. *Añã.* Hanc, quam tu despicias, Manichæe, mater mea est, & de manu mea fabricata. *Añã.* Decuit Virginem ea puritate nitere, quam major sub Deo nequit intelligi. *Añã.* Hæc est virgo, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

Capitulum. Ego diligentes.

Hymnus. Ave maris stella.

Ps. Domine, dilexi decorem domus tuæ. *R.* Et locum habitationis gloriæ tuæ.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Unica est columba mea, una est perfecta mea, una est genitricis suæ electa: viderunt eam animæ sanctæ, & Immaculatam prædicaverunt, alleluia.

Oratio, ut supra.

MENSE FEBRUARII.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lectio IV.

Qualis, & quanta esset beata, & gloriosa semper Virgo Maria, ab Angelo divinitus declaratur, cum dicitur: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Talibus namque decebat Virginem oppignorari muneribus, ut esset gratia plena, quæ dedit coelis gloriam, terris Dominum, pacemque refudit, fidem gentibus, finem vitiiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Et bene plena, quia ceteris per partes præstatur: Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ. Verè plena, quia etsi in Sanctis Patribus & Prophetis gratia suis se creditur, non tamen eatenus plena; in Mariam verò totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit, quamquam aliter. Et idè, inquit, Benedicta tu in mulieribus; id est, plus Benedicta, quam omnes mulieres. Ac per hoc quid-

quidquid maledictionis infusum est per Evam, totum abstulit benedictio Mariæ.

R. Equitatu.

Lectio V. Cap. 2. & 4.

DE ipsa Salomon in Canticis, quasi in laudem ejus: Veni, inquit, columba mea, immaculata mea. Jam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. Ac deinde inquit: Veni de Libano veni, coronaberis. Non immerito igitur venire de Libano jubetur, quia Libanus candidatio interpretatur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata nive candidior Spiritus Sancti muneribus, simplicitatem columbæ in omnibus repræsentans: quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum veritas & gratia fuit, totum misericordia, & justitia, quæ de celo prospexit: & ideò immaculata, quia in nullo corrupta.

R. Fac tibi.

Lectio VI.

Circumdedit enim virum in utero, sicut Jeremia: sanctus testatur, & non aliunde accepit. Faciet, in-

quit, Dominus novum super terram, & mulier circumdabit virum. Verè novum, & omnium novitatum supereminens novitas virtutum, quando Deus (quem ferre non potest mundus, neque videre aliquis, ut vivere possit) sic ingressus est hospitium ventris, ut corporis claustrum nesciret: sicque gestatus, ut totus Deus in eo esset: & sic exivit inde, ut esset (sicut Ezequiel fatetur) porta omnino clausa. Unde canitur in eisdem Canticis de ea: Hortus conclusus, fons signatus; emissiones tuæ paradysus. Verè hortus deliciarum, in quo consita sunt universa florum genera, & odora menta virtutum, sicque conclusus, ut nesciat violari, neque corrumpi ullis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis.

R. Fiat mihi.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII. cap. II. d.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens

vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

materiam ministrasse, verum consubstantialemque matri filium hominis fateri non debere dixerunt.

R. Filius meus.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lectio IX.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. II.

Magnæ devotionis, & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis, & Phariseis Dominum tentantibus, simul, & blasphemantibus, tanta ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut & præsentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam.

R. Omnes moriemini.

Lectio VIII.

NAM sicut tunc Judæi, Sancti Spiritus opera blasphemando, verum, consubstantialemque Patri Dei Filium negabant: sic hæretici postea negando, Mariam semper Virginem, Sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris unigenito Dei, carnis suæ

Sed si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis à carne Virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa, venter qui eam portasset, ubera quæ lactassent, beatificentur. Dicit autem Apostolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere: factum sub lege. Neque audiendi sunt, qui legendum putant: Natum ex muliere, factum sub lege; sed factum ex muliere; quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne: alioquin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine.

Te Deum laudamus.



IN MENSIBUS MARTII, & APRILIS.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Tom. 10. in Serm. 16 de Temp. qui est 12. in Nativitate Domini, post med.

Leſtio IV.

Veritas, de terra orta est, & justitia de coelo prospexit. Nam cum ille de terra ortus est, hoc est, de carne natus est, qui de coelo venit, & super omnes est: proculdubio cum ascendit ad Patrem, etiam justitia de coelo prospexit. Hanc enim justitiam verbis suis ipse commendat in promittendo Spiritum Sanctum. Ipse, inquit, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: de justitia verò, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me. Hæc est justitia, quæ de coelo prospexit. A summo enim

coelo egressio ejus, & occursum ejus usque ad summum ejus.

℞. Equitatum meo.

Leſtio V.

NE verò quisquam contemneret veritatem, quia de terra orta est: cum sicut sponsus processit de thalamo suo, id est, de utero virginali, & propter similitudinem carnis peccati nihil amplius Christum, quam hominem crederet, cum dictum esset: Tamquam Sponsus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currendam viam: continuò subjunctum est: A summo coelo egressio ejus. Grande nobis mysterium, divina majestas in Adæ figura præmisit. Sicut enim Deus noster cum primum Adam facere vellet, non ex conjunctione viri, ac mulieris hominem, ut esset, effecit, sed accipiens terram, inde hominem divina quadam arte formavit: ita sine viri conjunctione Deum in virginali alvo incorporari dispensavit.

℞. Fac tibi.

Leſtio.

Leſtio VI.

ERgo si tuac licuit hominem sine homine nasci, cur non licuit hominem sine homine per Mariam Virginem procreari! Quoniam sicut Adam ex terra virgine figuratus est; ita, & Christus ex Virgine natus agnoscitur. Ibi tunc status Dei de terra vivum hominem surgere fecit ad vitam: hæc mundum Spiritus Sanctus de Maria Virgine Christum hominem figuravit: in quo Deus ad reparationem hominis habitaret. Adam enim ibi tunc nascitur; hæc renovatur, & resuscitatur in Christo. Fuit similis reparatio, quomodo fuit & hominis creatio. Denique sicut tunc in alvo terræ Salvator Adæ membra composuit: sic etiam nunc in Virginitatis alvo Christus sua membra composuit.

℞. Fiat mihi.

IN III. NOCTURNO.

Leſtio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Leſtio VII cap. 11. d.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens

II vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 49. super Luc. 11.

UNde idem Apostolus in exordio Epistolæ suæ ad Romanos scribit, Filium Dei factum esse ex semine David secundum carnem. Paulus, inquit, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus segregatus in Evangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Etsi enim in quibusdam Latinis exemplaribus non legitur, factus, sed Natus ex semine David: Cum Græca Factus, habeant, unde non ad verbum, sed ad sententiam transferre voluit, dicendo Natus, Latinus interpretes, tamen Christum ex semine David esse secundum carnem omnium librorum, atque linguarum concordat auctoritas.

℞. Omnes moriemini.

Lectio viii.

ET nos igitur his contra Eutychem dictis extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cujus hæc mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turbamus, dicamusque Salvatori: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ, sicut quidam ait: Enixa est puerperam Regem; qui coelum, terramque tenet per sæcula: cujus nomen, & æterno complectens omnia gyro imperium, sine fine manet: quæ ventre beato gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem.

℞. Filius meus.

Lectio IX.

AT ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Pulchrè Salvator atestationi mulieris annuit, non eam tantummodo, quæ Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes, qui idem Verbum spiritualiter auditu fidei concipere, & boni ope-

ris custodia, vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint; asseverans esse beatos, quia & eadem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multo beatior, quia ejusdem semper amandi custos manebat æterna. Qua sententia sapientes Judæorum clam percudit, qui Verbum Dei non audire, & custodire, sed negare, & blasphemare querebant.

Te Deum laudamus.

IN MENSIBUS MAII
& Junii.

IN II. NOCTURNO.

De Expositione Sancti Gregorii Papæ in libros Regum.

In 1. Reg. 1.

Lect. IV.

Fuit vir unus de Ramathaim-sophim, de montis Ephraim. Potest hujus montis nomine beatissima semper Virgo Maria Dei genitrix designari.

signari. Mons quippè fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem, electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros usque ad solium Deitatis erexit? Hujus enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans, ait: Erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippè in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes sanctos refulsit. Nam sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem.

℞. Equitatu meo.

Lectio V.

Mons quippè, & domus aptè dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis, Dei Unigenito in quo recumberet, sacrum præparavit uterum. Nam mons in vertice montium Maria non fieret, si supra Angelorum altitudinem, hæc divina fecunditas non levaret. Et domus Domini non fieret, si in ejus ventre, per as-

sumptam humanitatem, Verbi divinitas non jaceret. Sed rectè mons Ephraim, id est frugifer dicitur, de qua optimus fructus, id est, novus homo generatur. Quam certè in fecunditatis suæ gloria pulchram, ornatamque Prophetam respiciens ait: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.

℞. Fac tibi arcam.

Lectio VI.

DE hujus namque montis fructu David Deo exultans ait: Constitute tibi populi Deus: constitute tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. Terra quippè fructum suum dedit, quia quem Virgo peperit, non concepit maritali opere, sed Sancti Spiritus obumbratione. Hinc eidem Regi, & Prophetæ à Domino dicitur: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hinc Isaias ait: Erit fructus terræ sublimis. Nam quem Virgo genuit, non solum homo sanctus fuit, sed etiam potens Deus. De hoc fructu ad eandem Beatam Virginem, Elisabeth salutante, dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & ben-

nedictus fructus ventris tui.
R. Fiat mihi.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lect. vii. Cap. xi. d.

IN illo tempore : Loquente Jesu ad turbas , extolens vocem quãdam mulier de turba , dixit illi : Beatus venter , qui te portavit . Et reliqua .

De Homilia Sancti Bonaventuræ Episcopi.

Super Lucæ II.

Post expressionem fraudis Judaicæ , & reprobationem fraudis expressæ , subdit hic Evangelista commendationem , veritatis apertæ . Et hoc quidem conveniens erat , ut manifestata veritate , veritas ipsa seipsam manifestans , laudaretur manifestè coram tota multitudine . In descriptione autem hujus commendationis laudativæ tria introducantur . Primum est conditio personæ laudantis . Secundum est expressio laudis

divinæ . Tertium est approbatio laudis expressæ .

R. Omnes moriemini.

Lectio viii.

Duplex autem notatur conditio in persona laudante , scilicet , virilitas , & modicitas . Virilitas notatur in hoc , quod vocem extolebat , secundum illud Isaïæ : Exalta in fortitudine vocem tuam , qui evangelizas Jerusalem : exalta , noli timere . Modicitas in hoc , quod quãdam mulier non nominata , nec nobilis , sed de turba , ut impleretur illud Psalmistæ : Pauper , & inops laudabunt nomen tuum . Ex quo apparet , quod laudator divini nominis non debet esse timidus , ut laudare non audeat ; nec timidus , ut laudare erubescat , sed virilis , & humilis .


R. Filius meus.

Lectio IX.

Undè cum quidam ex timore tacerent , quidam blasphemarent ex superbia , & timore : hæc mulier humilis , & virilis , nec tacuit cum timidus , nec vituperavit cum blasphemis . Magna ejus fiducia ,

quia , quæ inter blasphemos confitetur Dei Filium . Idè poterat ei dici illud , quod dictum est à Domino mulieri Chananæ : O mulier ! Magna est fides tua , quæ scilicet tantum te fortificavit : cum in Proverbiis dicatur : Mulierem fortem quis inveniet ? In te verificatum est illud Ecclesiastici : Fundamenta æterna supra petram solidam , sic mandata Dei in corde mulieris sanctæ .

Te Deum laudamus .



IN MENSIBUS Julii , Augusti , & Septembris .

IN II. NOCTURNO.

Ex Libro Sancti Augustini Episcopi.

De Genesi contra Manichæos .

Lectio IV.

Dominus noster Jesus Christus (ut inquit Apostolus) factus est ex semine David secundum carnem , id est , tamquam de limbo terræ , cum homo non

esset , qui operaretur in terra ; quia nullus homo operatus est in Virgine , de qua natus est Christus . Fons autem ascendebat de terra , & irrigabat omnem faciem terræ . Facies terræ , id est , dignitas terræ mater Domini Virgo Maria rectissimè accipitur , quam irrigavit Spiritus Sanctus , qui fontis , & aquæ nomine in Evangelio significatur : ut qualis Adam de limo terræ , talis homo ille feret . Qui constitutus est in paradiso , ut operaretur ibi , & eustodiret , id est , in voluntate Patris ; ut eam impleret , atque servaret .

R. Equitatu meo .

Ex libro ejusdem de natura , & gratia contra Pelagianos .

Lectio V.

Cum de peccatis agitur , de Sancta Virgine Maria , propter honorem Domini , nullam prorsus habere volo quæstionem . Inde enim scimus , quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum ; quod concipere , ac parere meruit eum , quem constat nullum habuisse peccatum . Hac ergo Virgine excepta ,

si omnes illos Sanctos, & Sanctas, qui in Scripturis sanctis non modò non peccasse, verum etiam justè vixisse referuntur, cum hìc viverent, congregare possemus, & interrogare, utrum essent sine peccato: quid fuisse responsuros putamus? Quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si interrogari potuissent, una voce clamassent illud quod ait Joannes Apostolus: si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

℞. Fac tibi arcam.

Ex libro Sancti Ildephonsi Archiepiscopi Toletani.

Contra eos, qui disputant de Virginitate, & Parturitione Beatæ Mariæ.

Antiph. Lectio VI.

Totum quidquid in Maria fuit, possedit Spiritus Sanctus, quoniam virtus Altissimi eam obumbravit. Quod si virtus Altissimi ab omni æstu peccati eam obumbravit in conceptu, & in partu, sicut ab omni æstu libidinis libera fuit, ita & ab omni præsura maledictionis, non ex sese, sed ex virtute

Altissimi immunis, & aliena fuit. Quapropter cogitent isti disputatores naturarum leges, cogitent & divinarum rerum virtutem: quia non ex natura rerum divine leges pendent, sed ex divinis legibus naturæ rerum, & leges manare probantur.

℞. Fiat mihi.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lect. VII. cap. 11. d.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De Homilia Sancti Bonaventuræ Episcopi.

In Comment. super Luc. 11.

Laudat hæc mulier Christum Dei Filium, extollens laudis ejus præconium ex beatitudine matris: quasi dicat: Beata Mulier, que portavit tam bonum Filium. Et rectè, quia decebat sexum feminæ sic laudare. Nec tantùm feminas, immò etiam viros. Nam suprâ di-

xix

xix Virgo: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Fuit autem venter Virginis beatus propter tria privilegia, quia (ut dicit Bernardus) fuit sine corruptione foecunda, sine gravedine gravida, & sine dolore puerpera. Unde dici potest illud Isaia: Quis audivit unquam tale? Et quis vidit huic simile?

℞. Omnes moriemini.

Lectio viii.

Fuit etiam beatus propter tria miracula. Primum est conjunctio infinitè distantium. Deus enim ibi factus est homo, Creator, creatura, immensus parvus, Verbum, infans, Æternus, temporalis, secundum illud Joannis: Et Verbum caro factum est. Secundum miraculum est, quia qui fecit ventrem, factus est in ventre: Unde in Psalmis dicitur: gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei. Et post: Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Tertium miraculum, quia qui continet omnia, continetur in ventre: & ille ibi capitur, quem totus non capit orbis. Unde cantat Ecclesia:


Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

℞. Filius meus.

Lectio IX.

NEC tantum beatificat ventrem propter portationem, sed ubera propter lactationem, cum subjungit: Et ubera, quæ suxisti. Ex quo datur intelligi, quod à solis uberibus Beatissimæ Virginis lactatus fuit. Quod designatum fuit in Moyse, qui lactari (ut dicitur) noluit à muliere Ægyptiaca. Et ideo quæsita fuit mulier Hebræa, scilicet mater propria, sicut in Exodo legitur. Ideo autem junxit ista duo, ut ostenderetur Virgo Maria fuisse Mater Christi vera, & perfecta: quia non solum genuit, sed & educavit, & sicut verè educavit, ita verè genuit.

Te Deum laudamus.



ET

IN

IN MENSIBUS OCTOBRIS, NOVEMBRIS, & DECEMBRIS.

IN II. NOCTURNO.

Ex Libro Sancti Anselmi Episcopi.

De Excellentia Virginis.

Lectio IV.

SUMMA Dei sapientia nullam in massa creationis humanæ viam invenit, per quam (ut disposuerat) in mundum veniens, tam lucuosæ perditioni subveniret, donec ad istam, de qua loquimur, Virginem ventum esset. Sed hæc, mox ubi in mundum per humanæ generationis lineam venit, tanta omnis boni virtute, & constantia perfectè resplendit, ut eam ipsa sapientia Dei verè dignam judicaret, per quam in homine veniens, non modò reatum primorum hominum, sed & totius mundi peccata deleteret, & diabolum sui operis inimicum cum suis elideret,

nec non damna coelestis patriæ illud hominem deducendo redintegraret.

℞. Equitatu meo.

Ex libro ejusdem de Conceptu Virginali.

Lectio V.

DECEBAT ut Christi conceptio de Matre purissima fieret. Nempè decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret: cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum tamquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris, & Virginis Filius, & quam ipse Filius substantialiter facere sibi matrem eligebat, & de qua Spiritus Sanctus volebat, & operaturus erat, ut conciperetur, & nasceretur ille, de quo procedebat.

℞. Fac tibi arcam.

Ex dictis diversorum Sanctorum.

Ex Præbyteris Achaia, ut refert Aloysius Lipomanus.

Lectio VI.

ANDREAS Apostolus: Quo modo de immaculata

ter-

terra factus fuerat homo primus, necessarium fuit, ut de Immaculata Virgine natus Christus, vitam æternam, quam omnes perdidierant, repararet. Augustinus: Sicut primus Adam de limi materia figuratus est, ita secundus Adam, quasi de intacta, ac rudi terra, de Virginis carne formatus est. Hieronymus: Hæc est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, ad quam nulli potuerunt doli irrumperere, nec prævaluit fraus inimici, sed permansit sancta mente, & corpore, multis donorum privilegiis sublimata. Idem in Psalmos: Pulchrè Propheta appellat Virginem, nubem diei. Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. Anselmus: O benedicta super mulieres, quæ Angelos vincis puritate, & Sanctos superas pietate.

R. Fiat mihi.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII. cap. II. d.

IN illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens

vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De Homilia Sancti Bonaventuræ Episcopi.

In Comment. super Luc. II.

AT ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei. Hoc non dixit adversando, sed potius superaddendo, quasi diceret: Non solum beatus venter, qui portavit me Verbum caro factum, verum etiam beatior, qui suscipit verbum à me prolatum. Unde & Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne; verum etiam beatior, quia ipsum perfectissimè gestavit in mente secundum quod dicit Augustinus: Beatior fuit Maria concipiendo fidem Christi, quàm carnem Christi. Beatus est enim omnis, qui audit, & obedit: secundum illud ipsius Domini apud Joannem: Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Et ideo subdit: Et custodiunt illud.

R. Omnes moriemini.

C 2

Lect.

Lectio VIII.

IN quo verbo Christus no-
luit laudari matris cogna-
tionem carnalem per se (nam
& supra Joannes dixit Judæis:
Ne cœperitis dicere: patrem
habemus Abraham) sed spiri-
tualem; quia sanctior est co-
pula mentium, quàm corpo-
rum. Et ideo cùm quærerent
eum mater, & fratres ejus, di-
xit: Quicumque fecerit vo-
luntatem patris mei, qui in
cœlis est, ipse meus frater, so-
ror, & mater est. Et prop-
ter hoc Virgo Maria fuit lau-
dabilis in concipiendo, quia
fide concepit. Et ideo dixit
ei Elisabeth: Beata, quæ cre-
didisti, quoniam perficien-
tur ea, quæ dicta sunt tibi
à Domino.

R. Filius meus.

Lectio IX.

EX quo apparet mira
commendatio veritatis,
quæ omnes sibi adhærentes
beatos efficit: non solum ad-
hærentes carnali cognatione,
ut Virgo Maria; verum etiam
spirituali dilectione, sicut quæ-
libet anima sancta. Ut enim
dicit Augustinus: Beatitudo
est gaudium de veritate. Ad
quod gaudium devenient, qui
veritatem audiunt, diligunt,
& faciunt, secundum illud
Ecclesiastici: Qui audit me,
non confundetur: & qui ope-
rantur in me, non peccabunt.
Qui elucidant me, vitam
æternam habebunt.

Te Deum laudamus.

In Suffrag. SS. omit. coram
B. M. V.

OF.

OFFICIUM
SANCTI JACOBI APOSTOLI,
RECITANDUM IN FERIIS SECUNDIS NON IMPEDI-
tis. Semiduplex.

Añã. Misit Heródes Rex
manus, ut affligeret quosdam
de Ecclesia: occidit autem
Jacobum, fratrem Joannis,
gladio.

Ps. In omnem terram exi-
vit sonus eorum. *R.* Et in fines
orbis terræ verba eorum.

Tempore Pasch. additur Al-
lel. *in fine Añæ. supradictæ.*
*Versus autem dicitur, ut se-
quitur.*

V. Sancti, & justi in Domino
gaudete, allel. *R.* Vos elegit
Deus in hæreditatem sibi, allel.

ORATIO.

ESto Domine, plebi tuæ
sanctificator, & custos;
ut Beati Jacobi Apostoli tui
munita præsiidiis, & conver-
satione tibi placeat, & securam
mente deserviat. Per Domi-
num.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Apostolorum

Dominum: * Venite adore-
mus.

Tempore Pasch. additur Allel.
Psalm. Venite exultemus.

Per annum Hymnus.

ÆTerna Christi múnera,
Apostolorum gloriam,
Palmas, & hymnos débitos,
Lætis canámus méntibus.

Ecclesiarum Principes,
Belli triumphales Duces,
Cœlestis aulæ mílites,
Et vera mundi lúmína.

Devota Sanctorum fides,
Invicta spes credéntium,
Perfecta Christi cháritas,
Mundi tyranum cónterit.

In his paterna gloria,
In his triumphat Fílius,
In his voluntas Spíritus,
Coelum repletur gaudio.

Patri, simulque Filio,
Tibique Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter

Se-

Seclum per omne gloria.
Amen.

Temp. Paschali, Hymnus.

TRistes erant Apostoli
De Christi acerbo funere,
Quem morte crudelissima,
Servi necarant impii.
Sermone verax Angelus
Mulieribus prædixerat:
Mox ore Christus gaudium
Gregi feret Fidelium.
Ad anxios Apostolos
Currunt statim dum nuntia
Illæ micantis obvia
Christi tenent vestigia.
Galilææ ad alta montium
Se conferunt Apostoli,
Jesuque voti compotes,
Almo beantur lumine.
Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium,
A morte dira criminum
Vitæ renatos libera.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.
*Per annum Añã. In omnem
terram. Temp. Pasch. Añã.
Stabunt justi, & tres Psalm.
de commun. Apost. dicuntur
sub hac Añã. tantum.*
Per annum.
ÿ. In omnem terram exi-
vit sonus eorum. R. Et in A-

nes orbis terræ verba eorum.
*Temp. Pasch. Añã. Stabunt
justi in magna constantia ad-
versus eos, qui se angustia-
verunt, alleluia.*

ÿ. Sancti, & justi in Do-
mino gaudete, alleluia.

R. Vos elegit Deus in hæ-
reditatem sibi, alleluia.

*In I. Noct. leguntur semper
lectiones de Scriptura occurr.*

ÿ. j. Procedens Jesus jux-
ta mare Galilææ vidit duos fra-
tres Jacobum Zebedæi, &
Joannem fratrem ejus in navi:
* Et vocavit eos: qui statim
relictis retibus, & patre secuti
sunt Dominum.

ÿ. Erant Jacobus, & Joan-
nes fratres in navi cum Zebe-
dæo patre eorum, reficientes
retia sua. Et vocavit.

*Temp. Pasch. in fine ÿ. ad-
ditur Alleluia, et ita in se-
quentibus Responsor.*

ÿ. ij. Vocavit ad se Dñus.
Jacobum Zebedæi, & Joan-
nem fratrem Jacobi, & fecit,
ut essent secum inter duo-
decim, & ut mitteret eos
prædicare: * Et imposuit eis
nomina, Boanerges, quod est
Filius tonitruui. ÿ. In omnem
terram exivit sonus eorum, &
in fines orbis terræ verba eo-
rum. Et imposuit.

R. ij. Cum venisset Jesus
in

in domum Principis Synago-
gæ: * Non permisit intrare se-
cum quemquam, nisi Petrum,
& Jacobum, & Joannem, &
Patrem, & matrem puellæ ÿ.
Et dixit: Nol te flere non est
mortua puella, sed dormit.
Non permisit. Gloria Patri.
Non permisit.

In 2. Noct. per Annum.
Añã. Principes populorum.
*Temp. Pasch. Añã. Ecce quo-
modo. 3. Psalm. dicuntur sub
ista Añã. tant.*

Per annum.
ÿ. Constitues eos Princi-
pes super omnem terram.

ÿ. Memores erunt nomi-
nis tui Domine.

Tempore Pasch. Añã.
ECce quomodo computati
sunt inter filios Dei, &
inter Sanctos sors illorum est,
alleluia. ÿ. Lux perpetua lu-
cebit sanctis tuis Domine,
alleluia. R. Et æternitas tem-
porum, alleluia.

IN II. NOCTURNO.
*Lect. ut infra per menses
assignata.*

R. iv. Assumpsit Jesus Pe-
trum, & Jacobum, & Joan-
nem fratrem eius, & duxit illos
in montem excelsum seorsum:
* Et transfiguratus est ante eos

ÿ. Et ecce apparuerunt illis
Moyses, & Elias cum eo lo-
quentes. Et transfiguratus.

R. v. Potestis bibere Cali-
cem quem ego bibo? Aut bap-
tismo, quo ego baptizor, bap-
tizari? Dixit Jesus Jacobo, &
Joanni filiis Zebedæi: * At
illi dixerunt ei: Possumus. ÿ.
Cálicem quidem, quem ego
bibo, bibetis, & baptismo,
quo ego baptizor, baptizabi-
mini. At illi.

R. vj. Assumpsit Jesus Pe-
trum, & Jacobum, & Joan-
nem secum, & coepit pavere,
& cadere: * Et ait illis: Tris-
tis est anima mea usque ad
mortem. ÿ. Sustinete hic, &
vigilate mecum. Et ait illis.
Gloria Patri. Et ait.

In tertio Nocturno.
Añã. Exaltabuntur cornua.
*Tempore Pasch. Añã. Lux
perpetua.*

*Per Annum. ÿ. Nimis hono-
rati sunt amici tui Deus.*
R. Nimis confortatus est prin-
cipatus eorum.

*Temp. Pasch. Añã. Lux per-
petua lucebit sanctis tuis
Dñe. & æternitas temporum,
alleluia.*

ÿ. Lætitia sempiterna super
capita eorum, alleluia.
ÿ. Gaudium, & exultationem
obti-

obtinebunt, alleluia.

IN III. NOCTURNO.

Lect. ut infra per menses assignatæ.

R. vii. Misit Herodes Rex maus, ut affligeret quosdam de Ecclesia: * Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio,

ψ. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis. Occidit.

R. viii. Iste est, qui ante alios Apostolos primus plantavit Ecclesiam sanguine suo: * Cujus corpus in Galleciam delatum, per totum orbem gloria illustratur.

ψ. O sidus! O decus Hispaniæ Sancte Jacobe Apostole, intercede pro nobis ad Deum qui te elegit. Cuius Gloria Patri. Cuius.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Antiphona.

Accesit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo.

Temp. Pasch. in fine Añæ. addit. Allel. Psalm. Dominus regnavit. Cum reliquis de Domin.

Añæ. Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.

Añæ. Potestis bibere calicem, quem ego bibiurus sum? Dicunt ei: Possumus.

Añæ. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.

Añæ. Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister.

Capitulum.

Fratres: Puto, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Hymnus.

Jesu salus mortalium.
Nobis ades, dum dicimus
Laudes Patrono Hispaniæ,
Tuam canentes gloriam.
Laudandus hic est unice,
Quod primus in certamine
Apostolis ex omnibus,
Pro te profudit sanguinem.
Tui beatus pluribus
Notis amoris maximi,
Quòd testis usque interfuit
Reconditis mysteriis.

Seu-

ORATIO.

Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator, & custos: ut B. Jacobi Apostoli tui munita præsiidiis, & conversatione tibi placeat, & securam mente deserviat. Per Dominum nostrum.
In suff. Ss. omit. com. S. Jacobi.

Ad Tertiam, Añæ. Dic, ut sedeant.

Capitulum 1. Cor. 4. b.

Fratres, puto, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

R. brev. In omnem terram * Exiit sonus eorum. In omn.

ψ. Et in fines orbis terræ verba eorum. Exiit sonus. Gloria Patri. In omnem terram.

ψ. Constitues eos principes super omnem terram.

R. Memores erunt nominis tui Domine.

Tempore Pasch. Añæ. ut supra, cum alleluia in fine. Cap. idem.

R. brev. Sancti, & Justi in Domino gaudete: * Allel. allel. Sancti, & Justi.

ψ. Vos elegit Deus in hereditatem sibi. Allel. allel. Gloria Patri. Sancti, & Justi.

D

ψ.

Seu vi potentis dexteræ.

Surgit Jaira filia,
Quando in paternis ædibus
Est excitata ab inferis.

Seu vultus, ut sol splendidus
Et vestis, ut nix, candida,
Thaboris alto in vertice
Signum tuæ dant gloriæ.

Seu monte olivis cònsito
Angoris est index tui
Sudor, tuo de corpore
Ceu gutta manans sanguinis.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paráclito,
Nunc, & omne in sæculum. Amen.

Tempore Pasch. prædictus Hymnus sic terminatur, & alii ejusdem metri.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui á mortuis
Surrexit, ac Paráclito
In sempiterna sæcula. Amen.

Per annum. ψ. Annuntiaverunt opera Dei.
R. Et facta ejus intellexerunt.

Temp. Pasch. ψ. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.
R. Mors Sanctorum ejus, allel.

Ad Benedict. Añæ. Visitavit nos per sanctum suum Apostolum, & fecit salutem de inimicis nostris, Dominus Deus noster.

Tempore Pasch. in fine Añæ. additur, alleluia.

ψ. Lux perpetua lucebit
Sanctis tuis Domine, alleluia.

℞. Et æternitas tempo-
rum, alleluia.

AD SEXTAM.

Añã Potestis bibere calicem.

Capitulum i. Cor. 4. c.

NOs stulti propter Chris-
tum, vos autem prudentes
in Christo: nos infirmi,
vos autem fortes: vos nobiles,
nos autem ignobiles.

℞. *brev.* Constitues eos
principes * Super omnem ter-
ram. Constitues.

ψ. Memores erunt nomi-
nis tui Domine. Super. Glo-
ria Patri. Constitues.

ψ. Nimis honorati sunt
amici tui Deus.

℞. Nimis confortatus est
principatus eorum.

*Temp. Pasch. Añã. ut su-
pra cum alleluia. Cap. idem.*

℞. *brev.* Lux perpetua
lucebit Sanctis tuis Domine:
* Alleluia, alleluia. Lux per-
petua.

ψ. Et æternitas tempo-
rum. Alleluia, alleluia. Glo-
ria Patri. Lux perpetua.

ψ. Lætitia sempiterna su-
per capita eorum, alleluia.

℞. Gaudium, & exultatio-
nem obtinebunt, alleluia.

AD NONAM.

Añã. Quicumque voluerit.

Capitulum i. Cor. 4. d.

NAm si decem millia pæ-
dagogorum habeatis in
Christo, sed non multos pa-
tres: nam in Christo Jesu per
Evangelium ego vos genui.

℞. *brev.* Nimis honorati
sunt * amici tui Deus. Nimis.

ψ. Nimis confortatus est
principatus eorum. Amici,
Gloria Patri. Nimis.

ψ. Annuntiaverunt opera
Dei. ℞. Et facta ejus intel-
lexerunt.

*Temp. Pasch. Añã. ut supra,
cum alleluia. Cap. idem.*

℞. *brev.* Lætitia sempiterna
super capita eorum: * Allel.
alleluia. Lætitia sempiterna.

ψ. Gaudium, & exultatio-
nem obtinebunt. Alleluia, alle-
luia. Gloria Patri. Lætitia.

ψ. Pretiosa in conspectu
Domini, alleluia.

℞. Mors Sanctorum ejus,
alleluia.

*Ad Vesperas, nisi sequatur
festum duplex, Añã. de Lau-
dibus. Psalm. de Comuni
Apostolorum, ut in secundis
Vesperis.*

*A Capitulo de sequenti fes-
to, si fuerit Semiduplex.*

Capitulum I. Cor. b.

FRatres: Puto, quod Deus
nos Apostolos novissi-
mos ostendit, tamquam mor-
ti destinatos: quia spectaculum
facti sumus mundo, & An-
gelis, & hominibus.

*Hymnus (etiam tempore Pas-
chali.)*

Defensor alme Hispaniæ,
Jacobe, vindex hostium,
Tonitruum quem Filium
Dei vocavit filius.

Huc cœli ab altis sedibus
Converte dexter lumina,
Audique læti debitas
Grates tibi, quas solvimus.

Grates refert Hispania,
Felix tuo quæ nomine:
Te gloriatur jûgiter
Dignata sacris ossibus.

Tu, cæca nox, atque impia
Nos cum teneret vanitas,
Lucem salutis primitus
Oris Iberis impetras.

Tu, bella cum nos cingerent.
Es visus ipso in prælio,
Equoque, & ense acerrimus
Mauros furens sternere.

Freti tuo nos pignore,
Largum tuo te munere
Rogamus omnes, ut tuæ
Spe protegas præsentia.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio

Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, & omne in sæ-
culum. Amen.

Tempore Pasch. sic terminat.
Deo Patri sit gloria.

Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna sæcula. Amen

Per annum. ψ. Annuntia-
verunt opera Dei.

℞. Et facta ejus intellexerunt.
Tempore Pasch. ψ. Pretiosa in
conspectu Dñi. allel. ℞. Mors
Sanctorum ejus, alleluia.

Ad Magnificat, Añã. Obea-
tum Apostolum, qui inter
primos electus, primus om-
nium Apostolorum Domini
calicem bibere meruit! O glo-
riosum Hispaniæ Regnum, ta-
li pignore, ac patrono muni-
tum, per quem fecit illi mag-
na, qui potens est, alleluia.

*A Septuagesima, usque ad
Pasch. omittitur. Alleluia.*

Oratio. Esto Domine, &c.

IN MENSIBUS FE-
bruarii, & Martii.

IN II. NOCTURNO.

Lectio. IV.

Jacobus Zebedæi filius,
Joannis Apostoli germa-
nus.

nus frater, Galilæus, inter primos Apostolos vocatus cum fratre, relicto patre, ac retibus, secutus est Dominum, & ambo ab ipso Jesu Boanerges, id est, tonitruum filii, sunt appellati. Is unus fuit ex tribus Apostolis, quos Salvator maxime dilexit, & testes esse voluit suæ Transfigurationis, & interesse miraculo, cum archisynagogi filiam à mortuis excitavit, & adesse, cum secessit in montem Oliveti, Patrem oraturus, antequam à Judæi comprehenderetur.

ꝛ. Assumpsit Jesus.

Lect. V.

Post Jesu Christi ascensum in Cælum, in Judæa, & Samaria ejus divinitatem prædicans, plurimos ad Christianam fidem perduxit. Mox in Hispaniam profectus, ibi aliquos ad Christum convertit: ex quorum numero septem postea Episcopi à beato Petro ordinati, in Hispaniam primi directi sunt. Deinde Jerosolimam reversus, cum inter alios Hermodenem magum fidei veritate imbuisset, Herodes Agrippa, Claudio Imperatore, ad regnum elatus, ut à Judæis gratiam iniret, Jacobum libere Jesum Christum Deum confitentem capitis condemnavit.

Quem cum is, qui eum duxerat ad tribunal, fortiter martyrium subeuntem vidisset; statim se, & ipse Christianum esse professus est.

ꝛ. Potestis bibere.

Lectio VI.

Ad supplicium cum raperentur, petiit ille à Jacobo veniam, quem Jacobus osculatus, Pax, inquit, tibi sit. Itaque uterque est securi percussus, cum paulo ante Jacobus paralyticum sanasset. Corpus eius postea Compostelam translatum est, ubi summa celebritate colitur, convenientibus eo, religionis, & voti causa, ex toto terrarum orbe peregrinis.

ꝛ. Assumpsit Jesus.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matth.

Lectio vii. cap. 20. c.

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 66. in Matth.

Non turbetur quisquam, si a deo imperfectos dicimus

mus

mus Apostolos fuisse: nondum enim mysterium Crucis erat consummatum, nondum gratia Spiritus in corda ipsorum infusa. Quod si virtutem ipsorum discere cupis, quales post datam gratiam Spiritus fuerint, considera, & videbis, omnem ab illis perversam affectionem fuisse superatam. Hac enim de causa eorum modo imperfectio revelatur, ut aperte percipere possis, quales subito per gratiam effecti fuerunt. Quod igitur nihil spiritale petebant, nec de coelesti regno quidquam cogitabant perspicuum est. Sed tamen inspiciamus etiam quomodo accedant, & quid dicant. Volumus, inquit, ut quodcumque peteremus, facias nobis. Ad quos Christus: Quid vultis? Respondit non ignorans certè, sed ut eos respondere cogat, & ulcus detegat, & ita medicamentum apponat.

ꝛ. Misit Herodes.

Lectio viii.

Illi verò cum erubescerent, & verecundia prohiberentur quoniam humano affectu eò devenerant, seorsum ab aliis discipulis Christum accipientes interrogaverunt. Progressi sunt enim, inquit, ne illis manifesti fierent; & ita demum

ea, quæ volebant, dixerunt. Volebant autem, ut ego conjicio, quoniam super duodecim sedes sessuros discipulos audierunt, primatum huius concessus impetrare; & præponi quidem se ceteris sciebant, Petrum verò sibi præferri formidantes, dicere ausi sunt: Dic, ut unus à dextris, alter à sinistris sedeat. Et urgent, dicentes: Dic. Quid igitur ipse? Ut significaret, eos nihil petere spiritale, sed nec scire quidem quid postulent: non enim petere auderent, si scirent: nescitis, ait, quid petatis: nescitis, quàm magnum hoc sit, quam mirabile, ac ipsas superiores excedens virtutes.


ꝛ. Iste est.

Lectio IX.

Et adiecit: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, & baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Perpendis, quomodo statim ab hac opinione ipsos removit, contraria eis disserens. Nam vos, inquit, de honoribus, & de coronis mecum agitis; ego verò de lacrimine, atque sudore dissero. Non præmiorum hoc tempus est, nec illa gloria mea modo apparebit, sed cædis, ac periculorum tempus

pus præsens est. Perspice autem, qualiter ipso interrogationis modo, & hortatur, & allicit. Non enim dixit: Potestis, ne cædem subire? Potestis, ne vestrum effundere sanguinem? Sed quonam pacto potestis bibere calicem? Deinde alliciens, inquit: Quem ego bibiturus sum: ut ipsa cum eo communicatione laborum promptiores redderentur.

Te Deum laudamus.



IN MENSIBUS APRILIS,
Maij, & Junii.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Sermo 43. de Ss.

Lectio iv.

SI omnium Sanctorum Martyrum grata nobis debet esse solemnitas, fratres charissimi, quanto gratior eorum qui presentem secuti sunt principem Martyrum? Si agnorum, quanto magis arietum? Illorum enim filii non generatione carnis, sed imitatione virtutis facti sunt omnes, qui

posterius usque ad mortem confessi sunt Christum. Hos obtulerunt populi gentium, de quibus Psalmus ante cantavit, dicens: Afferte Domino filios arietum. His primùm Dominus, cum ad confessionem sui nominis hortaretur, non solum se promisit victoriæ coronatorem, sed & certaminis adiutorem. Etiam in ipsis, & pòsteros admonebat, quoniam quod dicebat, scriptum posteris relinquebat. Illis ergo ait, exhortans eos: Cum adducent vos ad principes, & potestates, nolite cogitare quid respondeatis, vel quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Meditari vetuit, & confiteri præcepit. Maluit enim auferre præsumptionem humanam, & gratiam dare divinam, ut in semetipsis timidi, & mundo essent audaces. Unde, & in alio Psalmo vox Martyrum dicit, quasi ex parte humane fragilitatis verendo: Eripe me de inimicis meis, Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Et paulò post, de auxilio divino confidens, dicit: Fortitudinem meam ad te custodiam.

R. Assumpsit Jesus.

Lect.

Lectio V.

SUPRA ceteras enim turbas fidelium, nec non antiquorum justorum, & Prophetarum eminentes Apostolos suos volens Dominus ostendere, dixit ad eos: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis; & aures, quæ audiunt, quæ vos auditis. Multi enim Prophetæ, & iusti voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; & audire, quæ vos auditis, & non audierunt. Item alibi: Iam, inquit, non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis. Item ait idem alio loco: Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in coelo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in coelo. Item alibi sciscitanti Petro, quid sibi, & sociis suis profuisset, reliquisse omnia, & sequi Redemptorem; respondit, dicens: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, ju-

dicantes duodecim tribus Israël.

R. Potestis bibere calicem.

Lectio VI.

ISTI sunt lux mundi, quia per ipsos lumen fidei, & veræ scientiæ primùm Dominus huic mundo tradidit: & ab errorum, ac peccatorum tenebris gentes, & populos eruit. Isti sunt sal terræ, quia per eos terrigenæ condimentum saporis vitæ æternæ perceperunt, ut restringerent carnis lasciviam, & à putredine peccatorum, & vitiorum vermibus servarentur illæsi. Isti sunt lapides pretiosi, quos in fundamento cælestis ædificii posuit Joannes, in Apocalypsi sua describit, quia prædicatio eorum Ecclesiæ fundamenta locavit. Unde, & Paulus ait: Vos estis cives Sanctorum: & domestici Dei, superedificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum. Isti sunt duodecim portæ Jerusalem novæ, quæ de coelo descendit: quia per ipsos januam fidei primùm intravimus: & inter cives Sanctorum adnumerati sumus.

R. Assumpsit Jesus.

IN

quæ non adducuntur in templum Regis, non se ad istas nuptias pertinere.

R. Potestis bibere.

Lectio VI.

PRO patribus tuis nati sunt tibi filii. Constitues eos principes super omnem terram. Hæc est Catholica Ecclesia: filii ejus constituti sunt principes super omnem terram; filii ejus constituti sunt pro patribus. Agnoscant, qui præcisi sunt; veniant ad unitatem: adducantur in templum Regis. Templum suum Deus ubique collocavit: fundamenta Prophetarum, & Apostolorum ubique firmavit; filios genuit Ecclesia: constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.

℞. Assumpsit Jesus.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. cap. 20. c.

IN illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

De Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 66. in Matthæum.

SEDERE autem à dextris, & à sinistris, non est meum dare, sed quibus paratum est à Patre meo. Quibus porro præparatum est? Illis videlicet, qui fulgentissimis operibus evasuri sunt. Id circò verò dixit: Non est meum dare, sed Patris mei: ne quis infirmum, atque impotentem ad hanc ipsam fore retributionem opinetur. Sed quonam modo? Non est meum, inquit, sed quibus paratum est. Verum, ut clarius fiat, quod dicimus, exemplo id ante oculos ponamus. Ad editorem igitur munerum, atque certaminis, quò multi, ac præclari athletæ confluant, duos quosdam ipsi præcipua familiaritate conjunctos accessisse fingamus, qui amicis Principis freti postulare, audeant, ut victores ipsi præconio declarati coronentur. Quibus illè respondeat. Non est meum id dare, sed quibus labore, atque sudore præparatum est.

R. Misit Heródes.

Le&

Lectio viii.

NUM igitur, quasi non potentem illum id facere, condemnabimus? Nequam: sed justitiam ejus admirabimur: & quoniam non personam, sed rem respicit laudabimus. Quemadmodum igitur editionis munerum, atque certaminis principem, non quia non potest, sed quia non vult luctationis transgredi leges, & justitiæ ordinem conturbare; sic utique Christum id dixisse affirmamus.

℞. Iste est.

Lectio IX.

ITA undique illos compellebat, in gratia Dei primum, deinde in laboribus propriis omni salutem, & gloriæ spem reponere. Ideò dixit: Quibus paratum est. Nam si alii præstantiores videbuntur, si excellentiora, quam vos opera facturi sunt, quomodo, illis expulsis, locum eorum vos occupabitis? An quia mei discipuli estis, idcirco etiam si non digni primatu eritis, præmia tamen quoque consecuturos vos arbitremini?

Te Deum laudamus.

IN MENSIBUS OCTOBRIS, & NOVEMBRIS.

IN II. NOCTURNO.

De expositione Sancti Augustini Episcopi super Psalmum Octogesimum sextum.

Lectio IV. Ante medium.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion. Quare sunt fundamenta Apostoli, & Prophetæ? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portæ? Quia per ipsos intramus ad regnum Dei. Prædicant enim nobis: & cum per ipsos intramus, per Christum intramus. Ipse est enim janua. Et cum dicuntur duodecim portæ Jerusalem, & una porta Christus, & duodecim portæ Christus, quia in duodecim portis Christus: & ideò duodenarius numerus Apostolorum. Sacramentum magnum hujus duodenarii significatio est numeri. Sédēbitis, inquit,

E 2

su-

super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel.

R. Assumpsit Jesus.

Lectio V.

SI duodecim sellæ ibi sunt, non est ubi sedeat tertiusdecimus Paulus Apostolus, & non erit quomodo judicet: & ipse se judicaturum dixit, non homines tantum, sed & Angelos: Quos Angelos, nisi apostatas Angelos? Nescitis, inquit, quia Angelos judicabimus? Responderet ergo turba: Quid te jactas judicaturum? Ubi sedebis? Duodecim sedes dixit Dominus duodecim Apostolos: unus cecidit Judas: in locum ipsius sanctus Mathias ordinatus est; impletus est duodenarius numerus sedium. Primò locum inveni, ubi sedeas, & sic te minare judicaturum. Duodecim ergo sedes quid sibi velint, videamus. Sacramentum est cujusdam universitatis, quia per totum orbem terrarum futura erat Ecclesia: unde vocatur hoc ædificium ad Christi compagem.

R. Potestis bibere.

Lectio VI.

ET idè quia undique venit ad judicandum, duodecim sedes sunt: sicut quia

undique intratur in illam civitatem duodecim portæ sunt. Non solum ergo illi duodecim, & Apostolus Paulus, sed quotquot judicaturi sunt, propter significationem universitatis, ad sedes duodecim pertinent: quemadmodum quotquot intrabunt, ad duodecim portas pertinent. Partes enim mundi quatuor sunt, Oriens, Occidens, Aquilo, & Meridies, Istæ quatuor partes assidue nominantur in scripturis. Ab istis quatuor ventis, sicut dicit Dominus in Evangelio, & quatuor ventis se collecturum electos suos: ab omnibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesia. Quomodo vocatur? Undique in Trinitate vocatur. Non vocatur nisi per baptismum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quatuor ergo ter ducta duodecim inveniuntur.

R. Assumpsit Jesus.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. cap. 20. c.

IN illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Ho-

Homilia S. Ambrosij Episcopi.

quæ sua sunt.

R. Missit Herodes.

Libro 2. de Fide ad Gratianum, cap. 3.

POTestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicentibus autem illis, possumus; ait illis Jesus: Calicem quidem meum bibetis; sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Quam patiens, & clemens Dominus, quam alta sapientia, & bona charitas! Volens enim ostendere, quod non perfunctionem rem aliquam discipuli postularent, sed eam, quam impetrare non possent, prærogativam eis paternæ honorificentiae reservavit, non metuens, nequid juri proprio derogaret, qui non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: simul diligens discipulos, quia, sicut habes, usque in finem dilexit eos: Noluit his, quos diligeret, videri quod peterent denegasse, sanctus, & bonus Dominus; qui mallet aliquid dissimulare de jure, quam de charitate deponere. Charitas enim patiens est, benigna est, non æmulatur, non inflatur, non quærit

Lectio VIII.

DENIQUE, ut agnoscatis, non infirmitatis, sed indulgentiæ esse, quod dixit: Non est meum dare vobis, ubi sine matre filii Zebedæi rogant, nihil de Patre dixit: sic enim habes: Non est meum dare vobis: sed quibus paratum est. Ita Marcus Evangelista posuit. Ubi vero mater pro filiis rogat, hoc est, secundum Matthæum: Non est, inquit, meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo: hic addidit à Patre meo: quia maiorem indulgentiam maternus poscebat affectus.

R. Iste est.

Lectio IX.

QUOD si putant, dicendo, quibus paratum est à Patre meo, quod aut Patri plus tribuit, aut sibi aliquid derogavit: dicant, utrum, & illic putent, Patri aliquid derogatum, quia dixit in Evangelio Filius de Patre: Pater non judicat quemquam? Quod si sacrilegium putamus, dicere, quod Pater ita iudicium detulit Filio ut ipse non habeat: (habet enim, nec potest

test amittere, quod habet naturaliter divina majestas) sacrilegium utique aestimare debemus, quod non potest Filius dare quidquid, aut homines mereri possunt, aut qua-

vis accipere creatura: praesertim cum ipse dixerit: Ego ad Patrem vado, & quodcumque ab eo petieritis in nomine meo, hoc faciam.

Te Deum laudamus.

DECRETUM

CIRCA OFFICIUM SANCTI JACOBI IN HISPANIA
recitandum omnibus Feriis secundis, non impeditis.

EX indulto Clementis IX. sub dat. Romae 23. Julii 1667. in omnibus Hispaniarum Regnis fit Offic. de Sancto Jacobo Apostolo, eorundem Regnorum Patrono, sub ritu Semiduplici, in omnibus Feriis secundis non impeditis festo novem Lectionum, excepto Adventu, Quadragesima, & Vigiliis, sive cum jejuniis, sive absque jejuniis, ex novo Decret. Sac. Rit. Congregat. die 20. Martii 1706. & ex declaratione, & Decreto Sac. Rit. Congregat. 16. Februarii 1669. Omitti debet etiam Officium praedictum in Fer. secunda impedita festo duplici, vel Semiduplici, etiam translato, sive sit de precepto, sive ad libit. (ubi de Sanctis ad libit. recitatur) ac etiam infra octavas, & Feria secunda Rogationum.

OF-

COMMUNE SANCTORUM.

CUM ob sequentium propriis suis in locis collocationem praesens libellus longus esset, ideo in gratiam & commodum recitantium hic congeruntur.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

In primo Nocturno.

R. I. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & a verbis impiorum non timuit: * Fundatus enim erat supra firmam petram.

Ps. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. Fundatus.

R. II. Justus germinabit sicut liliis: * Et florebit in aeternum ante Dominum.

Ps. Plantatus in domo Domini, in atrils domus Dei nostri. Et florebit.

R. III. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia mag-

na, & exoravit Altissimum: * Et inventus est in numero Sanctorum.

Ps. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. Et inventus. Gloria Patri, Et inventus.

In secundo Nocturno.

R. IV. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam.

Ps. Descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit illi.

R. V.

Ps. V. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine: * Et voluntate laborum ejus non fraudisti eum.

Ps. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

R. VI. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

Ps. Cibavit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

HOMILIA DICENDA IN MATUTINIS, IN Festis unius Martyris non Pontificis, quando in eis dicitur Missa: *In virtute tua.*

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 10.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Et reliqua.

In tertio Nocturno.

Ps. VII. Corona aurea super caput ejus: * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

Ps. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

R. VIII. Hic est verè Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas judicium non timuit, nec terrenam dignitatis gloriam quæsit, sed ad cœlestia regna pervenit.

Ps. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui minas. Gloria Patri. Qui minas.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. in Matth. cap. 10.

Supra dixerat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quod in aure auditis, predicate super terra. Nunc infert, quid post prædicationem sequatur. Ad

fidem Christi totus orbis contra se divisus est: unaquæque domus & infideles, & credentes habuit, & propterea bellum missum est bonum, ut rumperetur pax mala. Tale quid & in Genesi adversus rebelles homines, qui moti fuerant de Oriente, & turrem extruere festinabant, per quam cœli alta penetrarent, fecisse scribitur Deus, ut divideret linguas eorum.

R. Corona aurea.

Lectio viii.

Veni enim separare hominem adversus Patrem suum. Hic locus propè iisdem verbis in Michæa Propheta scribitur. Et notandum, ubicumque de veteri Testamento testimonium ponitur, utrum sensus tantum, an sermo consentiat. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Qui autè præmisserat, non veni pacem mittere, sed gladium, & dividere homines adversus patrem, & matrem, nurum, & socrum; ne quis pietatem religioni anteferet, subjecit dicens: Qui amat patrem, aut matrem plusquam me. Et in Cantico legimus Can-

ticorum: Ordinavit in me charitatem. Hic ordo in omni affectu necessarius est. Ama post Deum patrem, ama matrem, ama filios.

R. Hic est verè Martyr.

Lectio ix.

Ordo pulcherrimus: ad prædicationem mittit, docet pericula non timenda, affectum subjicit religioni. Aurum supra tulerat, æs de zona excuserat. Dura Evangelistarum conditio! Undè ergo sumptus, undè victus necessaria? Austeritatem mandatorum spe temperat promissorum. Qui recipit, inquit, vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit; ut in suscipiendis Apostolis unusquisque credentium Christum se suscepisse arbitretur.

Te Deum laudamus.



COMMUNE MARTYRUM

Tempore Paschali.

In primo Nocturno.

R. I. **B**eatus vir, qui merituit Dominum, alleluia: * In mandatis ejus cupit nimis, alleluia, alleluia, alleluia.

ψ. Gloria, & divitiæ in domo ejus, & justitia ejus manet in seculum seculi. In mandatis.

R. II. Tristitia vestra, alleluia, * Convertetur in gaudium, alleluia, alleluia.

ψ. Mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini: sed tristitia vestra. Convertetur in gaudium.

R. III. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia: * Mors Sanctorum ejus, alleluia.

ψ. Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Mors. Gloria Patri. Mors.

In secundo Nocturno.

R. IV. Lux perpetua lucebit sanctis tuis, Domine: * Et aeternitas temporum, alleluia

ψ. Latitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium,

& exultationem obtinebunt. Et aeternitas.

R. V. In servis suis, alleluia: * Consolabitur Deus, alleluia.

ψ. Judicabit Dominus populum suum, & in servis suis. Consolabitur.

R. VI. Filie Jerusalem, venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus: * In die solemnitatis, & latitiæ, alleluia.

ψ. Quoniam confortavitis portas tuarum, benedixit filios tuos in te. In die solemnitatis. Gloria Patri. In die.

In tertio Nocturno.

R. VII. Ego sum vitis vera, & vos palmites: * Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, alleluia, alleluia.

ψ. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Qui manet.

R. VIII. Cándidi facti sunt Nazarei ejus, alleluia: splendorem Deo desiderunt, alleluia: * Et sicut lac coagulati sunt, alleluia, alleluia.

ψ.

ψ. Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ébore antiquo, sapphiro pulchriores: Et sicut lac. Gloria Patri. Et sicut lac.



COMMUNE MARTYRUM

extra tempus Paschale.

In primo Nocturno.

R. I. **A**bbsterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & jam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: * Quoniam priora transierunt.

ψ. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. Quoniam priora.

R. II. Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro Domino, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua: * Et ideo coronas triumphales meruerunt.

ψ. Unus spiritus, & una fides erat in eis. Et ideo.

R. III. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia: * Et meruerunt habere coronas perpetuas.

ψ. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni: Et meruerunt. Gloria Patri. Et meruerunt.

In secundo Nocturno.

R. IV. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis validis: * Terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimento.

ψ. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

R. V. Verbera carnicum non timuerunt sancti Dei, morientes pro Christi nomine: * Ut heredes fierent in domo Domini.

ψ. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut heredes.

R. VI. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: * Quoniam donum, & pax est electis Dei.

ψ. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno.

R. VII. Propter testamentum Domini, & leges paternas, sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis: * Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides.

ψ. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia.

R. VIII. Sancti mei, qui in carne positi certamen habuistis: * Mercedem laboris ego reddam vobis.

ψ. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Gloria Patri. Mercedem.

ALIUD R. VIII. PRO
Martyr. Fratr.

R. viii. Hæc est vera fraternitas, quæ nunquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt Dominum: * Contemntes aulam regiam, pervenerunt ad regna coelestia.

ψ. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Contemntes. Gloria Patri. Contemntes.



COMMUNE CONFESSORIS
Pontificis.

In primo Nocturno.

R. I. **E**uge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui.

ψ. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Intra.

R. II. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: * Ideò jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

ψ. Benedictionem omnium Gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideò jurejurando.

R. III. Juravit Dominus, & non poenitebit eum: * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

ψ. Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis. Tu es sacerdos. Gloria Patri. Tu es sacerdos.

In secundo Nocturno.

R. IV. Inveni David servum meum, oleo sancto meo un-

un-

unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ψ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim.

R. V. Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ψ. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

R. VI. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum:

ψ. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

R. VII. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum.

ψ. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

R. VIII. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ arden-

tes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis.

ψ. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.



COMMUNE CONFESSORIS
non Pontificis.

In primo Nocturno.

R. I. **E**uge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui.

ψ. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Intra.

R. II. Justus germinabit sicut liliam: * Et florebit in æternum ante Dominum.

ψ. Plantatus in domo Domini, in atriiis domus Dei nostri. Et florebit.

R. III. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: * Et inventus est in numero Sanctorum.

ψ. Iste est, qui contempsit

vi-

vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. Et inventus. Gloria Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

R. IV. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & á seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

ψ. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

R. V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum.

ψ. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

R. VI. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

ψ. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

R. VII. Iste est, qui ante

Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

ψ. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedit.

R. VIII. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur á nuptiis.

ψ. Vigilate ergo; quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

ALIUD R. VIII. PRO
Doctõribus.

R. VIII. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus: * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus.

ψ. Jucunditatem, & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.



COM-

In secundo Nocturno.

R. IV. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

ψ. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Et deducet.

R. V. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ.

ψ. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea unxit.

R. VI. Afferentur Regi virgines posteam, proxima ejus: * Afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

ψ. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

R. VII. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quæ acceptis lampadibus, sumpsit secum oleum: * Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias.

ψ. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et veniente.

R. VIII. Media nocte clamor factus est: * Ecce spon-

sus venit, exite obviam ei.
 ♀. Prudentes virgines apte vestras lampades. Ecce sponsus. Gloria Patri. Ecce sponsus.

COMMUNE NON VIRGINUM.

In primo Nocturno.

℞. I. **V**eni electa mea, & ponam in te thronum: * Quia concupivit Rex speciem tuam.

♀. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Quia concupivit.

℞. II. Diffusa est gratia tua in labiis tuis: * Propterea benedixit te Deus in æternum.

♀. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Propterea.

℞. III. Specie tua, & pulchritudine tua: * Intende, prospere procede, & regna.

♀. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Intende. Gloria Patri. Intende.

In secundo Nocturno.

℞. IV. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

♀. Specie tua, & pulchri-

tudine tua intende, prosperè procede, & regna. Et deducet.

℞. V. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

♀. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

℞. VI. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.

♀. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

In tertio Nocturno.

℞. VII. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus, consideravit semitas domus sue: * Et panem otiosa non comedit.

♀. Gustavit, & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in morte lucerna ejus. Et panem.

℞. VIII. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi: * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.

♀. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria Patri. Quem vidi.

OFFI-

OFFICIA PROPRIA
 SANCTORUM.

FESTA JANUARIJ.

Capitulum Philip. 2.

DOMINICA SECUNDA
 post Epiphaniam.

*In Festo Sanctissimi Nominis
 Jesu. Duplex secundæ classis.*

Ad Vesperas. Añã.

OMnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.

Psalm. Dixit Dominus. *Cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalm.* Credidi.

Añã. Sanctum, & terribile nomen ejus: initium sapientiæ timor Domini.

Añã. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo.

Añã. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.

Añã. Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

FRatres, Christus humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod, & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genuflectatur.

H Y M N U S.

JESU dulcis memoria,
 Dans vera cordis gaudia;
 Sed super mel, & omnia,
 Ejus dulcis præsentia.
 Nil canitur suavius,
 Nil auditur jucundius,
 Nil cogitatur dulcius,
 Quàm Jesus Dei Filius.
 Jesu spes pœnitentibus,
 Quam pius es petentibus,
 Quam bonus te quærentibus!

Sed quid invenientibus?
 Nec lingua valet dicere,

G Nec

50. Néc littera exprimere,
 Expertus potest credere,
 Quid sit Jesum diligere.
 Sis, Jesu, nostrum gaudium,
 Qui es futurus præmium:
 Sit nostra in te gloria,
 Per cuncta semper secula.
 Amen.

Ÿ. Sit nomen Domini benedictum. Alleluia.
 R. Et hoc nunc, & usque in sæculum. Alleluia.

Ad Magnificat.

Añã. Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus. Alleluia.

ORATIO.

DEUS, qui Unigenitum Filium tuum constituiti humani generis Salvatorem, & Jesum vocari jussisti; concede propitius, ut cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in coelis. Per eundem Dominum.

Ad Completorium, & alias Horas diei in fine Hyemum dicitur.

Jesu tibi sit gloria, qui natus es de Virgine.

Ad Matutinum. Invitatorium.

Admirabile nomen JESU, quod est super omne nomen:

* Venite adoremus.
Psalm. Venite exultemus.

Hymnus.

Jesu Rex admirabilis,
 Et triumphator nobilis,
 Dulcedo ineffabilis,
 Totus desiderabilis.

Quando cor nostrum visitas,
 Tunc lucet ei veritas,
 Mundi vilescit vanitas,
 Et intus fervet charitas.

Jesu dulcedo cordium,
 Fons vivus, lumen mentium
 Excedens omne gaudium,
 Et omne desiderium.

Jesum omnes agnoscite,
 Amorem ejus poscite,
 Jesum ardentem querite,
 Quærendo inardescite.

Te nostra, Jesu, vox sonet,
 Nostri te mores expriment,
 Te corda nostra diligant
 Et nunc, & in perpetuum.
 Amen.

IN I. NOCTURNO.

Añã. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Psalm. Domine Dominus noster. *Cum reliquis, ut in Officio parvo B. M. Psalmus vero prædictus incipitur à secundo.* Ÿ. Quoniam elevata est.

Añã. In nomine Jesu omne genu-

genuflectatur, coelestium, terrestrium, & infernorum.

Psalm. Coeli enarrant. *Añã.* *Conñtémmini* Domino, & invocate nomen ejus, mementóte, quoniam excelsum est nomen ejus.

Psalm. Domini est terra. Ÿ. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo.

R. Multum est enim.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. cap. 3.

Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex útero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosinam ab introeuntibus in templum. Is, cum vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemosinam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans, se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum, & aurum non

est mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do: In nomine Jesu-Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu ejus dextera, allevavit eum, & protinus consolidatæ sunt bases ejus, & plantæ, & exiliens stetit, & ambulabat, & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

R. Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum: * Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.

Ÿ. Vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in útero conciperetur. Ipse.

Lectio ii.

ET vidit omnis populus eum ambulans, & laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosinam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore, & extasi, in eo quod contigerat illi. Cum teneret autem Petrum, & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus, respondit ad po-

pulum: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, judicante illo, dimitti. Vos autem sanctum, & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis; auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit à mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nominis ejus, hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

R. Benedictum est nomen tuum Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis: * Et in tempore tribulationis peccata dimittis.

V. Et benedictum nomen majestatis tuæ in æternum, qui facis mirabilia solus. Et in tempore.

Lectio iii. cap. 4.

Factum est autem in crastinum, ut congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ in Jerusalem; & Annas Princeps Sacerdotum, & Cæiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali. Et statuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu Sancto Petrus dixit ad eos: Principes populi, & Seniores audite: Si nos hodie didicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel; quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste adest coram vobis: sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli; & non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

R. Laudabo nomen tuum assidue: * Et collaudabo illud in confessione.

V.

V. Latabor, & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime. Et collaudabo. Gloria Patri. Et collaudabo.

IN II. NOCTURNO.

Añ. Memores erunt nominis tui, Domine, in omni generatione, & generationem.

Psalm. Eructavit.

Añ. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.

Psalm. Deus noster refugium.

Añ. Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Psalm. Fundamenta eius.

V. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

R. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. 15. super Cantica, circa medium.

Lectio iv.

Non otiosè Spiritus Sanctus nomen sponsi oleo comparat, cum ita docet sponsam ad sponsum clamare: oleum effusum nomen tuum. Oleum enim lucet, pascit, & ungit. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem: lux, cibus, medicina. Vide idem nunc, & de sponsi nomine.

Lucet prædicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit, & ungit. Et percurramus singula. Unde putas in toto orbe tanta, & tam subita fidei lux: nisi de prædicato nomine Jesu? Nonne in huius nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus, lumen dicat merito Paulus: Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

R. Sperent in te, qui noverrunt, nomen tuum: * Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

V. Exurge Domine; adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum. Quoniam.

Lectio v.

Hoc denique nomen coram Regibus, & Gentibus, & filiis Israel portare iustus est idem Apostolus, & portabat nomen tanquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat ubique: Nox præcessit, dies autem appropinquavit, abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annuntians in omni

ni

ni loco Jesum, & hunc crucifixum. Quomodo lux ista resplenduit, ac perstrinxit cunctorum intuentium oculos quando de ore Petri, tanquam fulgur egrediens claudi uoius corporales plātas solidauit, & bases, multosque spiritualiter cæcos illuminauit? Numquid non ignem sparsit, cum ait: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula? *R.* Confiteamur nomini tuo magno: * Quoniam terribile, & sanctum est.

V. Hi in curribus, & hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri iuocabimus. Quoniam.

Lectio vi.

NEC tantum lux est nomen Jesu, sed est, & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid equè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, uegetat mores bonos, atque honestos, castas fovet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur; insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi légero ibi Jesum. Si disputes, aut conferas, non sapit mihi,

nisi sonnerit ibi Iesus. Jesu mel in ore, in aure melos, in corde júbilus. Sed est, & medicina. Tristatur aliquis nostrum? Veniat in cor eius Jesus, & inde saliat in os, & ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne dissipat, redit serenum. Labitur quis in crimen? Currit insuper ad laqueum mortis desperando? Nonne, si inuocet nomen vitæ, confestim respirabit ad vitam?

R. Lætentur omnes, qui sperant in te Domine, in æternum exultabunt, & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes: * Qui diligunt nomen tuum.

V. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, Qui diligunt. Gloria Patri, Qui diligunt.

IN III. NOCTURNO.

Añ. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius. *Psalm.* Cantate i.

Añ. Secundum nomen tuum Deus: sic & laus tua in fines terræ; justitia plena est dextera tua.

Psalm. Dominus regnavit, exultet.

Añ.

Añ. Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus; iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

Psalm. Cantate ij.

V. Afferte Domino gloriam, & honorem.

R. Afferte Domino gloriam nomini ejus.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vii. cap. 2. c.

IN illo tempore: Postquam consumati sunt dies octo, ut circumcideretur puer; vocatum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abb.

Sermo i. de Circumcisione.

MAGNUM, & mirabile Sacramentum. Circumciditur puer, & vocatur Jesus. Quid sibi vult ista connexio? Circumcisio nempe magis salvandi, quam Salvatoris esse videtur; & Salvatorem circumcidere potius decet, quam circumcidi. Sed agnosce mediatorem Dei, & hominum, qui ab ipso natiuitatis suæ exordio diuinis humana sociat, imma summis. Nascitur ex muliere, sed cui

fecunditatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginittatis. Pannis involvitur, sed panni ipsi angelicis laudibus honorantur. Absconditur in præsepio; sed proditur radiante stella de cælo. Sic, & circumcisio veritatem susceptæ probat humanitatis, & nomen, quod est super omne nomen gloriam indicat majestatis. Circumciditur tanquam verus Abrahamæ filius, Jesus vocatur tanquam verus filius Dei.

R. Tribulationem, & dolorem inveni: * Et nomen Domini invocavi.

V. Turris fortissima nomen Domini, in ipso speravi, & adjutus sum. Et nomen.

Benedict. Divinum auxilium.

Lectio viii.

NEque enim ad instar priorum meus iste Jesus nomen vacuum, aut inane portat. Non est in eo magni nominis umbra, sed veritas. Coelitus siquidem inditum nomen Evangelista testatur: Quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Et attende verbi profunditatem: postquam natus est Jesus; Jesus vocatur ab hominibus, qui vocatus est

ab

ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Idem quippe, & Angeli Salvator, & hominis; sed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturæ. Vocatum est, ait, nomen eius Jesus, quod vocatum est ab Angelo. In ore ergo duorum, vel trium testium stat omne verbum; & ipsum quod in Propheta abbreviatum, manifestius in Evangelio legitur caro factum.

R. Expectabo nomen tuum Domine: * Quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.

V. Ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua: Quoniam Gloria Patris: Quoniam

Nona Lectio Dominicæ 2. post Epiphaniam. Si verd hoc Festum propter occurrentiam Dominicæ Septuagesimæ transferri debeat, & si in eo non incidat aliquod Festum simplex habens Lectionem propriam, dicitur sequens

Lectio ix.

Merito sanè dum circumciditur puer, qui natus est nobis, Salvator vocatur, quod videlicet ex hoc jam coepit operari salutem nostram,

immaculatum illum pro nobis sanguinem fundens. Neque enim jam querere est Christianis, cur voluerit Dominus Christus circumcidi. Propter hoc siquidem circumcisis est, propter quod natus, propter quod passus. Nihil horum propter se, sed omnia propter electos. Nec in peccato genitus, nec à peccato circumcisis, nec mortuus est pro peccato suo, magis autem propter delicta nostra. Quod vocatum est, inquit, ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Vocatum planè, non impositum; nempe hoc ei nomen est ab æterno. A natura propria habet, ut sit Salvator: innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel Angelica creatura.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER
Horas.

Antiphona.

Oleum effusum nomen tuum, idèò adolescentulæ dilexerunt te.

Psalm. Dominus regnavit.
Cum reliquis de Domin.

Añà. Scitote, quia Dominus ipse est Deus, cujus nomen in æternum.

Añà. Sitivit anima mea ad

nomen sanctum tuum Domine.

Añà. Benedictum nomen gloriæ tuæ, sanctum, & laudabile, & superexaltatum in secula.

Añà. Juvenes, & virgines, senes cum junioribus laudate nomen Domini, quia exaltatum est nomen ejus solius.

Capitulum. Philip. 2. a. 8.

FRatres, Christus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod, & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genuflectatur.

Hymnus.

Jesu, decus Angelicum.
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar coelicum.
Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderare nesciunt,
Nisi Jesum, quem diligunt.
O Jesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ,
Te quarunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.
Mane nobiscum, Domine,
Et nos illustra lumine,

Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.
Jesu Flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis.
Amen.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit coelum, & terram.

Ad Benedictus.

Añà. Dedit se, ut liberaret populum, & acquireret sibi nomen æternum. Alleluia.

ORATIO.

DEus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, & Jesum vocari jussisti: concede propitius; ut cuius sanctum nomen veneramur in terris, eius quoque aspectu perfruamur in coelis. Per eum dem Dominum, &c.

Postea fit commemoratio Dominicæ. Ad Primam in R. brevi dicitur

V. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam. Añà. Scitote. Capitulum. Fratres, Christus humiliavit.

R. brev. Sit nomen Dñi. benedictum. * Alleluia, alleluia. Sit nomen. Ex hoc nunc, & usque in seculum. Alleluia, al-

leluia. Gloria Patri. Sit nomen Domini.

℣. Afferte Domino gloriam, & honorem. Alleluia.

℞. Afferte Domino gloriam nomini ejus. Alleluia.

Ad Sextam.

Añã. Sitivit anima mea.

Capitulum Philip. 2. b.

IN nomine Jesu omne genuflectatur, coelestium terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

℞. *brev.* Afferte Domino gloriam, & honorem, * Alleluia, alleluia. Afferte. ℣. Afferte Domino gloriam nomini ejus. Alleluia, alleluia. Gloria. Afferte. ℣. Magnificate Dominum mecum Alleluia. ℞. Et exaltemus nomen ejus in idipsum Alleluia.

Ad Nonam.

Añã. Juvenes, & virgines.

Cap. Colos. 3. c.

OMne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Dñi. Jesu Christi facite gratias agentes Deo, & Patri per ipsum.

℞. *brev.* Magnificate Dñum mecum. * Alleluia allel. Magnificate. ℣. Et exaltemus nomen

eius in idipsum. Alleluia, allel. Gloria Patri. Magnificate.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Dñi. Alleluia.

℞. Qui fecit coelum, & terram. Alleluia.

In secundis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis.

Ad Magnificat.

Añã. Vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Alleluia. *Deinde fit commemoratio Dominicæ.*



DIE XVI. JANUARIJ.

In Festo S. Fulgentij Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confess. Pontificis, præter ea quæ hic sunt propria. In Vesperis. Añã. ad Magnificat. Sacerdos.

Oratio.

EXaudi, quesumus Domine, preces nostras, quas in Beati Fulgentij Confessoris tui, atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum nostrum.

In

In primo Nocturno.

Lectioes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Fulgentius Hispanus ex nova Carthagine, Severiano Patre ejusdem Provinciæ Duce génitus, Sanctorum Leandri, Isidori, & Florentinæ, germanus frater, á pueritia cum morum honestate esset instructus, ætate provectior, omni virtutum genere, & sacram quoque litterarum eruditione adeò enituit, ut Doctoris illustris titulum apud Hispanos fuerit assecutus. Cujus rei illud quoque argumentum est, quod egregius idem Doctor Isidorus, qui ab eo fuerat educatus, & pijs documentis imbutus, libros de Ecclesiasticis officiis, in quibus de universis misteriis, quæ in Ecclesia celebrantur, ac de originibus officiorum Ecclesiasticorum disseruerat, ipsi sanctissimo Fratri, sacræque disciplinæ amantissimo dedicavit.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Sed nihil ad Fulgentii commendationem illustrius,

quàm ipsorum quoque hostium gravissimum de eo prolatum testimonium. Cùm enim Leovigildus Gothorum Rex Sorórius eius Ariana hæresi infectus, post patratam filii sui Sancti Hermenegildi cædem, infirmitate ácriter torqueretur, flagitii pœnitentia ductus, licet non ea, quæ par erat, ad salutem obtinendam, Recaredo filio suo præcepisse dicitur, ut Leandrum, & Fulgentium, qui in doctrina Ecclesiastica insigniter clarebant, tamquam Patres audiret, & eorum mónitis obtemperaret. Id verò á Recaredo cumulatè præstitum fuisse tota Gothorum gens ad veram fidem perducta, & Ariana perfidia in Concilio Toletano tertio ab universo Regno abjurata, luculentissimè testatur.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lect. vi.

Episcopus creatus Astigitanæ, & Carthaginensium, miro zelo, & exemplo gubernavit Ecclesias Toletanæ Synodo interfuit, sub Rege Gundemaro, itidemque Hispalensi secundo in cuius actis nonnulla suæ Ecclesiæ jura, legitur, indicasse. Denique ab

H 2

in-

inceptæ vitæ instituto non recedens, & formâ factus gregis ex animo, cum pietate in Deum, Pastoralis in subditos vigilantia, aliisque sanctis operibus vitam religiosissimè transegisset, virtutibus, ac meritis plenus, nec sanctitate minus, quam doctrinæ fama illustris, obdormivit in Domino. Eum Diocesis Carthaginiensis, & Placentina, ut primarium suum colunt Patronum. Sacræ ipsius, & Florentinæ Sororis reliquiæ sub Alphonso Undecimo in Berzocâna oppido inventæ, ac postea divisæ, partim in eadem Placentina Diocesi, partim Murtiæ, magna populi veneratione coluntur.

℞. Iste est. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matth.

Lect. vii. cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Ex Hom. 17. in Luc. 10. ante med.

Considerandum nobis est, ut, qui una, eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, studeat singulos, in quantum valet instruere, privatis locutionibus ædificare. Debemus namque pensare continuo, quod Sanctis Apostolis dicitur, & per Apostolos nobis: Vos estis sal terræ, si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate, quia Dei animalia pascitis: de quibus profecto animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

℞. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio viii.

Et sapè videmus, quod petra salis brutis animalibus anteponitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis, debet esse Sacerdos in populis. Curare namque Sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat, ut quisquis

quis Sacerdoti jungitur, quasi sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Te Deum laudamus.



DIE XIX. JANUARI.

In Festo Sancti Canuti Mart. Semiduplex ad libitum.

ORATIO.

Deus, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam, Beatum Canutum, Regem, martyrii palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es; concede propitius, ut sicut ipse Dominicæ Passionis imitator fuit, ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Per eundem Dñum nostrum, &c.

Deinde sit commemoratio Ss. Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachum Martyrum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CAnutus Quartus, Suenonis Esthritij Danorum Regis filius, fide, pietate, & morum honestate conspicuus, eximie sanctitatis à teneris an-

annis specimen dedit. Paternum sceptrum summa omnium acclamatione adeptus, Religioni promovendæ sedulo incumbere, Ecclesias reditibus augere, & prætiosa suppellectili ornare coepit. Tum zelo propagandæ fidei succensus, barbara regna justo certamine aggressus, devictas, subditasque nationes Christianæ legi subjugavit. Victoriis autem plurimis gloriosus, & divitiis auctus, regale diadema ad Christi Crucifixi pedes adjecit, se & regnum illi subjicias, qui Rex regum est, & Dominus dominantium. Corpus suum jeuniis, ciliciis, & flagellis castigavit. In oratione, & contemplatione assiduus, erga pauperes profusus, erga omnes beneficus semper fuit: nec umquam à justitiæ, divinæque legis semita deflectit.

R. Honestum fecit. Pag. 39.

Lectio v.

HIS, aliisque virtutibus imbutus, ad supremum perfectionis apicem sanctus Rex properabat. Accidit autem, ut Angliæ Regnum à Uvilhelmo Normannorum Duce formidabili exercitu invaderetur, Anglis verò Danò-

rum opem implorantibus eum succurrere Rex decrevisset, belli expeditionem Olào fratri commisit; qui, regnandi cupiditate illectus, arma verit in Regis perniciem, militibus, & pòpulo contra illum concitatis. Nec desuerunt rebellioni fomenta. Cum enim Rex, editis legibus, decimas Ecclesiis solvi, Dei, & Ecclesiæ præcepta servari, transgressores puniri sanxisset; plerique perversi, ac scelerati homines exacerbati, primum quidem tumultuari, tum plebem commovere, ac tandem sanctissimo Regi necem moliri ceperunt.

R. Desiderium. Pag. 40.

Lectio vi.

Sciens igitur Rex futurorum præsciis, mortem sibi propter justitiam imminere; ea prænuntiata, ad Ecclesiam sancti Albani Martyris Othonike, tanquam ad locum certaminis, profectus est, & Sacramentis munitus, agonem suum Domino commendabat. Mox ibi adveniens conjuratorum multitudo, Ecclesiæ ignem admovere, fores confringere, & in eam irrumperé tentarunt. Quod cum perficere non possent, ad fenestras

ac.

DIE XXI. JANUARIJ.

In Festo SS. Fructuosi, Augurii, & Eulogii, Martyrum. Duplex.

Omnia de communi plurimorum Martyr. præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Fructuosum, & eius Diaconos Augurium, & Eulogium per ignem probatos, martyrio decorasti: concede nobis famulis tuis; ut ipsorum intercessionem, flamma divini amoris succensi, cum illis pariter coronemur in cælis. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

FRuctuosus civis, & Episcopus Tarraconensis, eo tempore martyrium subiit, quo immanis illa Valeriani, & Galieni persecutio in electissima quæque Christi membra sæviebat. Iam præter innumeros ubique terrarum martyres crudeliter occisos, Romæ Laurentium, Carthagine Cyprianum

accedentes saxa & sagittas in Sanctum Regem, flexis genibus pro inimicis orantem, magno impetu jaculari non cessarunt; donec lapidum, & telorum ictibus, ac tandem lancea confossus, glorioso martyrio, ante altare extensis brachijs procumbens, coronatus est, sedente in Apostolico Throno Gregorio Septimo. Multis postea miraculis Martyrem suum illustravit Deus, nam gravi penuria, & diversis calamitatibus oppressa Dania, patrati sacrilegij pœnas luit. Plures etiam varijs languoribus afflicti, ad ejus tumulum remedium, & incolumitatem consecuti sunt. Cumque Regina sacrum ejus corpus noctu clam subripere, & aliò transferre conaretur; emisso coelitus ingenti splendore perterrita, à proposito cessavit.

R. Stulam jucunditatis. Pag. 40.

In tertio Nocturno Homilia S. Hieronym. in Evangelium: Nolite arbitrari. Pag. 40.

Nona Lectio, & commemoratio in laudibus Ss. Marij, Marthæ, &c. Martyr. ut in Breviar.

num mactaverat. Cumque per Hispaniam quoque nostram grassaretur, Æmilianus Præses Tarraconem pervenit Urbem primariam. Hic ergo Fructuoso, ejusque Diaconis Augurio, & Eulogio in carcere primum coniectis, post sex deinde dies, se coram sistere jussis: audisti, inquit, Fructuose, quid Imperatores præceperunt, Deos scilicet colendos? Cui Pontifex: ego unum Deum colo, qui fecit coelum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Numquid, & tu, dixit Præses Eulogio, Fructuosum colis? Ego, respondit Levita Christi, Fructuosum non colo, sed ipsum colo, quem & Fructuosus. Similiter Augurio, respondeate, parique fortitudine tribus constantissimè Christum prædicantibus; cum nec iniuis, nec blanditiis Æmilianus sacrum Martyrum pectus emollire posset, flammis adjudicavit.

℞. Sancti tui. Pag. 43.

Lectio v.

CUM igitur sanctissimus Episcopus cum Diaconis suis ad amphitheatrum duceretur, adeò vehementi populus eorum amore obstrin-

gebatur, ut plures etiam Ethnicici de iniqua morte lamentarentur. Christiani verò, si quo modo possent Pastoris sui amantissimi dolorem, mortemque acerbissimam delinire, poculum aromatibus conditum propinabant; sed ille, abstinence rigidissimus custos, sinite, inquit, nondum est hora solvendi jejunii. Cum quidam Christianus, cui nomen Felix, apprehensa manu Fructuosi, cum enixè rogaret, ut sui memor esset in coelis, Fructuosus, cunctis audientibus, dignè respondit: In mente me habere necesse est Ecclesiam Catholicam, ab Oriente usque in Occidentem dilissimam. Quam responsionem Divus Augustinus in sermone, quem de gloriosis Martyribus habuit, laudat, dicens: Neminem singulorum præterit, qui orat pro universis, ab eo nullum membrum prætermittitur, cujus oratio pro corpore funditur. Acta martyrii Sancti Fructuosi, & Sociorum adeò veneranda apud Fideles erant, ut publicè in Ecclesia coram populo legerentur, non in Hispania tantùm, sed in Africa etiam, ac proinde in aliis quoque Occidentalis orbis Ecclesiis.

℞.

℞. Verbera carnificum. Pag. 43.

Lectio vi.

Postremò Fructuosus Fratres consolatus, & ex revelatione divina, numquam eis defuturum Pastorem prædicens, alacer, & securus cum Sociis suis, flexis genibus super struem lignorum jam ardere incipientium sese præparat victimam in odorem suavitatis Deo sacrificandam. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, donec per ignem probati, & sine macula inventi, purissimas animas Deo reddidere, anno sexagesimo secundo supra ducentesimum. Nec defuere magnalia, quibus in terris gloriam Sanctorum suorum patefieri placuit Altissimo: Babylon quippè, & Migdonius, licèt ex familia Præsidis, Christiani tamen, ipsa quoque filia Æmiliani, coelos scandere egregios Christi Athletas, Angelorum choris stipatos, coronisque redimitos conspexerunt. Nocte superveniente, Christiani ad amphitheatrum currentes, Martyrum cineres collectos, prout quisque potuit, sibi vindicavit. Sanctus verò Fructuosus ap-

parens monuit, ut, quod unusquisq; pio furto de sacris cineribus usurpaverat, restitueret, unoque in loco simul condendos curaret. Postea in Ligures sacra pignora transportata sunt, servanturque prope Genuam in Benedictinorum Coenobio, ultra ea, quæ Manresæ, & in Ecclesiis Tarraconensi, & Sanctæ Matronæ Barcinonensi piè coluntur.

℞. Tamquam aurum. Pag. 43.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium: Cum audieritis prælia, de eodem communi.

DIE XXIII. JANUARIJ.

In Festo S. Ildefonsi Archiepiscopi, & Confes. Dup. 2. clas. cum octav.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

DEus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem Beatum Ildefonsum Confessorem tuum, atque Pontificem misso de thesauris cœlestibus munere decorasti: concede propitijs; ut per eius preces, & merita, munera capiamus

I

eter-

aterna. Per eundem Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectio- nes de Communi Confessoris Pontificis. Fidelis sermo.

In secundo Nocturno.

Ex Surio Tom. I. & aliundè.

Lectio iv.

Ildefonsus, qui, & Alfonsus dicitur, natione Hispanus, Toleti nobilissimis Stéphano, & Lucia parentibus ortus, omnique cura nutritus, liberalibus disciplinis instructus est. Primum habuit præceptorum Eugenium Toletanum Antistitem, à quo miram ob indolem Hispalium ad Isidorum, mira tunc eruditione pollentem, est missus. Duodecim apud Isidorum commoratus annos, tandem fruge bona, doctrinaque sana imbutus, Toletum remeavit ad Eugenium. Posquam verò factus est ob vitæ candorem, peritiamque non vulgarem ab Eugenio Ecclesiæ Toletanæ Archidiaconus, mundi cupiens laqueos declinare, in Agaliensi Monasterio, quod Sanctis Martyribus Cosmæ, & Damiano tunc erat dicatum, insigne pietatis cuculum induit. Cui

neque parentes, jam prece, jam vi, omnia tentantes, obistere valuerunt, quin constanter in proposito permaneret.

Rz. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Monachi non multo post Ildefonsum in demortui Abbatis locum subrogarunt: suspiciebant siquidem in eo (præter virtutes reliquas) æquitatem, morum facilitatem, prudentiam, raram sanctitudinem. Tanta itaque fulgor, tanta veræ pietatis lux (quod ipse timebat) latere non potuit. Eugenio namque vita functo, Cleri, Senatus, totiusque populi decreto Toletanus Archiepiscopus est creatus. In quo quidem præsulatu, quantum verbo Ildefonsus profecerit, quæ miracula ediderit, quam multis fuerit nominibus de Virgine Matre benemeritus, non facile quis explicare quiverit. Cœnobium Virginum in Deilensi villola ædificavit, ac magnis muneribus auxit. Hæreticos quosdam, qui in Hispania hæresim Eluidianam, tollentem perpetuam Mariæ Dei Genitricis virginitatem, disseminabant, doctissimè con-

confutavit, ab Hispaniaque depulit; quam disputationem explicavit libro, quem scripsit de Beatæ Mariæ virginitate, rem miraculo confirmante. Cum enim Ildefonsus ad preces matutinas Expectationis B. M. in Ecclesiam nocte descenderet, comites eius in Ecclesiæ limine, fulgore quodam repentino deterriti, retrocesserunt. Ille verò intrèpidus ad aram progressus, Virginem ipsam vidit, & adoravit: ab eademque vestem, qua in sacrificiis uteretur, accepit.

Rz. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

CUM etiam dies Sanctæ Leocadiæ festus ageretur, & Clerus, frequensque populus convenisset, Ildefonsus ad sepulchrum virginis Leocadiæ accedens, flexis suppliciter genibus precabatur. Et ecce reserato repente sarcophago, Leocadia sanctissima prodiit: videntibusque cunctis, & audientibus, Ildefonsi merita de Virgine Maria commendavit, dicens: O Ildefonse! per te vivit Domina mea, quæ cœli cùlmina tenet. Et Præsule collaudato redibat. Ildefonsus, ne

res sine testibus tanta posteris referretur, arrepto Reccesvinthi Regis, qui forte tunc aderat, gladiolo, velaminis partem, quo caput Leocadiæ tegebatur, resecurit; eamque cum regio simul cultro celebri pompa in Sacrarium intulit, ubi usque hodie servatur. Scripsit multa luculentiori sermone, quorum variis molestiarum occupationibus impeditus, aliqua cæpta, aliqua semiplena reliquit. Obiit tandem divus Ildefonsus feliciter, ac sanctè, cum sedisset in Episcopatu annos novem, menses duos; sepultusque est in Basilica Leocadiæ circa annum Domini sexcentimum septuagesimum septimum Reccesvintho in Hispania regnante. Cujus corpus in generali à Saracenis Hispaniarum occupatione in civitatem Zamorensem translatum est: Et in Ecclesia B. Petri honorificè quiescens, magna illius populi religione colitur.

Rz. Iste est. Pag. 45.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium: Vos estis sal terræ. Ut in communi Doctorum.

Lectio nona de S. Emerentiana. Quod si Festum S. Ilde-

fonsi in Dominica celebretur, nona Lectio erit de Homilia Dominicæ.

In Laudib. fit commemorat. S. Emerentianæ.

DIE XXIII. JANUARI.

In Festo Sancti Raymundi de Peñafort, Confessoris.

Semiduplex.

In Hym. Vesp. & Mat. dicat.

Hac die lætus meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEus, qui B. Raymundum poenitentiae Sacramenti insignem Ministrum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti: concede; ut ejus intercessione dignos poenitentiae fructus facere, & ad aeternae salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum nostrum.

In 1. Nocturno Lectioes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

BEatus Raymundus Barcinonensis ex nobili familia de Peñafort, Christianae religionis rudimentis imbutus, adhuc parvulus eximia animi, & corporis indole magnum

aliquid portendere visus est. Num adolescens humaniores litteras in patria professus, Bononiam se contulit, ubi pietatis officiis, ac Pontificio, civilique juri sedulo incumbens, & Doctoris laurea insignitus, ibidem sacros Canones magna cum hominum admiratione est interpretatus. Ejus virtutum fama percrebrescente Berengarius Barcinonensis Episcopus, cum Roma suam ad Ecclesiam rediret, cum conveniendi causa, Bononiam iter instituit, & tandem summis precibus, ut secum in Patriam revertetur, obtinuit. Mox ejusdem Ecclesiae Canonatu, & Praepositura ornatus, universo Clero, & populo, integritate, modestia, doctrina, & morum suavitate praefulsit, ac Deiparae Virginis, quam singulari pietatis affectu venerabatur, honorem, & cultum semper pro viribus auxit.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

Anaum circiter quintum supra quadagesimum agens, in Ordine Fratrum Praedicatorum, solempni emissâ professione, ut novus miles,

les, in omni virtutum genere; sed praecipue in charitate erga egenos, & maxime Captivos ab Infidelibus detentos, se exercuit. Unde cum eius hortatu Sanctus Petrus Nolas (cujus ipse confessiones audiebat) suas opes piissimo huic operi conferret; tum eidem, tum Beato Raymundo, & Jacobo Primo Aragoniae Regi apprensus Beatissima Virgo, gratissimum sibi, & Unigenito Filio suo fore dixit, si in suum honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus Captivos ex infidelium tyrannide liberandi cura incumberet. Quare collatis inter se consiliis, Ordinem B. Mariae de Mercede, Redemptionis Captivorum fundaverunt: cui Beatus Raymundus certas vivendi leges praescripsit, ad ejusdem Ordinis vocationem accomodatissimas, quarum approbationem aliquot post annos a Gregorio Nono impetravit, & dictum Sanctum Petrum primum Generalem Ordinis Magistrum suis ipse manibus habitu eodem indutum creavit.

R. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

AB eodem Gregorio Romanam accersitus, & Ca-

pellani, ac Poenitentiarum, & Confessarii sui munere decoratus, ejusdem jussu Romanorum Pontificum decreta in diversis Conciliis, & Epistolis sparsa, in unum Decretalium volumen redegit. Archiepiscopatum Tarraconensem, ab ipso Pontifice sibi oblatum, constantissime recusavit; & totius Ordinis Praedicatorum Generale Magisterium, quod per biennium sanctissime administraverat, sponte dimisit. Jacobo Aragoniae Regi sacrae Inquisitionis Officij suis in regnis instituendi auctor fuit. Multa patravit miracula; inter quae illud clarissimum, quod, ex Insula Baleari majori Barcinonem reversurus, strato super aquas pallio, centum sexaginta milliaria sex horis confecerit, & suum coenobium januis clausis fuerit ingresus. Tandem propè centenarius, virtutibus, & meritis cumulatus, obdormivit in Domino anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, quem Clemens Octavus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium. Sint lumbi vestri

tri, &c. ut in communi Confessoris non Pontificis.

DIE XXVI. JANUARIJ.

In Festo S. Paulæ Viduæ Semiduplex.

Omnia de communi, nec V. nec M. præter illa, quæ sequuntur.

Oratio.

DEus, qui B. Paulam famulam tuam, spretis mundi delicijs, post insignia virtutum incrementa, ibi voluisti nasci cælo, ubi Unigenitus tuus natus est mundo: concede propitius, ut eius exemplo terrena cuncta despicientes, cœlestia consequi mereamur. Per eundem Dominum, &c.

Lectio. I. Nocturni de Script. occurrent.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Epist. 27. S. Hieronim.

PAula matrona Romana, è nobilissimo Senatorum genere, sed vitæ sanctitate multo nobilior, mortuo Toxicotio paris nobilitatis viro, cui quinque liberos ediderat, totam se ad Dominum convertit, & copiosas coepit di-

vitias in Christi pauperes tanto affectu erogare, ut eos tota Urbe perquireret, & damnum putaret (ut de ea S. Hieronimus scribit) si quisquam debilis, & esuriens cibo sustentaretur alterius; quo in studio usque ad mortem perseverans, dicebat interdum, se id voti habere; ut mendicans moreretur, & in suo funere aliena sindone involveretur. Cum autem, ob quasdam Ecclesiarum dissensiones, Orientis, & Occidentis Episcopi Romam, S. Dámaso Pontifice, convenissent, S. Epiphanium Salaminæ Cypri Episcopum hospicio excepit, & Paulinum Anthiochie omnibus charitatis officijs colere studuit, quorum accensa virtutibus, patriam deserere, & ad erémum pergere gestiebat. Quare Urbis frequentiam, & ora laudantium fugere festinans, & parvulam Bethlehem Romæ præferre volens, tandem ad portum Romanum navigatura descendit, fratre, propinquis ac liberis prosequentibus, & piam matrem materna charitate retinere cupientibus. Illa verò quamvis viscera eius dolore torquerentur, siccos ad cælum tendebat oculos, & pietatem in filios pietate in Deum super-

pe-

perans, nesciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam.

Rz. Propter veritatem. Pag. 48.

Lectio v.

NAVI igitur conscensa cum Eustochio filia, quæ propositi, & navigationis eius comes erat, alis fidei sumptis, Hierosolymam, & sancta loca incredibili ardore videre cupiebat. Quare cum Cyprum primum, deinde Seleuciam appulisset; in Syriam, & Palæstinam venit, cujus cuncta sacra monumenta tanto studio, ac pietate circumivit, ut nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset abduci. Denique Bethlehem substitit mansura perpetuo: ubi structis quatuor monasteriis, uno virorum, quod S. Hieronymus gubernaturus suscepit; aliis virginum, reliquum vitæ iter admirabili sanctitate confecit. Humilitatis virtus in ea maximè enituit; nihil ea clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Invidorum calumnias, & sæculi varias tentationes summa patientia, & mansuetudine toleravit. Tarda erat ad loquendum, & velox ad audiendum. Sanctas Scripturas tenebat memoriter,

& vetus, ac novum Testamentum assiduè perlegebat. Hebræam linguam discere voluit, & consecuta est, ita ut Psalmos Hebraice caneret, & sermonem illum, quasi nativum, personaret. Super durissimam humum stratis ciliolis quiescebat, si tamen quies dicenda est, quæ jûgibus penè orationibus dies, noctesque jungebat. Mollia, etiam in gravissima febre, lectuli strata non habuit, tantæ autem continentia fuit, ut prope mensuram excederet, & debilitatem corporis nimis jejuniis, ac labore contraheret: exceptisque diebus festis, vix oleum in cibo cæperet. Neque adduci ullo modo potuit, ut ad vires corporis reficiendas vino uteretur. Ægrotantes miris obsequiis, ac ministeriis confovebat, cumque aliis languentibus large præberet omnia; si quando ipsa ægrotasset, sibi non indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quod in aliis clementiam, in se duritiam commutabat.

Rz. Dilexisti justitiam. Pag. 48.

Lectio vi.

TAMDEM cum in gravissimam valetudinem incidisset, ac mortem adesse

sen-

sentiret, & frigente alia parte corporis, animæ tepor in solo pectore palpitaret, quasi ad suos pergeret, alienosque desereret, illos versiculos usque ad expirationem animæ repetebat: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ: & quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini; digitoque Crucis signum in labiis imprimens, sanctissimam animam Deo reddidit septimo Kalendarum Februarii, ætatis suæ anno quinquagesimo sexto. Translataque Episcoporum manibus in Ecclesiam Speluncæ, tota ad funus ejus Palestinarum Urbium turba concurrente, Monachorum, virginum, viduarum, & pauperum, qui ad exemplum Dordacadis, vestes ab ea præbitas ostendebant; triduo post subter Ecclesiam juxta specum Domini condita est.

℞. Fallax gratia. Pag. 42.

Lectioes tertii Nocturni. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangel. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, *de Commun. prim. loc.*

Miss. Cognovi, de eodem

communi. Orat. Deus, qui B. Paulam, ut supra.

DIE XXVIII. JANUARIJ.

In Festo S. Juliani Episcopi, & Confessoris. Duplex secundæ classis, cum octava in omnibus Hisp. Regnis.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis præter illa, quæ his assignantur propria.

Oratio.

EXcita, quæsumus Domine, in populo tuo Spiritum charitatis, quo B. Julianum Confessorem tuum, atque Pontificem, replere dignatus es: & concede; ut cuius festivitatem celebramus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum. In unitate ejusdem.

Lectioes primi Nocturni. Fidelis sermo: de Communi Confessor. Pontific.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

JULIANUS, Ecclesiæ Conchen-sis Episcopus, Burgis piis, & honestis parentibus natus est. Ejus ortum præclara illius sanctitatis, & Episcopalis dig-

dignitatis signa divinitus data nobilitarunt. Nam aded formosus, & pulcher in lucem editus est, ut omnes intuentes os ejus, coelesti quodam fulgore perfusum admirarentur. Multo magis verò, cum puer grandior palàm super fontem baptismalem tandiù visus est mitra, & bâculo Episcopâlibus insignibus ornâtus, dum adstantes admonuit, ut infanti Juliani nomen imponerent. Postea piè, sanctèque educatus, liberalibusque disciplinis apprime eruditus, Theologiæ operam dedit, in qua plurimum profecit. Itaque probatæ vitæ exemplo, & divini verbi prædicatione toti Hispaniæ mirandum in modum profuit. Archidiaconi dignitate in Ecclesia Toletana ornâtus, ab Alphonso deinceps Nono Castellæ Rege, Episcopale munus suscipere coactus est; quod summa cum laude obivit.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

VERè pater pàuperum fuit; quippè qui egentium, viduarum, & pupillorum inopiam pecunia, & aliis pietatis officiis sublevavit. Redditus Ecclesiæ suæ, tum suble-

vandis miseris, tum instaurandis, ornandisque templis insumpsit, ipse tenui victu contentus, quem labore manuum suarum comparabat. In oratione assiduus erat; cujus vi, paterna charitate ardens, multa, & magna pro salute populi à Deo impetravit. Quorum illa in primis illustria: Cùm aliquando tota Provincia rei frumentariæ laboraret inopia, nec quidquam amplius in Episcopatus horreis superesset, populi calamitatem miseratus, preces cum lachrymis ad Deum fudit. Tunc plurimum tritici ad ædes Sancti Episcopi à permultis jumentis comportatum est, quæ deposito onere, evanuerunt. Cùmque item dira in populum lites grassaretur, Sancti Episcopi oratione sedata est. Multos quoque, variis insanabilium morborum generibus affectos, in sanitatem restituit.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

SUPER gregem suum tanquam bonus, & sedulus Pastor diligentissimè vigilavit; lupos arcens ab ovibus, & oves pascens verbo vitæ, cibum cuique tribuens pro

capit congruentem. Corpus suum jejuniis assidue castigans, seipsum bonorum operum exemplar in omnibus præbuit. Denique, cum annos ferè octoginta maxima cum sanctitate vixisset, plenus dierum, atque virtutum, in senectute bona migravit ad Dominum quinto Kalendas Februarii, anno millesimo ducentesimo octavo; & honorificè in Ecclesia sua sepultus, post mortem quoque miraculorum gloria clarus, magna populi veneratione colitur. Anno postmodum millesimo quingentesimo decimo octavo, Leone Decimo Pontifice Maximo, corpus ejus è sacello, ubi multos jacuerat annos, effossum, ad locum propè aram maximam magnificè exornatum, tertio Idus Aprilis solemnè pompa, ac maxima celebèritate translatum est. Commemorationis ejus quoque festivitas Nonis Septembris, ex Julii Tertii Summi Pontificis concessione recolitur.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. cap. 6.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Et reliqua.

Homilia S. Petri Chrisologi.

Serm. 8. de Jejun & elemos. circa med.

Thesaurus cœli est manus pauperis; quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in cœlum. Manus pauperis est gazophylacium Christi, quia quidquid pauper accipit, Christus acceptat. Dâ ergo, homo pauperi terram, ut accipias cœlum: da nummum, ut accipias regnum: da pauperi, ut des tibi: quidquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non des tuis, habebit alter. Clamat Deus: Misericordiam volo. Qui quod vult Deus, Deo negat, à Deo sibi, quod desiderat, vult negari. Homo, petit Deus, sed tibi, non sibi: humanam misericordiam petit, ut largiatur divinam. Est in cœlis misericordia, ad quam per terrenas misericordias pervenitur.

℞. Amavit eum. Pag. 45.

Lec-

nocte choro virginum commitata cum aparuisset; sic ad eos locuta dicitur: Ne me, parentes, mortuam lugeatis: nam una cum his virginibus vivo apud illum in cœlis, quem in terris tota mente dilexi. Cum aliquot post annos Constantia Constantini Imperatoris filia, insanabili ulceri medicinam quærens, nondum Christiana, ad idem sepulchrum accessisset, obdormiscens sibi audire visa est vocem hanc Agnetis: Constante age Constantia: Crede in Iesum Christum Filium Dei, qui te sanam faciet. Quæ sanata, paulò post unâ cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi Ecclesiam nomine beatæ Agnetis edificavit.

In Laudibus fit commemoratio S. Agnetis secundo tantum.

In Diœcesi Conchensi, & ubicumque fuerit Patronus, vel Titularis.

Sermo 22. Lectio ix.

Homo, tali monitu Christus te ditare voluit, non nudare: manere tibi tua voluit, non perire; perpetuari, non vacuari sacculos imperavit, jussit te transferre,

Lectio viii.

Dicturus causam in iudicio Dei, patronam tibi misericordiam, per quam liberari possis, assume. Qui de patrociniò misericordiæ certus est, de venia sit securus, de absolute non dubitet. Misericordia non solum causam prævenit, anticipat cognitorem; sed etiam sententiam revocat, absolvit addictos. Quod Ninivite probant, quos jam sententiæ subjectos, poenæ traditos, ad victimam stantes, morti deditos misericordia sic rapuit, sic tenuit, sic prævenit, ut maluerit Deus deduci sententiam, ne misericordiæ quid negaret. Fratres, per misericordias pauperum, misericordiam paremus, ut possimus esse de poena liberi, de salute securi. Beati, inquit, misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Gratis misericordiam sperat ibi, qui hic non fecerit misericordiam.

℞. Sint lumbi Pag. 45.

Pro Sancta Agnete secundo.

Lectio ix.

Beata Agnes, parentibus ad eius sepulchrum assidue vigilantibus, quadam

non p̄derē. Plus consilio patris agit, quā jure dominantis. Inter insidias latronum, & tinearum morsus, quare tua recondas objurgat; pervigiles noctes, dies anxios, sollicita tempora, ne tibi ipse facias, commonēris. Auri custos, servator argenti, securitatem non habet, nescit quietem, & cui deest securitas, quies perit: p̄na dives est ille, non censu. Thesaurum non deficientem in Cœlo hoc est dicere, ubi ego sum, ibi p̄nite; date mihi; ego servo. Homo, da Patri, crede Deo; quia, & herēdi Pater, & Deus homini cr̄ditum non negabit. Tene re tua non potest, qui sua dedit. An humanis indiget, qui divina largitur? An est nostrorum cupidus, qui nos suorum fecit herēdes?

Te Deum laudamus.

DIE XXIX. JANUARI.

In Festo S. Valerij Episcopi Cæsaraugustani, & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

O Mnipotens sempiternus Deus, qui sacram Beati

Valerii Confessoris tui, atque Pontificis solemnitatem hodierna die venerari voluisti: nos famulos tuos ab omni culpa liberos esse, concede, ut ejus intercessione ad vitam perveniamus aeternam. Per Dominum, &c.

Lectioes primi Noct. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Lætionibus jam approbatis pro Ecclesiis Cæsaraugustana, & Valentina, & ex iis, quæ habentur d. S. Valerio in Breviario Romano in festo S. Vincentii Martyris.

Lectio iv.

Valerius pietate, & doctrina insignis ex Consulari Valeriorum turba (teste Prudentio) Cæsaraugustæ ortus est, talemque se in Episcopatu gessit, qualem nec optare quidem populus potuisset; cum enim Diocleciani, & Maximiani in Christianos persecutio maxime scyret, toto animo, omni studio ad propagandam Christi Fidem incumberebat, certans nimirum juxta præceptum Apostoli bonum certamen fidei, apprehendensque vitam aeternam, in quam vocatus erat,

&

& confessus bonam confessionem coram multis testibus. Qui cum ob linguæ tarditatem in prædicandi Evangelii exercitatione minus versari posset, ne ea ex re aliquid detrimenti populus acciperet, hanc curam Vincentio ejus Discipulo, & Diacono demandavit, ut hac ratione nihil ad confirmandum in fide populum, ipsumque sanctè docendum, desideraretur. Utriusque verò exemplo vitæ, ac morum sanctitate, Vincentii etiam prædicatione res Christiana in dies magis augebatur. Hæc intelligenens Dacianus, qui in prædicta Diocleciani, & Maximiani persecutione in Hispaniam Præses missus, Christianos totis viribus insectabatur, Valerium una cum Vincentio Cæsaraugustæ capi, & utrumque Valentiam victum post se duci, impio suo instituto expedire admodum, ac necessarium etiam esse, judicavit.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Viros itaque sanctissimos Valerium, & Vincentium vinculis constrictos Cæsaraugusta Valentiam Dacianus ad se duci jubet, qui si-

mul atque Valentia in illius conspectum prodierunt, cum Valerius ob senilem ætatem, & eam, qua apud Christianos valebat existimationem, auctoritate præcelleret, ad ipsum Præses conversus quid inquit, tu Valeri? an putas, æquum esse religionis prætextu Principum decreta infringere, ac violare? Tunc Valerius, quamvis corpore ob longævam ætatem infirmiore, animo tamen firmissimo Religionis, & Fidei causam suscipiens, mitiore licet, ac tardiore sermone Daciano respondit: Nos, ô Daciane, qui Christianam fidem profiteremur, & majorum nostrorum vestigiis insistimus, Deo potius, cujus nutu omnia sunt condita, quam hominibus obedire, oportere, in maximis, ac sanctissimis nostræ Religionis decretis semper habuimus. Quo audito, Dacianus, quoniam ex Valerii morte nullum sibi triumphum pollicebatur, quod summa ille senectute, quam quovis tormento graviolem illi futuram esse existimabat, confectus esset; exilio dumtaxat damnandum illum esse, decrevit.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lect.

Lectio vi.

CUM igitur exilii causa Valerio solam vertendum esset, relicta Civitate Valentia, in Aragoniæ Provinciam sese contulit, cui, cum Cæsaraugustam redire, aut ampla, spaciosa loca incolere edicto Judicis prohibitum esset, Anctum ejusdem Provinciæ Oppidulum ad habitandum sibi delegit: id etiam sibi præstituens, ut separatus à turba, ac proinde omnibus impedimentis liberatus, rebus divinis se totum dederet, suamque senectutem Deo prorsus consecraret. Quo in loco cum clarissima Vincentii mors, quam Valentia pro Christi fide ab impio Daciano gloriosissime perpassus fuerat, sæpè ipsi in mentem veniret, eam vehementer illi gratulari solebat; quin, & ipse ex hac vita migrare summis votis optabat; ut, quem charissimum socium, sui que muneris participem habuisset in terris, brevi etiam comitem haberet in coelis; et ut proclivis sui in Vincentium animi significationem aliquam ederet, templum eo in loco Christianorum sumptibus erigendum, curavit. Quod primum beati Vincentii nomine

dedicatum est. Qui tandem vigiliis, jejuniis, orationibus, & sacris meditationibus intentus, felicem animam Deo reddidit circa annum Domini trecentessimum decimum quintum. Cujus corpus non longe ab eo loco in Castro, cui nomen est Strada, Christiani piè sepelierunt. Insigne verò nunc monumentum ejus reliquias continens, ac nomen referens, in Coenobio Roda vulgò nuncupato, conspicitur.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium: Homo peregrè, de communi Confessoris Pontificis. Missa: Statuit, de eodem communi.

DIE XXX. JANUARIIL.

In Octava S. Ildefonsi Episcopi, & Confes. Duplex. *Omnia dicuntur sicut in die Festi, præter ea, quæ sequuntur.*

In primo Nocturno.

Lectioes de Scriptura occurrente.

In

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Gregorii Papæ. *Part. 2. Pastor. cap. 1.*

Lectio iv.

Tantum debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare solet à grege vita Pastoris. Oportet namque, ut metiri se solícite studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cujus æstimatione populus grex vocatur. Sic ergo necesse est cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiæ erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum solícitudine non relinquens.

℞. Inveni David. Pap. 44.

Ibidem. cap. 9. & 10.

Lectio v.

Considerandum quoque est, quia cum curam

populi electus Præsul suscipit, quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in ejus opere passiones vivunt, qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat? Ille modis omnibus debet ad exemplum, bene vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens, jam spiritualiter vivit, qui prospera mundi postponit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat; cujus intentioni bene congruens, nec omninò per imbecillitatem corpus, nec valde per contumaciam repugnat spiritus: qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Ibidem. cap. 8.

Lectio vi.

Unde ipsum quoque Episcopatus officium boni operis expressione definitur, cum dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est, qui Episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium, sed honoris gloriam quærit. Sacrum quippè officium non solum non diligit omninò, sed

nes-

nescit, qui, ad culmen regiminis anhelans, in ocaltra meditatione cogitationis, ceterorum subiectione pascitur, laude propria lætatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrum quæritur sub ejus honoris specie, quo mundi destrui lucra debuerant.

℞. Iste es, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matth. Cap. 5.

Lectio vii.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia S. Joan. Chrisostomi.
Ex Homil. 15. in Matthæum.

Luceat lux vestra: hoc est, plurima in vobis sit virtus, ac maximè ingens illius accendatur ignis, & inefabile omnino lumen effulgeat. Quando autem tam magna virtus fuerit, & clara, latere non poterit, etiam si mille illam contègere velit modis ille, qui possedit. Bene au-

tem ait, Lumen: nihil est, quod sic hominem faciat insignem atque conspicuum, etiam si magno ambitu optet latere, ut splendor iste virtutis. Sicut enim iso sole circumdatus, ita utique clarus effulget, nec in terram solummodo rutilatus propria virtutis emittit, sed supra ipsum etiam coelum proprio fulgore radiabit.

℞. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio viii.

Hinc itaque illos uberius consolatur. Et si, inquit, maledicta in vos audientes doletis, habetis tamen plurimos, quos ad amorem, atque admirationem Dei, vestro adducatis exemplo. Tunc enim multi erunt omnino mirantes, non utique vos tantum, sed per vos etiam Patrem vestrum. Nec dixit Deum, sed Patrem; conferenda illis nobilitatis prerogativam, hoc jam nomine largiendo. Considera quantum istiusmodi sit commodum, quantum etiam discrimen. Si enim vitiiis sordeamus, etiam si nobis nullus obtraheret, erimus omnibus miseres. Si verò virtutibus splendere curemus, vel si totus mundus

con-

contra nos maledictis voluerit personare, erimus omnium beatissimi, atque ad nos trahemus omnes, qui venire elegerint ad salutem. Omni quidem tuba documenta sunt operum clariora, vitæque munda, ipsa est luce fulgentior.

℞. In medio Ecclesie. Pag. 46.

Ex Homil. 16 in Matthæum post initium.

Lectio ix.

NON veni solvere legem; sed implere, Legem vero non uno tantum, sed altero, & tertio implevit modo. Uno quidem, quia nihil ex legitimis ipse transgressus est: alio verò, quia per nos quoque id ipsum facit, quod Paulus significando dicebat: Quoniam finis legis Christus ad justitiam omni credenti. Quod enim illa per litteram non potuit, hoc per fidem ipse confecit. Si verò aliquis diligentè examinet, alium quoque tertiummodum impletæ ab eo legis inveniet. Quem verò istum? ipsa utique præcepta, quæ erant daturus: non enim interitus priorum sed augmentum potius, &

complementum erant ea, quæ dicebantur à Christo. Illius quippe sententiæ, qua dicitur: Non occides, non iateremptio, sed adimpletio magis, atque munitio est, dicere: Non irascaris; omniumque similiter ceterorum.

In Laudibus fit commemoratio S. Juliani, ut in Vesperis.

℞. Amavit.

FESTA FEBRUARIJ.

DIE I. FEBRUARIJ.

In Festo S. Cæcilij Episcopi, & martyris. Duplex.

Omnia dicuntur de communi unius Martyris Pontificis, præter illa, quæ hic assignantur propria.

ORATIO.

DEus, qui nos per Beatum Cæcilium martyrem tuum, atque Pontificem ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: concede propitius, ut per quem superni muneris rudimenta suscepimus, per eum subsidia perpetuæ salutis impetremus. Per Dominum.

In I. Noct. Lectiones de Scriptura occurrente.

L

In

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Quoniam varios, multiplicesque triumphos, quos Evangelica prædicatio cumulavit, tempus nos dinumerare non patitur, ad illos tota nostri sermonis confugit oratio, quos Hispaniarum Ecclesia reportavit, quæ à Sanctis Apostolis tot meruit habere Episcopos, quot dies mundus accepit. Verè mater luminum, fons dierum, quæ septenario corusco germinis sui toto orbe resplendet. Felix, quæ meruit possidere tot virtutum pignora, quot illa arca præceptorum volumina sacra gesta vit.

R. Honestum fecit. Pag. 39.

Lectio v.

Beata cui in futura gloria tot adstant candelabra, quot hic habuit Evangelii præcones; tot coronæ, quot insulæ; tot bravía, quot tormenta. Meritò proinde de venerando illo Sanctorum numero, scribens ad Alfonso, & Sancium Hispaniæ Reges, & ad ejusdem Regni Episcopos Sanctus Gregorius Septimus Romanus Pontifex testatur, à Sanctis Apostolis ad Hispa-

niam septem illos Antistites directos fuisse, qui destructa idololatria, Christianitatem fundaverunt, religionem plantaverunt, ordinem, & officium in divinis cultibus agendis ostenderunt, & sanguine suo Ecclesias dedicaverunt.

R. Desiderium. Pag. 40.

Lectio vi.

Ex his adest nobis hodie natalis Sancti Cæciliæ, qui cum mirabilem multitudinem Christi fidei subjugasset, Illyberi glorioso agone quievit. In cujus postea Civitatis excisæ locum Granata successit, quæ Patroni, ac Parentis sui tanta semper pietate memoriam recoluit, ut etiam sub Maurorum tyrannide templum ejus nomini dicatum, Sacris Christianorum celebrandis, inviolatum extiterit.

R. Stola jucunditatis. Pag. 40.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Homi-

Homil. S. Augustini Episcopi. *Tract. 51. in Joan. sub med.*

Ipse Dominus Jesus erat gratum mortificandum, & multiplicandum; mortificandum infidelitate Judæorum, multiplicandum fide populorum. Iam verò exortans ad passionis suæ festanda vestigia: qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest, qui amat, perdet: id est, si amat, perdes. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam, noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.

R. Corona aurea. Pag. 40.

Lectio viii.

Hoc autem, quod posterius dixi, magis habere videtur Evangelicus sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo, quod supra dictum est, qui amat (subintelligitur in hoc mundo) ipse utique perdet: qui autem odit (utique in hoc mundo) in vitam æter-

nam ipse custodit eam. Magna, & mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdant amando.

R. Hic est verè martyr. Pag. 40.

Lectio ix.

Sed vide ne tibi subrepat, ut te ipsum velis interire, sic intelligendo, quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni, atque perversi homines, & in seipsis crudeliores, & sceleratiores homicidæ, flammis se donant, aquis se præfocant, præcipitio se collidunt, & pereunt. Hoc Christus non docuit; imo etiam diabolo præcipitium suggerenti respondit: Redi retrò Satanas: scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit, significans qua morte clarificaturus erat Deum: cum esses junior, cingebas te, & ambulabas, quò volebas; cum autem senueris, alter te cinget, & feret, quò tu non vis. Ubi satis expressit, non à se ipso, sed ab alio de-

L 2

bere

bere occidi, qui vestigia sequitur Christi.

Te Deum laudamus.



DIE IV. FEBRUARII.

In O³. Sancti Juliani Duplex.

Omnia sicut in die præterea quæ hic habentur.

In primo Noct. Læctiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
Sermo 2. de S. Victore. Tom. 2.

Lectio iv.

GAudete in Domino, dilectissimi, qui inter continua suæ pietatis beneficia indulsit mundo Beatum Julianum, cuius multi salvarentur exemplo. Iterum dico, gaudete, quod factus de medio, appropriavit Deo, ut multò plures ejus intercessione salventur. Habet ex hominibus cui hominum peccata donet misericors, & miserator Dominus: habet tempus, & locum intercedendi pius, & misericors advocatus; in terris visus est, ut esset exemplo; in cælum levatus est, ut sit patrocínio. Hic

informat ad vitam: illic invitatur ad gloriam. Factus est mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, totum in nos transferre desiderat, & supplicantis affectum, & supplicationis fructum.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

HÆc dies gloriosæ migrationis ejus, dies lætitiæ cordis ejus, exultemus, & lætemur in ea. Introivit in potentias Domini, gaudeamus, quia nunc potentior est ad salvandum. Hodie, posito corpore, quo solo præpediri ab introitu gloriæ videbatur, tanto alacrior, quantò expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloria Sanctorum. Hodie de novissimo, & humili loco, quem sibi ex consilio Salvatoris elegerat: ipso summo Patre familias evocante verus amicus ascendit superius, & est illi gloria coram simul discumbentibus. Ascendit autem cum immensa supellèctili meritorum; clarus triumphis, miraculis gloriosus.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lect.

Lectio vi.

ANima ejus in bonis demorabitur. Quæris ubi? Cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno coelorum. Ita cum talibus, & tali in loco sibi seder. Sedet excelsa, & fulgida, sedet lætabunda, & laudans: sedet delicata, & ornata monilibus suis, stipata malis, fulcita floribus. Sedet gloriosus Pontifex, debita jam suavitate, & securitate quietus: securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. Non enim cum putredine carnis simul exiit visceribus pietatis, nec sibi sic induit stolam gloriæ, ut nostræ pariter miseriæ, suæque ipsius misericordiæ oblivionem indueret.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lect. vii. cap. 6.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demólitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Ex cap. 14. de Nabuth. Jezraelita. Tom. 4.

CUstos es tuarum, non dominus facultatum, qui aurum terræ infodis, minister utique ejus, non arbiter. Sed ubi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Ergo in illo auro cor tuum infodisti terræ. Vende potius aurum, & eme salutem; vende lapidem, & eme regnum Dei; vende agrum, & eme tibi vitam æternam. Considera quia ista tibi potest mors eripere, potestas superioris tollere. Deinde, quia poteris parva pro magnis, caduca pro æternis, thesauros pecuniæ pro thesauris gratiæ vendere. Isti corrumpuntur, illi permanent. Considera, quia hos solus non possides; possidet tecum tinea, possidet ærugo, quæ consumit pecuniam. Hos tibi consortes avaritia dedit.

℞. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio viii.

VIde autem quos tibi det gratia debitores. Splendidum in panibus benedictum labia justorum, & testimonium bonitatis illius fidele.

Fa-

Facit tibi Patrem debitorem Deum, qui pro munere, quo pauper adjutus est, foenus exolvit, quasi boni debitor creditoris. Facit tibi debitorem Filium Dei, qui ait: Esurivi, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me; nudus, & operuistis me. Quod enim unicuique minimorum collatum fuerit, sibi dicit esse collatum. Nescis, ó homo, struere divitias. Si vis dives esse esto pauper sæculo, ut sis dives Deo. Dives fidei, dives est Deo: qui dives est in misericordia, hic est dives Deo.

℞. Sint lumbi. Pag. 45.

Lectio ix.

SUNT qui in paupertate abundant, & qui in divitiis egeant; abundant pauperes, quorum profunda paupertas abundavit in divitiis simplicitatis suæ; divites autem eguerunt, & esurierunt. Neque enim otiose scriptum est: Divitum pauperes præpositi erunt, & proprii servi dominis foenerabunt; quia divites, & domini supervacua, & mala seminant; & quibus non fructum colligant, sed spinas metant. Ideò pauperi-

bus divites erunt subditi, & servi dominis spiritalia foenerabunt; quemadmodum dives rogabat, ut sibi stillam aquæ pauper Lazarus foeneraret. Potes & tu dives istam implere sententiam, si largiaris pauperi. Qui enim largitur pauperi, Dño foenerat.

In secundis Vesperis fit á cap. de S. Agatha Virgine, & Martyre, ut in Breviario.

DIE VI. FEBRUARII.

In Festo Sancti Andreæ Corsini Episcopi, & Confessoris. Duplex in universali Ecclesia.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hic ponuntur propria.

In Hymno Vesp. & Matut. dicatur: Hac die lætus meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEus, qui in Ecclesia tua exempla virtutum: da populo tuo Beati Andreæ Confessoris tui, atque Pontificis ita sequi vestigia, ut assequatur & præmia. Per Dominum nostrum.

In I. Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ANDREAM Florentiæ ex nobili Corsinorum familia natum, parentes precibus á Deo impetrarunt, & Beatæ Virgini sponderunt. Qualis autem futurus esset, divino præsagio, antequam nasceretur, ostensum est: nam mater grávida sibi visa est per quietem lupum edidisse, qui ad Carmelitarum ædem pergens, in ipso templi vestibulo statim in agnum conversus est. Adolescens piè, & ingenuè educatus, cum sensim ad vitia declinaret, sæpe á matre increpatus fuit. Ubi autem cognovit, se parentum voto Deiparæ Virgini dicatum fuisse Dei amore succensus, deque visu matris admónitus, Carmelitarum institutum amplexus est, in quo variis tentationibus à doemone vexatus, numquam tamen potuit á Religionis proposito dimoveri. Mox Lutetiam missus, emenso studiorum curriculo, & laurea donatus, in patriam revocatur, sui que Ordinis regimini in Hetruria præficitur.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

INterea Fesulana Ecclesia suo viduata Pastore eum sibi Episcopum elegit: quo munere se indignum æstimans, diu latuit ignotus, donec pueri voce mirabiliter loquentis próditus, & extra urbem inventus, ne Divinæ contradiceret voluntati, Episcopatum suscepit. Ea dignitate auctus, humilitati, quam semper coluerat, impensius incubuit; & pastoralis sollicitudini misericordiam in pauperes, liberalitatem, orationis assiduitatem, vigiliis, aliasque virtutes adunxit, & spiritu etiam prophetico clarus fuit; adeò ut ejus sanctitas ab omnibus celebraretur.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

HIS permotus Urbanus Quintus, ad sedandas Bononiæ turbas, Andreæ legatum misit; quo in munere multa perpeßus civium odia, quæ ad interfectionem exarserant, summa prudentia restinxit; tum restituta tranquillitate, ad propria reversus est. Nec multò post assiduis laboribus, & voluntaria carnis maceratione confectus, obitus die

die á Beata Virgine sibi prædicto, ad coelestia regna migravit, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, ætatis suæ septuagesimo primo. Quem Urbanus Octavus multis, magnisque miraculis clarum Sanctorum numero adscripsit. Ejus corpus Florentiæ in Ecclesia sui Ordinis quiescit, & maxima civium veneratione colitur, quibus non semel in præsentis discrimine præsidio fuit.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Homo peregre proficiscens, de Communi Confessoris Pontificis.

DIE VIII. FEBRUARII.

In Festo S. Joannis de Matha Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

Oratio.

DEUS, qui per Sanctum Joannem, Ordinem Sanctissimæ Trinitatis ad redimendum de potestate Sarracenorum Captivos coelitus instituere dignatus es: præ-

ta quæsumus, ut ejus suffragantibus meritis, á captivitate corporis, & animæ, te adjuvante liberemur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno. Læctiones de Scriptura occurrente.

Si autem occurrat in Quadragesima, læctiones de Communi Confes. non Pont. Beatus vir,

In secundo Nocturno.

Læctio iv.

JOannes de Matha Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum institutor, Falcone in Provincia natus est parentibus pietate, & nobilitate conspicuis. Studiorum causa aquas Sextias, mox Parisios profectus, confectoque Theologiæ curriculo, magisterij lauream adeptus, doctrinæ, & virtutum splendore enituit. Quibus motus Parisiensis Antistes, ad sacrum Presbyteratus ordinem, præ humilitate reluctantem, promovit, eo consilio, ut in ea Civitate commorans, sapientia, & moribus studiosæ juventuti præluçeret. Cum autem in sacello ejusdem Episcopi, ipso cum alijs adstante, primum Deo Sacrum offerret, coelesti favore meruit recreari.

ri. Nam Angelus candida, & fulgenti veste indutus, cui in pectore crux rubei, & cærulei coloris assuta erat, brachis cancellatis, & super duos captivos ad latera positos, Christianum unum, alterum Maurum, extensis apparuit. Quæ visione in extasim raptus, intellexit protinus vir Dei, se ad redimendos ab infidelibus captivos destinari.

℞. Honestum fecit Pag. 46.

Læctio v.

QUO verò maturius in re tanti momenti procederet, in solitudinem secessit, ibique divino nutu factum est, ut Felicem Valesium in ipsa eremo jam multis annis degentem reperiret, cum quo inita societate, se per triennium in oratione, & contemplatione, omniumque virtutum studio exercuit. Contigit autem, ut dum secum de rebus divinis prope fontem colloquerentur, cervus ad eos accesserit, crucem inter cornua gerens, rubei, & cærulei coloris. Cumque Felix ob rei novitatem miraretur, narravit ei Joannes visionem in prima Missa habitam: & exinde ferventius orationi incumbentes, ter in somnis admoniti Ro-

mam proficisci decreverunt, ut à Summo Pontifice novi Ordinis pro redimendis Captivis institutionem impetrarent. Electus fuerat eo tempore Innocentius III. qui illis benigne acceptis dum secum de re proposita deliberat, in Festo S. Agnetis secundo, Laterani intra Missarum solemniam, ad sacræ Hostiæ elevationem, Angelus ei candida veste, cruce bicolori, specie redimentis Captivos apparuit. Quo viso, Pontifex Institutum approbavit. & novum Ordinem Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum vocari jussit, ejusque Professoribus albas vestes cum cruce rubei, & cærulei coloris præbuit.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Læctio vi.

SIC stabilito Ordine, Sancti Fundatores in Galliam redierunt, primoque Coenobio Cervi frigidi in Diocesi Meldensi constructo, ad ejus regimen Felix remansit, & Joannes Romam cum aliquot socijs reversus est, ubi Innocentius Domum, Ecclesiam, & Hospitale Sancti Thomæ de Formis in Monte Coelio eis donavit, cum multis redditibus, & possessionibus. Datis

quoque litteris ad Miramolinum Regem Marrochii, opus Redemptionis felici auspicio inchoatum fuit. Tam ad Hispanias, sub jugo Saracenorum magna ex parte oppressas, Joannes profectus est, Regumque, Principum, atque aliorum fidelium animos ad Captivorum, & pauperum commiserationem commovit. Monasteria ædificavit, Hospitalia erexit, magnoque lucro animarum plures Captivos redemit. Romam tandem reversus, sanctisque operibus incumbens, assiduis laboribus attritus, & morbo confectus, ardentissimo Dei, & proximi amore exastuans, ad extremum devenit. Quare, Fratribus convocatis, eisque ad opus Redemptionis coelitus præmonstratum efficaciter cohortatis, obdormivit in Domino sextodecimo Kalendas Januarii anno salutis millesimo ducentesimo decimo tertio, ejusque corpus in ipsa Ecclesia Sancti Thomæ de Formis condigno honore tumulatum fuit.

Be. Iste homo. Pag. 46.
In tertio Nocturno. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti, de eodem communi.

DIE X. FEBRUARIJ.

In Festo S. Scolasticæ Virginis. Duplex.

Omnia de communi Virginum, præter ea, quæ hinc assignantur propria.

ORATIO.

DEUS, qui animam Beatæ virginis tuæ Scolasticæ, ad ostendendam innocentiam viam, in columbæ specie coelum penetrare fecisti; da nobis ejus meritis, & precibus ita innocenter vivere, ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Libro secundo Dialogorum S. Gregorii Papæ. Cap. 33.

Lectio iv.

Scholastica, venerabilis Patris Benedicti soror, omnipotenti Domino ab ipso infantia tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat, ad quam vir Dei non longe extra januam in possessione Monasterii descendebat. Quadam vero die venit

ex

Lectio v.

ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis ejus descendit frater; qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumben- tibus jam noctis tenebris, simul acceperunt cibum. Cum- que adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis foemina soror ejuseum rogavit, dicens: Quæso te, ut ista nocte me non deseras, ut usque mane de coelestis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est, quod loqueris soror? manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat coeli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem foemina, cum verba fratris negantis audivisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinavit. Cumque levaret de mensa caput, tanta coruscationis, & tonitruus virtus, tantaque inundatio pluviae erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque Fratres, qui cum eo aderant, extra loci limen, quo consederant, pedem movere potuerint.

Be. Propter veritatem. Pa. 47.

Sanctimonialis quippè foemina caput in manibus declinans, lachrymarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est; sed tanta fuit convenientia orationis, & inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret: quatenus unum, idemque esset momentum, & levare caput, & pluviam deponere. Tunc vir Dei inter coruscans, & tonitruos, atque ingentis pluviae inundationem, videns se ad Monasterium non posse remeare, coepit conqueri contristatus, dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, soror, quid est, quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce rogavi te, & audire me noluisti; rogavi Deum meum, & audivit me; modo ergo, si potes, egredere, & me dimissa, ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, qui remanere sponte noluit in loco, mansit invitus. Sicque factum est, ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per sacra spiritualis vitæ

M 2

col-

colloquia, sese vicaria relatione satiarent.

℞. Dilexisti justitiam. Pag.

47.

Lectio vi.

Cumque die altero eadem venerabilis foemina ad cellam propriam recessisset, vir Dei ad Monasterium rediit. Cum, ecce, post triduum in cella consistens, elevatis in aera oculis, vidit ejusdem sororis suae animam de corpore egressam, in columbae specie caeli secreta penetrare. Qui, tanta ejus gloriae congaudeas, Omnipotenti Deo in hymnis, & laudibus gratias reddidit, ejusque obitum Fratribus deauntiauit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad Monasterium deferrent, atque in sepulchro, quod sibi ipsi paraverat, ponerent. Quo facto contigit, ut quorum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora, nec sepultura separaret.

℞. Afferentur Regi. Pag. 47.

In tertio Nocturno. *Homilia in Evangelium*: Simile erit regnum caelorum decem virginibus, de *Communi Virginitum*.

Si hoc Festum celebretur in *Quadragesima*, *Lectio ix. erit de Homilia Feriae*.



DIE XII. FEBRUARII.

In Festo S. Eulaliae virginis, & martyris. Duplex.

Omnia de Communi Virginitum, & martyrum, praeter ea, quae sequuntur.

ORATIO.

Deus, qui nos martyrii Beatæ Eulaliae virginis, & martyris tuae solemnitate lætificas: concede propitius, ut gloriosissimis ejusdem meritis, & terrena nobis proficiant, & caelestia desiderata proveniant. Per Dominum nostrum.

Si occurrat in Quadragesima, fit commemoratio feriae.

Lectiones primi Nocturni in Quadragesima de Epistola prima B. Pauli Apostoli ad Corinthios: De virginibus.

Extra Quadragesimam verò de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Eulalia virgo Barcinonensis, nobilibus parentibus nata, & in Christi fide; ac religione educata; cum decimum quartum suae ætatis annum attingeret, & in eadem

tene-

tenera ætate desiderio martyrii flagraret, divinitus inspirata, seipsam sponte Præsidi Daciano, Barcinone persecutionem adversus Christianos exercenti, ad martyrium offerre decrevit. Cumque ruri tribus ferè millaribus procul à Barcinonensi urbe maneret, inde parentibus, atque domesticis id ignorantibus, clam recedens, Barcinonem pervenit, Ubi prætorianam domum ingrediens, Præsidem pro tribunali sedentem adit: & stans coram eo, sic alta voce elocuta: Ut quid, Daciane, audes Christianorum sanguinem injustè fundere, & eosdem ad falsos venerandos deos cogere? Unus est solus verus Deus, Omnipotens, omnium Creator, & Dominus, quem Imperatores Dioclecianus, & Maximianus, & tu, & omnes homines venerari obligantur. Quomodo ergo, homo cum sis, non times Deum unum Omnipotentem offendere? Aut cur Christianos pervertere niteris, ut Deum verum deserant, & falsa demonum simulacra, opera manuum hominum fabricata, colant? Ad quam Dacianus, rei novitate turbatus dixit: Quænam es tu, quæ contra imperatoriam

majestatem, & ministrorum suorum debitam reverentiam, ausa es talia publicè proferre verba? Cui virgo: Ego sum Eulalia, ancilla Jesu Christi, qui, & Dei Patris, & Mariæ Virginis Matris est Filius, qui solus est Rex regum, & Dominus dominantium: & cui divinus jure debet exhiberi honor, & cultus, non autem idòlis.

℞. Propter veritatem. Pag. 47.

Lectio v.

HAC gloriosa fidei confessione quasi splendenti luce excæcatus tyranus, tum odio in Christianos commotus, tum ira contra Virginem concitatus, eam illico alligari, in custodiam deduci, ibidemque crudeliter verberari imperat. Quod tormentum cum constanti animo, & lato vultu tenera virgo, multis id videntibus, atque mirantibus, sustinens; ferina rabie contra ancillam Christi magis concitatus Dacianus, omni tormentorum genere Eulalam Christianam debere excruciarum decernit. Igitur primum Eulalia in æquleo posita, ferociter dilaceratur, Mox unguis ferreis tota excarnificatur, facibus, flammisque ardentibus, ad ejus

vix-

virginale pectus, lateraque ad-
motis, exurit. Oleum super
ejus exustum plagatumque
corpus infunditur; quo totum
perunctum, supra vivam cal-
cem extenditur, ac volutatur;
ut ardore calcis interiora Vir-
ginis viscera acerbissime tor-
querentur. Liquatum, ac fer-
vens plumbum supra virgine-
um corpus effunditur, ac to-
tum ipsum corpus acutis tes-
taceis fragmentis confricatur.
Ne autem sensus aliquis pro-
prio careret dolore, per ejus
nares acetum cum atria siná-
pi permixtum immititur: &
candelis dehinc accensis, cas-
tissimi Virginis oculi aduruntur.
Quare nihil non tentat,
nihil non facit ingeniosa, sæ-
vaque tyranni malitia, ut á
verò cultu Dei cultricem ab-
ducatur. Caterum, quo magis
crescit tortoris sævitia, eo
magis augetur in sponsa Chris-
ti constancia, fortitudo, &
gratia. Etenim Eulalia in cru-
ciatibus Deum orat, eidem-
que læta grátias agit: dum-
que tortores in inferendis tor-
mentis fatigantur, ipsa nec
tristitia affecta, nec molestia
fracta, omnia non solúm æquo,
verum etiam álacri animo
perferebat.

℞. Dilexisti justitiam. Pag. 47.

Lectio vi.

Nihil jam se posse vi tor-
mentorum contra Eula-
liam sperabat Dacianus. Ad
infamiam ergo, & ignominiam
cálidè suum vertit obstinatum
animum, ut experiatur, si hoc
modo valeat triumphare. Igi-
tur castam, & verecundam
Virginem, nudam corpore,
exustam, dilaceratam, oleo,
calce, & cruore sanguinis
conspersam, ac deformatam,
per vicos, & plateas civitatis
publicè coram omnium oculo-
rum, circumferri jubet. **O**
acèrbum, crudeleque specta-
culum! Sed qui animalia ter-
ræ, & volatilia coeli vestit
Deus, sponsam suam Eula-
liam mirabilibus ornavit in-
dumentis. Nix enim illic de
cælo cecidit, quæ sacræ Vir-
ginis corpus mirandum in
modum contextit: quæque co-
litus suo contemperato fri-
gore, Virgini esset refrige-
rio, & suo splendenti can-
dore eidem simul esset or-
namento. Quam sponsa Chris-
ti candida, & rubicunda per
loca publica gloriosè ince-
dens, verè de tyranno trium-
phans, omnibus visa fuit ad-
mirabilis, & speciosa! Fre-
mebat Dacianus infractum,

vi-

videns animum Virginis, &
jam quasi de victoria despe-
rans, eam cruci affigi imper-
rat. Verum in cruce pendens
Eulalia, coelesti recreatur
gaudio: quod se cruci affi-
xam, Christoque simillimam
videt. Neque ibidem, om-
nium admiratione Deum glo-
rificare cessat. Denique, ju-
bente Praside, pridie Idus
Februarii securi percutitur,
& germinata martyrii, atque
virginitatis corona, nobile
certamen exegit. Cujus ani-
ma ad instar columbæ, é
corpore egrediens, cœlum á
multis visa est conscendere.
Corpus verò á Christianis
honorificè extra Barcinonis
urbis moenia sepelitur.

℞. Afferentur Regi. Pag.
47.

*In tertio Nocturno: Homi-
lia Sancti Gregorii Papa in
Evang. Simile erit regnum
coelorum decem Virginibus,
de Communi Virginum.*

*In Quadragesima, nona Lec-
tio, & commemoratio Ferie
in Laudibus.*



DIE XV. FEBRUARIJ.

In Festo B. M. V. de Guada-
lupe Mexicanæ, sive Regni
Novæ Hispaniæ, dup.
Majus.

*Omnia ut in Festo ad Ni-
ves die 5. Augusti, præter
propria. Ad Magnificat.*

*Añã. Elegi, & sanctificavi
locum istum, ut sit ibi No-
men meum, & permaneant
oculi mei, & cor meum ibi
cunctis diebus.*

Canticum. Magnificat, &c.

Oratio.

Deus, qui sub Beatissimæ
Virginis Mariæ singula-
ri patrocinio constitutos per-
petuis beneficiis nos cumulari
voluisti, præsta supplicibus
tuis, ut ejus hodie comme-
moratione lætatur in terris,
ejus conspectu perfruamur in
Coelis. Per Dominum, &c.

Ad Matutin. Lektionen.

*In primo Nocturno.
De Libro Ecclesiastici.*

Cap. 24.

Lectio i.

EGo ex ore Altissimi pro-
divi primogenita ante
om-

omnem creaturam: Ego feci in Coelis, ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram: Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis. Gyrum Coeli circuivi sola, & profundum abyssi penetravi: in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui: Et omnium excellentium, & humilium corda virtute calcavi: & in his omnibus requiem quæsi, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium, & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi: in Jacob inhabitare, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.

R. Vidi speciosam sicut columbam, ascendentem desuper rivos aquarum, cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus. * Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium.

V. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus Myrrhæ, & Thuris. Et sicut.

Lectio ii.

AB Initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in Civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypresus in Monte Sion: Quasi Palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Jerico. Quasi Oliva speciosa in campis, & quasi Platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi Myrrha electa dedi suavitatem odoris, & quasi storax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi libanus non incisus vaporavi habitationem, meam, & quasi balsamum non mixtum odor meus.

R. Quæ est ista, quæ ascendit sicut Aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol? * Terribilis, ut castrorum acies ordinata?

V.

V. Filia Sion tota formosa, & suavis es, pulchra ut Luna, electa ut Sol. Terribilis, rum, & lilia convallium. Viderunt. Gloria. Viderunt.

In secundo Nocturno.

Lectio iii.

EGO quasi Terebintus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Ego quasi Vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego Mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, & veritatis: In me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & Regina laudaverunt eam.

V. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosa-

Lectio iv.

Sermo S. Bernardi Abbatis. De Verbis Apocalipsis.

Cap. 12.

Fidélis planè, & præpotens Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus. Nec ipsa mulier benedicta in mulieribus videbitur, otiosa: invenietur equidem locus ejus in hac reconciliatione. Opus est enim Mediatore ad Mediatorem istum, nec alter nobis utilior quam Maria. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austereum in ea, nihil terribile. Quod si (ut vere sunt) plena omnia pietatis, & gratiæ, plena mansuetudinis, & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inveneris, age gratias ei, qui talem tibi Mediatricem benignissima miseratione providit. Omnibus omnia facta est, omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi: captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus lætitiæ,

N

titiam,

titiam, denique tota Trinitas gloriam.

R. Signum magnum apparuit in Cœlo. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus. * Et in capite ejus corona duodecim Stellarum.

Y. Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia Tabernacula Jacob. Et in capite.

Lectio v.

Nimirum ea est, quæ velut alterum Solem induit sibi. Quemadmodum enim ille super bonos, & malos indifferenter oritur: sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus se se exorabilem, omnibus clementissimam præbet: omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea, & quidquid fragilitatis, seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis, ut merito sub ejus pedibus Luna esse dicatur. Amplectamur Mariæ vestigia, Fratres mei, & devotissima supplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus

eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaque mirum, si sub tali umbraculo talis etiam à muliere sustineatur amictus. Mulier amicta Sole. Induimini Dominum Jesum Christum. Quam familiaris ei facta es Domina! quam proxima imò! quam intima fieri meruisti! quantam inuenisti gratiam apud Deum! In te manet, & tu in eo; & vestis eum, & vestiris ab eo: vestis eum substantia carnis, & vestiris ab eo gloria suæ majestatis.

R. Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens: * Pulchra ut Luna, electa ut Sol?

Y. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis. Pulchra ut Luna.

Lectio vi.

In capite (inquit) ejus corona Stellarum duodecim. Dignum planè Stellis coronari caput, quod & ipsis longe clarius micans, ornet eas potius quam ornetur ab eis. Quidam coronent sidera, quam Sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Quis illas estimet gemmas, quis Stel-

Stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema compactum est? Supra hominem est coronæ huius rationem exponere. Indicare compositionem. In ea fere specie anno millesimo quingentesimo trigesimo primo mirabiliter picta Desparæ Imago Mexici apparuisse fertur, quæ inibi loci propè Urbem, ubi pio Neophyto ædem sibi sacram prodigio dicitur designasse, magifico excepta Templo ingenti colitur popularum, ac miraculorum frequentia. Quam propterea uti præsentissimum adversus publicas, privatasque calamitates præsidium, Archiepiscopus Mexicanus, ut reliquæ etiam illarum partium Antistites, omnium Ordinum consensione, in primariam adlegit novæ Hispaniæ Patronam, ritèque electam BENEDICTUS XIV. auctoritate Apostolica declaravit, atque Officium proprium, & Missam sub titulo Beatæ Virginis Mariæ Guadalupensis recitari concessit.

R. Elegi, & sanctificavi locum istum. * Ut sit ibi nomen meum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

Y. Non fecit taliter omni

nationi, & iudicia sua non manifestavit eis. Ut sit ibi. Gloria Patri. Ut sit ibi.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. i.

In illo tempore: Exurgens Maria, abiit in Montana cum festinatione in Civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abatis.

De Verb. Apocalyps. cap. 12. circa fin.

Mirabatur Elisabeth per sonam venientis, dicens: Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Commendabat & vocem salutantis, adjiciens: Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio Infans in utero meo. Et beatificabat fidem credentis: Beata, inquit, quam credidisti. Magna quidem præconia, sed & devota humilitas

milias nihil sibi passa retinere, in eum magis universa refudit, cujus in se beneficia laudabantur.

R. Felix namque es Sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est Sol Justitiæ Christus Deus noster.

ψ. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto foemineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen quicumque celebrant tuam sanctam Festivitatem. Quia.

Lectio viii.

TU, inquit, magnificas Matrem Domini; sed magnificat anima mea Dominum. In voce mea filium perhibes exultasse in gaudio, sed exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, & ipse quoque tamquam amicus Sponsi gaudet ad vocem Sponsi. Beatam esse dicis, quæ credidi, sed credulitatis, & beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis, ut ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes; quia ancillam humilem, & exiguam respexit Deus. Verumtamen numquid putamus, Fratres, Elisabeth sanctam in eo, quod per spi-

ritum utique loquebatur, errasse? Absit. Beata planè quam respexit Deus, & beata quæ credidit. Hic enim magnus divinæ respectiois extitit fructus.

R. Beatam me dicent omnes generationes, * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

ψ. Et misericordia ejus & progenie in progenies timentibus eum. Quia. Gloria Patri. Quia.

Lectio ix.

Ineffabili siquidem artificio Spiritus superveniens tantæ humilitatis magnanimitas tanta in secretario virgineæ cordis accesit, ut quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem. Sed cum in sua æstimatione tam humilis esset, nihilominus & in promissionis credulitate magnanimis, ut quæ nihil aliud, quam exiguam sese reputabat ancillam, ad inscrutabile Sacramentum nullatenus se dubitaret electam, & veram Dei, & hominis Genitricem crederet mox futuram. Jam te, Mater misericordiæ, per ipsum sincerissimæ

tuæ

FESTA MARTII.

DIE II. MARTII.

In Festo S. Rudesindi Episcopi, & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hic assignantur propria.

ORATIO.

Propitiare, quæsumus Domine, nobis famulis tuis per Sancti Confessoris tui, atque Pontificis Rudesindi merita gloriosa: ut ejus pia intercessione ab omnibus semper protegatur ad versis. Per Dominum nostrum.

Lectioes primi Nocturni in Quadragesima: Fidelis sermo, de Communi Confessoris Pontificis; extra illam verè de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Rudesindus natione Gallicus, parentibus regij generis Guterrio, & Ilduara, qualis esset futurus, ejus conceptio satis ostendit. Multis enim, ac largis in pauperes eleemosynis, orationibus, & lacrimis cum vacaret Ilduara,

ab

tuæ mentis affectum, tuis jacens provoluta pedibus Luna, mediatricem sibi apud Solem Justitiæ constitutam devotis supplicationibus interpellet; ut in lumine tuo videat lumen, & solis gratiam tuo mereamur obtentu, quam verè amavit præ omnibus, & ornavit stola gloriæ induens, & coronam pulchritudinis ponens in capite tuo.

Te Deum laudamus.

AD BENEDICTUS.

Ant. Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis.

Canticum. Benedictus.

Oratio ut supra.

In secundis Vesperis omnia ut in primis, except. Antiphona ad Magnificat, quæ dicitur: Læva in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: Filii tui de longe venient, & Filiæ tuæ de latere surgent.

Missæ propria.

ab Angelo præmonita est, se concepturam filium, qui & apud Deum magni futurus esset meriti, & apud homines præcipuo sanctitatis nomine. Pridiè igitur solemnitatis Sanctorum Martyrum Facundi, & Primitivi Rudesindum peperit. Qui dies propterea semper illis sacer, ac festivus, quandiù vixerant, fuit. Construxit præterea Ilduara in honorem Archangeli Michaelis Ecclesiam eo loco, ubi ab Angelo certior facta est, se concepturam.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Rudesindus itaque ab ipsa pueritia Domini legem mèditans, brevi àdmodum in virum Apostolicum crevit. Quapropter ab Ecclesiæ Mindoniensis Clero, magno omnium consensu, Episcopus eligitur, Rege, atque Proceribus mirè gaudentibus: nota enim illis erat Rudesindi sanctitas, & eruditio. Præsul ergo Mindoniensis factus, multis virtutibus claruit. Splenduerè certè in Rudesindo, præter ceteras dotes, profusæ in pauperes elemosynæ, Ecclesiarum aut jam dirutarum, aut ruinam minantium instauratio, aut

novarum constructio, atque Evangelicæ doctrinæ frequentissima prædicatio. Assumptus deindè, urgente Rege, ac populo, ad regendum Iriensem Episcopatum, ubi tunc Apostoli Jacobi Corpus conditum erat, majore in dies fructu Christiano populo præerat. Denique insigne Monachorum Cœnobium in propijs condidit prædijs, quæ illi amplissima, & opulentissima parentum testamento contigerant.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

Nomen Cœnobio Cellanóva, quod religione, & augusta structura etiam hodie amplissimum est, in quo monasticam sub Beati Benedicti regula vitam annos aliquos agens, migravit ad Dominum Kalendis Martij, éditis multis in vita, & post obitum miraculis. Eius corpus usque ad hodiernum diem in eodem Cœnobio quiescit, ac magna præcipuè Gallæicorum, & Lusitanorum frequentia semper invisitur. Claruit Sanctus Rudesindus anno Domini nonagesimo trigesimo, & sequentibus: quem Coelestinus Tertius, dum in minoribus esset, à terra levavit, deindè Pon-

Pontifex factus, in Sanctorum Catalogum retulit, anno salutis millesimo centesimo nonagesimo sexto.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia Sancti Gregorij Pape; in Evangelium: Sint Iumbi, de communi Confessoris non Pontificis.

℞. ℞. De cñt. Conf. Pontifi.

DIE III. MARTII.

In Festo Sanctorum Hemetherij, & Celedonij Martyrum. Duplex.

Omnia de communi plurimorum Martyrum, præter sequentia.

*In utrisque Vesp.**Hymnus.*

Scripta sunt coelo duorum Martyrum vocabula, Aureis quæ Christus illic Annotavit litteris: Sanguinis notis. & idem Scripta terris tradidit.

Pollet hoc felix per orbem Terra Ibèra stémate:
Hic locus dignus tenendis
Ossibus visus Deo,
Qui beatorum pudicus
Esset hospes corporum.

Hic calentes hausit undas

Cæde tinctus dúplici:
Illitas cruore sancto
Nunc arenas incolæ
Confrequentant, obsecrantes,
Voce, votis, munere.

Nemo puras hic rogando
Frustrà congescit preces:
Lætus hinc tersis reversis
Supplicator fletibus:
Omne, quod justum poposcit
Impetratum sentiens.

Sempiterna sit beatæ
Trinitati gloria:
Æqua Patri, Filioque,
Par decus Paraclito:
Unius Trinique nomen
Laudet universitas. Amen.

Oratio.

Deus, qui gloriosos Martyres Hemetherium & Celedonium in tui nominis confessione roborasti: concede propitius; ut quorum corpora veneramur in terris, eorum aspectu perfruamur in cælis. Per Dominum.

Et fit commemoratio Ferie, si venerit in Quadragesima.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Fortè tune atrox secundos
Israëlis pòsteros,
Ductor aulae mundialis,
Ire ad aram jusserat:

Idolis

Idolis litare nigris,
Esse Christi defugas.

Hic duorum chara fratrum
Concalescunt pectora ;
Fida quos per omne tempus
Junxerat Sodalitas :

Stant parati, ferre quidquid
Sors tullisset ultima.

Seu foret prævenda cervix
Ad bipennem publicam :
Verberum post vim crepantum
Post catastas igæas :
Sive pardis offerendum,
Pectus aut leonibus.

Nosne Christo procreati,
Mammone dicabimur,
Et Dei formam gerentes
Serviemus sæculo ?
Absit, ut cælestis ignis,
Se tenebris misceat.

Hæc loquentes obruuntur
Mille poenis Martyres :
Nexibus manus utrasque
Flexus involvit rigor :
Et calybs atrita colla
Gravibus ambit circlis.
Sempiterna sit beata
Triunitati gloria :
Æqua Patri, Filioque,
Par decus Paraclito :
Unius Trinique nomen
Laudet universitas. Amen.

*In primo Nocturno. Lektionen
de Scriptura occurrente.*

*Si autem hoc Festum cele-
bretur in Quadragesima, Lec-
tiones primi Nocturno : Fra-*

tres debitores sumus : *ut in
communi plurimorum Marty-
rum.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Hemetherius, & Celedo-
nius fratres Legionenses
Marcelli Centurionis marty-
ris filii, aliorumque insignium
martyrum, qui diversis tem-
poribus, & locis pro Christo
passi sunt, germani fratres,
postquam diu fortiterque sub
Romanis vexillis meruerunt,
mota in Christianos sævissi-
ma persecutione, paribus vo-
tis, constantique animo semet-
invicem adhortantes, decre-
verunt, relictis Gentilium cas-
tris, ad Christi militiam tran-
sire. Ardore itaque fidei suc-
censi, dum alii veræ fidei cul-
tores in tentatione deficiebant,
illi ad martyrium propera-
runt, scientes, ita animam
servari, dum perditur : san-
guinem sacrari, dum funditur,
& acceptis, non inflictis, vul-
neribus, Christianam parari
victoriam.

R. Sancti tui. Pag. 43.

Lectio v.

Christum itaque passim
professi & inanium deo-
rum simulacra detestati, Deum
verum

verum liberè prædicare cœpe-
runt. Quare ad militum tribu-
nal rapti, inde gravibus ca-
tenis onusti, in tenebricosum,
fadumque carcerem protra-
huntur, ubi multis ærumnis
macerati, cum nullis artibus,
sivè verborum blanditiis, sivè
beneficiorum promissis, se-
piùsve repetitis suppliciis, à
sancto proposito dimoveri po-
tuissent, variis cruciantur tor-
mentorum generibus, quæ
vel ipsum Tyraannum puduit
publicari Severo quippè pro-
hibuit edicto, gesta sacrorum
virorum, sive quas passi sunt
pœnas, sive quæ patrarunt
miracula, in apertum produ-
ci. Etsi verò Gentilium ver-
suta gloriosi agónis memo-
riam tentarit abolere, Chris-
tianorum nihilominus pietas
studuit conservare.

*R. Verbera caruificum. Pag.
43.*

Lectio vi.

Illud verò in primis me-
morabile, quod, lata in
eos capitis sententia, ubi ad
supplicii locum pervenerunt,
antequam licitoris ictum exci-
perent, suæ fidei pignora eo
præmisserunt, quò mox ipsi
erant perventuri. Primus an-
nulum, secundus orarium in
altum projecerunt, quæ lenis

auræ obsequio, splendescen-
te auro, & candente linteo,
cunctis intuentibus, ad cælos
ejecta sunt. Vidit hæc ipse
carnifex, qui manum repres-
sit hærens, & stupens ; sed
demum ictum peregit, ne pe-
raret Martyrum triumphus.
Securi percussi juxta civita-
tem Calagurritanam propè
torrentem Arenalis tertio No-
nas Martii, ibidem sepulti
sunt. Unde postea translati
ad Ecclesiam Cathedralen
pridie Kalendas Septembris,
eo translationis die, tamquam
Patroni miraculis illustres,
præcipua coluntur veneratio-
ne.

*R. Tamquam aurum. Pag.
43.*

In tertio Nocturno.

*Homilia Sancti Gregorii Pa-
pæ in Evangelium: Cum audie-
ritis prælia, de eodem communi.*

*R. viij. Hæc est vera fra-
ternitas : In Quadragesima
nona lectio, & commemoratio
feriæ.*

AD LAUDES.

Hymnus.

Illa laus occulta non est,
Nec senescit tempore:

O

Mis-

Missa quod sursum per auras

Evolarunt mœnera,

Quæ viam patere cœli
Præmicando ostēderent.

Illius fidem figurans
Nube fertur annulus:

Hic sui dat pignus oris,

Ut ferunt, orarium,

Quæ superno raptâ flatu,
Lucis intrant intimum.

Per poliliquentis axem

Fulgur auri absconditur,

Ac diu visum sequacem

Téxtilis candor fugit:

Subvehuntur usque in astra,

Nec videntur amplius.

Vidit hoc conventus adstans,

Ipse vidit carnifex,

Et manum repræssit hærens,

Ac stupore oppaluit;

Sed tamen perégit ictum,

Ne periret gloria.

Hoc bonum Salvator ipse,

Quo fruamur præstitit,

Martyrum cum membra nos-
tro

Consecravit oppido:

Sôsipient, quæ nunc colonos,

Quos Ibærus áluit.

Sempiterna sit beatæ

Trinitati gloria:

Æqua Patri, Filioque,

Par decus Paraclito:

Unius, Trinique nomen

Laudet universitas. Amen.

DIE VIII. MARTII.

In Festo S. Joannis de Deo,
Confessoris. Duplex.

*Omnia de Communi Confes-
soris non Pontificis præter ea,
quæ hic ponuntur.*

ORATIO.

Deus, qui Beatum Joan-
nem, tuo amore suc-
censum, inter flammâs in-
dixim incedere fecisti, & per
eum Ecclesiam tuam nova
prole fecundasti: præsta, ip-
sius suffragantibus meritis, ut
igne charitatis tuæ vitia nos-
tra curentur, & remedia no-
bis æterna proveniant. Per
Dominum.

*In primo Nocturno Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

*In Quadragesima verò de Li-
bro Ecclesiastici: Beatus vir,
de Communi Confessoris non
Pontificis, secundo loco.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Joannes de Deo ex Cathol-
icis, piisque parentibus in
oppido Montis Majoris Ju-
nioris Regni Lusitanie natus,
quàm sublimiter in sortem
Domini fuerit electus, insue-
tus splendor super ejus domo
reful-

Lectio v.

Pauperibus ægrotis, quos
propriis quandoque hū-
meris domum deferebat, nul-
la re ad animæ, corporisque
salutem proficua déerat. Ef-
fussa quoque extra noso-
comium charitate, indigen-
tibus mulieribus viduis, &
præcipuè virginibus pericli-
tantibus clam alimenta sub-
ministrabat, curamque inde-
fessam adhibebat, ut carnis
concupiscentiam à proximis
hujusmodi vitio inquinatis
exterminaret. Cùm autem
maximum in regio Granaten-
si valentudinario excitatum
fuisset incendium, Joannes
impavidus prosiliit in ignem,
huc, illuc discurrens, quous-
que tum infirmos humeris
exportatos, tum lectulos è
fenestris projectos ab igne
vindicavit, ac per dimidiam
horam inter flammâs jam in
immensum succrescentes ver-
satus, exindè divinitus incol-
lumis universis civibus admi-
rantibus exivit, in schola
charitatis edocens, segniorem
in eum fuisse ignem, qui fo-
ris usserat, quàm qui intus
accēderat.

β. Honestum fecit. Pag. 46.

β. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Multiplici asperitatum genere demississima obedientia, extrema paupertate, orandi studio, rerum divinarum contemplatione, ac in Beatam Virginem pietate, mirificè excelluit, & lachrymarum dono enituit. Denique gravi morbo correptus, omnibus Ecclesiæ Sacramentis ritè, sanctèque refectus, viribus licèt destitutus, propriis indutus vestibus, è lectulo surgens ac provolutus in genua, manu, & corde Christum Dominum è Cruce pendentem perstringens octavo Idus Martii anno millesimo quingentesimo quinquagesimo obiit in osculo Domini, quem etiam mortuus tenuit, nec dimisit, & in eadem corporis constitutione sex circiter horas, quousque indè dimotus fuisset, tota civitate inspectante, mirabiliter permansit, odorem mirè fragrantem, difundens, quem ante, & post obitum plurimis miraculis clarum Alexander Octavus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vii. cap. 22.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisei, & interrogavit eum unus ex eis Legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homil 72. in Mattheum.

Sadducæ is confusis, Pharisei rursus aggrediuntur, cumque quiescere oporteret, decertare voluerunt; & Legis peritiam profitentem præmittunt, non discere, sed tentare cupientes: ac ita interrogant: quodam primum mandatum in lege sit. Nam cum primum illud sit, diliges Dominum Deum tuum, putantes, causas sibi allaturum ad mandatum hoc corrigendum, aliquid addendo, quoniam Deum se faciebant, hoc modo interrogant: Quid igitur Christus? Ut ostendat, idcirco adhæc eos devenisse, quia nulla in eis esset charitas, sed invidiæ livore tabescerent: Diliges,

ges, inquit, Dominum Deum tuum: hoc primum, & magnum mandatum est. Secundum autem simile huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

R. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

Quamobrem simile est huic? Quoniam hoc illud inducit, & ab illo rursus manitur. Quicumque enim male agit, odio habet lucem, & non venit ad lucem. Et rursus: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Deinde sequitur: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum: Radix omnium malorum avaritia est: quam quidam appetentes, erraverunt à fide. Et, qui diligit me, mandata mea servabit, quorum caput, & radix est: Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut te ipsum.

R. Sint lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

SI ergo diligere Deum, diligere proximum est (cum si diligis me, ó Petre, inquit, pasce oves meas) si etiam dilectio proximi facit ut mandata custodias; merito ait, in

his totam Legem, & Prophetas pèndere. Et quemadmodum in superioribus cum de resurrectione interrogaretur, plus docuit, quam tentantes petebant: sic in hoc loco de primo interrogatus mandato, secundum etiam non valdè, quam primum inferius, spontè attulit: secundum enim est primo simile. Ita occultè insinuavit, odio illos ad quærendum incitari, Charitas enim, inquit, non æmulatur.

Si venerit in Quadragesima, fit Nona lectio, & commemoratio Feriæ.

DIE XIII. MARTII.

In Festo Sancti Leandri Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de communi Confessoris Pontificis præter ea, quæ sequuntur, v. h. m.

Ad Magnificat, Antiphona: Sacerdos, & Pontifex.

ORATIO.

Deus, qui Arianam pravitatem doctrina Sancti Confessoris tui, atque Pontificis Leandri ex Hispania propulisti; da plebi tuæ; ut ejusdem meritis, & precibus ab

omni errorum, & vitiorum la-
be semper libera conservetur.
Per Dominum, &c.

In primo Nocturno, Lektionen:
Fidelis sermo, de communi
Confessoris Pontificis.

In secundo Nocturno.

*Ex Beato Isidoro, & Sancto-
rum Hispaniarum historiis.*

Lectio iv.

Leander Carthagine ex
patre Severiano viro cla-
rissimo ejusdem Carthaginis
domino ortus, fratres habuit
Sanctos Episcopos Isidorum &
Fulgentium, sanctitate & doc-
trina præstantissimos, & Flo-
rentinam virginem. In eo á te-
neris annis castissimæ luxit
intégritas vitæ, & morum gra-
vitas maximè venerabilis,
quàm incomparabilis ingenii
claritas illustrabat. Gliscente
eo tempore hæreticorum furo-
re sub Wisigothis Principi-
bus, qui cum imperio Aria-
nam impietatem in Hispaniam
invéxerant, & ejus Ecclesias
miserè vexabant, publicæ vitæ
pertæsus adolescens in religio-
sum Monasterium se recepit,
ut in proposito perfectioris
instituti sanctius Deo inservi-
ret, & piis studiis, & medita-

tionibus in tranquillo sese
exerceret. In eo sanctitate, &
doctrina adeó profecit, & in
omni genere virtutum; divi-
nisque, & humanis litteris
conspicuus evasit, ut Isidorus
germanus suus ad Claudium
Ducem, de quibusdam articu-
lis ad fidem pertinentibus ins-
truens, scripserit; Memento
communis nostri Doctoris Le-
andri, & ejus fidem, atque
doctrinam pro viribus imita-
re. Sed noluit Deus tam splen-
dentem pietatis, & doctrinæ
lucernam in occulto delitescere;
sed in fastigio Ecclesiæ
positam Hispaniæ prælucere:
nam Clero, & Populo expos-
cente, á Monasterio avulsus,
Episcopus Hispalensis crea-
tus est.

*. Inveni David. Pag. 45.

Lectio v.

Susceptam Ecclesiam om-
ni cura, ac solitudine
gubernavit: Cleri, & Populi
mores ad arctam disciplinam
traduxit: Solemnia Ecclesiæ
officia, Hymnódiam, sacræ
Missæ ritus, precesque, qui-
bus eo tempore omnes Hispani-
æ Ecclesiæ utebantur, or-
dinavit, & auxit. Ad perse-
quenda Ariana hæresi prædi-
catione nunquam destitit. Mo-

*. Posui adjutorium Pag. 45.

Lectio vi.

Sanctum ergo Præsule suæ
Ecclesiæ restituto, vix
enarrari possunt, quæ pro glo-
ria Dei, proque eliminanda
hæresi Ariana laboravit. Her-
menegildum enim nepotem
suum, Leovigildi Regis filium
sermonibus suis haud solùm
ad fidei confessionem perdu-
xit, sed, ut glorioso sanguinis
testimonio illam confirmaret,
adeptus fuit. Inflammatus fu-
rore pater in Leandrum, & in
omnes adhuc Ecclesias, exilio
eum multavit, & illas faculta-
tibus, & Pastoribus orbatas re-
liquit. Nec tamen destitit cum
fidei hostibus liberè decerta-
re. In ipso siquidem exilio, ut
frater suus Isidorus testatur,
duos libros eruditissimè sanc-
tarum Scripturarum ditissimos
scripsit, quibus eorum perfidi-
am confutavit. Affulsit tan-
dem Ecclesiæ post illam nu-
bem optata serenitas. Rex
enim cum in morbum inci-
disset, sub mortem in melio-
rem mentem (licet non ut
oportebat) reversus, Lean-
drium cum aliis Episcopis ab
exilio revocari jussit, eique
Recaredi filii curam dedit.
Defuncto patre, piissimus Rex
curavi.

Re-

Recaredus doctrinam, consilia, & exempla Leandri secutus, ejus operâ Gothos ad fidem converti mirabiliter fuit adeptus. Leander ergo cum tam miram conversionem vidisset, Hispaniæ Episcopos in Toletanam Synodum convenire omni sollicitudine promovit, quod, & Recaredus maxime curavit. In eo enim Concilio duobus supra sexaginta Episcopis congregatis, & omni Clero, Primariis Regni, etiam & ipso Rege assidentibus, Ariana heresis fuit damnata, & abjurata, & Fides Catholica ab omnibus unanimiter suscepta, & uno ore laudata. Leander igitur elegantissima concione Patribus de gentis conversione congratulatus est. Multaque ad fidem, & disciplinam Ecclesiæ sancendam, tum in eodem Concilio, tum in alio, quod postea Hispali celebravit, constituenda disposuit. Damnum religione restituta, & Ecclesiæ pace firmata, jam octogenario major, cum Ecclesiam quadraginta, & amplius annos rexisset et admirabili vitæ, ac sanctitatis exemplo, migravit ad Dominum. Sepultus fuit in Basilica Sanctarum virginum Justæ, & Rufinæ, pos-

tea ejus corpus in Hispalensem Ecclesiam translatum est.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Matthæum. Cap. 5.
Lectio. vii.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et reliqua.

Homilia Sancti Isidori Episcopi Hispalensis.

*Ex lib. 3. Sentent. cap. 36.
& 42.*

TAM doctrina, quam vita clarere debet Ecclesiasticus Doctor. Nam Doctrina sine vita arrogantem reddit. Vita sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita ut quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est illa doctrina, quam vivendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quam si bonum, quod quisque sermone prædicat, exple-re opere negligat. Tunc enim utiliter prædicatio profertur, quam

quando efficaciter adimpletur. Unusquisque Doctor, & bonæ actionis, & bonæ prædicationis habere debet studium, nam alterum sine altero non facit perfectum: Sed præcedat justus bene agere, ut sequenter possit bene docere.

℞. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio viij.

OMnis utilis Doctor plebibus subjectis ita se præstare debet, atque insistere doctrinæ, ut quanto claret verbo, tanto clarescat & merito. Nam quod Apostolus Timotheo præcipit, cum omni imperio docere, non hortatur ad tumorem superbiæ, sed ad bonam actionem, et vitæ auctoritatem, videlicet ne libertatem perderet prædicandi, si bene doceret, & male viveret. Unde, & Dominus: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & sic docuerit, minimus erit in regno cælorum. Vides quod auctoritate magisterii caret, qui quod docet, non facit, sicut in nummismate metallum, figura, & pondus inquiritur: ita in omni Doctore Ecclesiastico quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qualitatem igitur metalli doc-

trina, per figuram similitudo Patrum, per pondus humilitas designatur. Qui verò ab his tribus discrepaverit, non metallum, sed terra erit.

℞. In medio Ecclesiæ. Pag. 46.

Lectio ix.

QUI præficitur ad regimen, taliter erga disciplinam subjectorum præstare se debet, ut non solum auctoritate, verum etiam humilitate clarescat. Sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissolvatur vita subditorum in vitiis: atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis severitas existat immoderationis. Hæc est enim in Dei Sacerdotibus vera discretio, qua nec per libertatem superbi, nec per humilitatem remissi sunt. Hinc est, quod Sancti cum magna constantia redarguerunt etiam Principum vitia, in quibus cum summa esset humilitas, loco tamen necessario liberè transgressores justitiæ increpabant. Aliquando subditis non oportet animo esse humiliores, quoniam facta subditorum judicantur à nobis, nostra verò Deus judicat. Agnoscat Episcopus, se esse servum plebis, non dominum verum.

rum. Hoc charitas, non conditio exigit.

Si venerit in Quadragesima, nona lectio, & commemoratio Feriæ occurrentis.

DIE XIV. MARTIJ.

In Festo S. Florentinæ virginis. Duplex.

Omnia de Commun. Virg. 1. loco, præter lectiones.

ORATIO.

EXaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de Beatæ Florentinæ virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum, &c.

Lectiones 1. Nocturni in Quadrages. De virginibus, ut in scorp. Extra Quadrages. de Script. occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Florentina virgo, quæ, & Florentia, Carthagine in Hispaniis ex illustri prosapia nata est, parentibus Severiano Carthaginensis Provinciæ Duce, & ejus uxore Turtura, qui etiam Leandrum, Fulgentium, & Isidorum Episcopos doctri-

na, & sanctitate célebres, ac Theodoram Leovigildi Regis uxorem genuerunt. Hæc sancta virgo Fidei dogmátibus imbuta, moribus, & sanctitate præclara, ac singulari acúmíne ingenii prædita, Leandro fratre magistro, multum in diuinis Scripturis profecit, quod ipsemet testatur, methodum illi tradens, qua vetus Testamentum, & Cantica Canticorum utiliter legeret. Quare digna evasit, ut de institutione pueruli fratris sui Isidori, natu minoris curam suscipere, quem lacte spiritus nutrire, atque in omni dogmate Fidei instruere unà cum Leandro diligenter curavit. Tantò autem alacriori cura sanctissimè instituendum putavit, quanto ad id, ex eo magis excitabatur quod, dum in cunabulis erat, viso examine apum in os ejus ingredi, atque exinde egredi, in coelumque avolare, territa quid hoc esset, in oratione posita, illum magnum Ecclesiæ Doctorem futurum intellexit, qui hæreticos ab Hesperia finibus erat propulsurus. Cùmque in conjungium à plurimis Proceribus expeteretur, conubia abhorrens, ac mundi illecebras, & sæculi mores despiciens Sanctimonialis ef-

fici-

ficitur; floremque virginitatis Christo Jesu devovens, eum Principem sibi elegit, & Sponsum.

R. Propter veritatem. Pag. 47.

Lectio v.

IN Monasterio lectioni, & orationi jùgiter vacans, omni genere virtutum charitatis, humilitatis, paupertatis, & aliarum adeò floruit, ut non solum quamplurimæ virgines in odorem ejus currentes, ipsi se subderent, verùm etiam plura Virginum Monasteria ejus directioni, & custodiæ se traderent. Tanti Sanctus Leander ejus sanctitatem, & orationis efficaciam habebat, ut duos libros in unum conflatos, quos pro ejusdem, & ipsius sodalium majori profectu scripsit, unum de contemptu mundi, alterum verò de institutione virginum ad illam mittens, talibus eam verbis alloqui non dubitaverit: Postremò charissimam te Germanam quæso, ut mei orando memineris, nec junioris fratris Isidori obliviscaris. Certus sum, quod flectat pro nobis aures divinas tua virginalis oratio. Nec minor fuit opinio, quam de ejus sanctitate, & doctrina Sanctus Isidorus me-

rito habuit; eam enim, & sùmet educatione, & prima institutione óptimè recognoscens, volensque aliquem fructum retribuere pro eo, quod ab ipsa receperat, duos ei libros dedicavit, unum de Nativitate Domini, Pássione, & Resurrectione, Regno, atque Judició, quem, ipsa Florentina petente, se confecisse testatur, alteram de vocatione Gentium. Cui etiam pollicetur, se missurum formulas spiritualis intelligentiæ, quibus in omni Scriptura Divina instrueretur.

R. Dilexisti justitiam. Pag. 47.

Lectio vi.

Tanta igitur sanctitate, & doctrina florens, vidensque in Sancto Isidoro adimpletum, quod de ipso à Domino intellexerat, eum scilicet tam insignem Doctorem ab omnibus prædicari, ejus studio, & doctrina Arianismum penitus ab Hispania expulsam: Hermenegildum consobrinum suum martyrio coronatum; & Recaredum Hermenegildi fratrem ad Catholicam fidem conversum, Christi Jesu amore lánguens, plena dierum, Astigi, ut fertur, in Monasterio Sanctæ Mariæ de Valle obdormivit in Domino. Sacrum

ejus corpus Hispalim ex eodem Monasterio translatum, & in Sanctorum fratrum monumento repositum, ibi quievit, quoad, in vadentibus Sarracenis Hispaniam, ad Guadalupenses saltus unâ cum corpore Sancti Fulgentii est deportatum. Postea temporibus Alfonsi Undecimi utrumque sacrum pignus in pago Berzocano Placentinae Diocesis repertum fuit, ac demum, regnante Philippo Secundo, utriusque reliquiae divisae, partim in magnifico marmoreo monumento ibidem erecto fuerunt relictæ, partim Murciam translatae, & juxta Aram maximam honorificè collocatae, ubi magna cum populi veneratione coluntur.

℞. Afferentur Regi. Pag. 47.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangel. Simile erit regnum caelorum decem virginibus, de communi Virginitum.

Si hoc festum celebretur in Quadragesima, Lectio xi. erit de Homilia Fertiae, & de ea fit commemoratio.

Missa: Dilixisti justitiam, de comm. Virg.

DIE XVII. MARTII.

In Festo S. Patritij Episcopi, & Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter sequentia.

ORATIO.

DEus, qui ad prædicandam Gentibus gloriam tuam, B. Patritium Confessorem, atque Pontificem mittere dignatus es: ejus meritis, & intercessione concede, ut quæ nobis agenda præcipis, te miserante, adimplere possimus. Per Dominum, &c.

Lectioes primi Nocturni in Quadragesima: Fidelis sermo, de Comm. Conf. Pontif.

Extra Quadrages. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Patritius, Hiberniæ dictus Apostolus, Calphurnio patre, matre Conchessa Sancti Martini Turonensis Episcopi, ut perhibent, consanguinea, majori in Britannia natus, puer in Barbarorum sæpius incidit captivitatem. Eo in statu pascendis gregibus

præ-

præpositus, jam tum futurae sanctitatis specimen præbuit. Fidei namque, divini que timoris, & amoris spiritu repletus, antelucano tempore per nives, gelu, ac pluvias, ad preces Deo fundendas impiger consurgebat; solitus centies interdum, centiesque noctu Deum orare. A servitute tertio exemptus, & inter Clericos relatus, in divinis lectionibus longo se tempore exercuit. Galliis, Italia, Insulisque Tyrrheni maris labore summo peragratis, divino tandem monitu ad Hibernorum salutem advocatur, & facta à Beato Coelestino Papa Evangelii nuntiandi potestate, consecratusque Episcopus, in Hiberniam perrexit.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

EO in munere mirum quot vir Apostolicus mala, quot ærumnas, & labores, quot pertulerit adversarios. Verum Dei afflante benignitate, terra illa, idolorum antea cultrix, eum mox prædicante Patritio, fructum dedit. ut Sanctorum Insula deinde fuerit appellata. Frequentissimi ab eo populi sacro sunt regenerati lavacro; Episcopi, Cle-

ricique plurimi ordinati: Virgines, ac Viduæ ad continentiae leges institutæ. Armachanam Sedem, Romani Pontificis auctoritate, totius Insulae Principem Metropolim constituit, Sanctorumque reliquiis ab Urbe relatis decoravit. Supernis visionibus, prophetiæ dono, ingentibusque signis, & prodigiis à Deo exornatus adeo refulsit, ut longè, latèque celebrior Patritii se fama diffuderit.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

Præter quotidianam Ecclesiarum sollicitudinem, invictum ab oratione spiritum nunquam relaxabat. Ajunt enim, integrum quotidie Psalterium unâ cum Canticis, & Hymnis, ducentisque orationibus consuevisse recitare; tercenties per dies singulos flexis genibus Deum adorare, ac in quâlibet Hora diei Canonica centies se Crucis signo munire. Noctem tria in spatia distribuens, primum in centum Psalmis percurrendis, & bis centies genuflectendo; alterum in reliquis quinquaginta Psalmis, algidis aquis immersus, ac corde, oculis, manibusque ad coelum erectus, absolvendis

insu-

insumebat; tertium verò super nudum lapidem stratus tenui dabat quieti. Humilitatis eximius cultor, Apostolico more à manuum suarum labore non abstinuit. Assiduus tandem curis pro Ecclesia consumptus, verbo, & opere clarus, in extrema senectute, divinis Mysteriis refectus, obdormivit in Domino, sepultusque est apud Duunum in Ultonia, à Christiana salute sæculo quinto.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium: Homo peregrè proficiscens, de Communi Confes. Pontif. Nonna lectio, & commemoratio Ferie si celebretur in Quadragesima.

DIE XVIII. MARTII.

In Festo S. Gabrielis Archangeli. Duplex majus.

Si celebretur in Quadragesima fit commemoratio Ferie occurrentis.

Si verò post Pasch. additur Alleluia, & Psalmi Nocturnorum dicuntur sub prima Aña. ïlius Nocturni.

AD VESPERAS.

Aña. Ingresso Zacharia, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psalmi Laudate Dñum. omnes Gentes.

Capitulum. Daniel 9.

Ecce vir Gábriel, quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum; ut docerem te, & intelligeres.

Hymnus.

Christi, Sanctorum decus Angelorum, Gentis humanæ Sator, & Redemptor.

Cœlitum nobis tribuas beatas scandere sedes.

Angelus pacis Michael in eðes Cœlitis nostras veniat, serenæ Auctor ut pacis lacrymosa in oreum

Bella reléget.

Angelus fortis Gábriel, ut hostes

Pellat antiquos, & amica coelo,

Quæ triumphator statuit per orbem,

Templa revisat.

Ange-

Angelus nostræ medicus salutis

Adsit è Cœlo Ráphael, ut omnes

Sanet ægrotos, dubiosque vitæ

Dirigat actus.

Virgo dux pacis Genitrixque lucis.

Et sacer nobis Chorus Angelorum

Semper assistat, simul & micantis

Regia cœli.

Præstet hoc nobis Deitas beata Patris, ac Nati, pariterque Sancti

Spiritus, cujus resonat per omnem

Gloria mundum. Amen.

R. Stetit Angelus juxta aram templi.

R. Habens thuribulum aureum in manu sua.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Ingressus Gabriel Angelus ad Mariam Virginem, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

Oratio.

Deus qui inter cæteros Angelos ad annuntian- dum Incarnationis tuæ myste-

rium Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius; ut qui festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in cœlis. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Regem Archangelorum Dominum* Venite adoremus.

Psalm. Venite exultemus.

Hymn. Christe Sanctorum, ut supra.

In primo Nocturno.

Aña. Dixit Angelus Gabriel ad Danielem: intellige fili hominis, quoniam in tempore finis implebitur visio.

Psalm. Domine Dominus noster cum reliq. ut in Festo S. Michaelis Archang. die 8. Maii, vel 29. Septembris.

Aña. Ecce vir Gabriel, quem videram in visione, citò volans, tetigit me in tempore sacrificii vespertini, & docuit me.

Psalm. In Domino confido.

Aña. Cumque Gabriel loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram, & tetigit me, & statuit me in gradu meo.

Psalm. Domine quis.

R. Stetit Angelus juxta aram templi.

templi.

℞. Habens thuribulum aureum in manu sua.

Lectio i. cap. 9. e.

Ex Daniele Propheta.

EGO Daniel, cum adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei, adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animadvertes sermonem, & intellige visionem.

℞. Cum oraret Daniel, & confiteretur peccata sua, & peccata populi sui: * Ecce Archangelus Gabriel citò volans tetigit eum in tempore sacrificii vespertini.
 ✠. Cùmque prosterneret preces suas in conspectu Dei sui. Ecce Archangelus.

Lectio ii.

SEptuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo, & animadvertes ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.

℞. Locutus est Gabriel Danieli, & dixit ab exordio precum tuarum egressus est sermo: * Ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es.

✠. Tu autem animadvertes sermonem, & intellige visionem. Ego autem veni.

Lectio iii.

ET post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus; & non erit ejus populus, qui cum negaturus est. Et civitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas,

&

& post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & usque ad consumationem, & finem perseverabit desolatio.

℞. Ecce vir Gabriel, quem videram, citò volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini, & docuit me, & dixit: * Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres.

✠. Gabriel fac me intelligere istam visionem: & venit, & stetit juxta ubi ego stabam & ait ad me. Daniel. Gloria Patri. Daniel.

In secundo Nocturno.

Ant. Gabriel Angelus apparuit Zachariæ, dicens: Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Joannem.

Psalm. Coeli enarrant.

Ant. Et dixit Zacharias ad Angelum, Unde hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.
Psalm. Domini est terra.

Ant. Respondens autem Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: &

missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

Psalm. Benedicam Dominum.
 ✠. Ascendit fumus aromatum, in conspectu Domini.

℞. De manu Angeli.

Lectio iv.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Ex Homilia de laudibus Virginis super missus est.

MISSUS est Angelus Gabriel à Deo. Non arbitrator, hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ex ejus nomine palam intelligi datur, quod interpretatum, Fortitudo Dei dicitur: & quia non ab aliquo alio forte excellentiore se (ut assolet) spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est, à Deo. Vel ideo dictum est, à Deo; ne cui vel beatorum spiritum, suum Deus antequam Virgini revelasse putetur consilium, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele. Qui utique tantæ inter suos inveniri potuerit excellentiæ, ut tali, & nomine dignus haberetur, & nuntio.

℞. Factum est, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine

Q

ordine vicis suæ ante Deum: * Apparuit ei Angelus Gabriel stans ad dextris Altaris incensi.

¶. Cumque ingressus in templum Domini, incensum poneret secundum consuetudinem sacerdotij sui. Apparuit ei.

Lectio v.

NEC discordat nomen à nuntio: Dei quippè virtutem Christum, quem melius nuntiare decébat, quàm hunc, quem simile nomen honorat. Numquid est aliud fortitudo, quàm virtus? Non autem dedecens, aut incongruum videatur, Dominum, & nuntium communi censi vocabulo: cum similis in utroque appellationis, non sit tamen utriusque similis causa. Aliter quippè Christus fortitudo, vel virtus Dei dicitur, aliter Angelus. Angelus enim tantum nuncupativè, Christus autem etiam substantivè.

℞. Descendit Gabriel Angelus ad Zachariam, dicens: * Ne timeas, quoniam exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem.

¶. Et Zacharias turbatus

est videns, & timor irruit super eum: ait autem ad illum Angelus. Ne timeas.

Lectio vi.

CHristus Dei virtus, & dicitur, & est, quæ forti armato, qui suum atrium in pace custodire solebat, fortior superveniens, ipsum suo brachio debellavit: & sic ei vasa captivitatis potenter eripuit. Angelus verò fortitudo Dei appellatus est: vel quod huiusmodi meruerit prerogativam officii, quo ejusdem nuntiaret adventum virtutis: vel quia Virginem natura pavidam, simplicem, verecundam, ne miraculi novitate expavesceret, confortare deberet: quod, & fecit, ne timeas, inquiens, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Convenienter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur: imò quia tale illi negotium injungitur, rectè tali nomine designatur.

℞. Ego sum Gabriel, qui steto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc evangelizare: * Ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant.

¶. Pro eo quod non credidisti

disti verbis meis, quæ implebuntur tempore suo. Ecce eris tacens. Gloria Patri. Ecce eris tacens.

In tertio Nocturno.

Añã. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

Psalm. Cantate Domino.

Añã. Gabriel Angelus Mariæ dixit: Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua.

Psalm. Dominus regnavit, exultet.

Añã. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum Gabrielem transmissum est.

Psalm. Benedic anima mea Domino.

¶. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Lectio vii.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Cap. i. b.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat

Joseph, de domo David: & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia Sancti Juliani Archiepiscopi Toletani.

Lib. 2. contra Judæos, statim post principium.

Sacramentum illud septuaginta hebdomadarum de Christi nativitate Daniel per Angelum didicit: similiter & Zacharias, apparente sibi Angelo Joannem filium de se generandum audivit: & Maria, Angelo sibi prædicenti, Christum ex se nascendum, & credidit, & assensit. Hæc tria per Angelum dicta, & completa videmus. Jam ergo sollicitè intuendum est, utrùm Angelus iste, qui Zachariæ, & Mariæ apparuit, ipsi quoque Danieli illa prædixerit.

℞. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum; & expavescit Virgo de lumine: * Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum: Ecce concipies, & paries, & vocabitur Altissimi Filius.

¶. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista sa-

lutatio; & ait Angelus ei: Ne timeas Maria.

Lectio viii.

Equidem ipse Daniel in prophetiæ suæ volumine, quando illa sacramenta hebdomadarum de Christi Nativitate per Angelum futura, cognovit, sic ipsius Angeli nomen evidenter expressit. Dixit enim: Ecce vir Gábríel quem videram in principio, citò volans tetigit me, & dixit: Daniel, animadvertite sermonem, & reliqua, quæ ibi commemorantur. Item his temporibus secundum Evangelium, Angeli ipsius nomen mirificum sic invenitur expressum. Dixit enim idem Angelus Zachariæ: Ego sum Gábríel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

℞. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti: * Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti, dum virgo Deum, & hominem genuisti, & post partum virgo inviolata permansisti.

℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: * Quæ Gabrielis. Gloria Patri. Quæ Gabrielis.

Nona lectio de Feria occurrente, nisi transferatur post

Octavam Paschæ, quia tunc dicitur sequens.

Lectio ix.

Quod etiam de Beatæ Mariæ Virginis partu sic in eodem Evangelio legitur: Missus est, inquit, Angelus Gábríel á Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Jam ergo manifestum est, quod usus, idemque Angelus Gábríel fuerit, qui & præfixa illa tempora Danieli de Christi Nativitate aperuit, & partum Virginis præsentem esse monstravit. Ad tempus itaque præfinitum occurrit, & olim á se dicta, operis efficiencia completa esse convincit; & illic fidelis in prophetia hebdomadarum, & hic fidelis per mysterium revelatum.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET
per Horas.

Antiphona.

Ingresso Zacharia templum Domini, apparuit ei Gábríel Angelus stans à dextris Altaris incensi.

Psalm. Dominus regnavit deo-

decorem, cum reliquis.

Añã. Ait autem Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua.

Añã. Ego sum Gábríel Angelus, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te.

Añã. Gábríel Angelus locutus est Mariæ, dicens: Ecce concipies in utero, & paries filium: & vocabis nomen ejus Jesum.

Añã. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Gábríel Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbravit tibi.

Capitulum. Dan. 9.

Ecce vir Gábríel, quem videram in visione á principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres.

Hymnus.

Placare, Christe, servulis,
Quibus Patris clementiam
Tuæ ad Tribunal gratiæ
Patrona Virgo postulat.
Et vos beata per novem
Distincta gyros Agmina:

Antiqua cum præsentibus,
Futura damna péllite.
Auferte gentem perfidam
Credientium de finibus;
Ut unus omnes unicum
Ovile nos Pastor regat.
Deo Patri sit gloria,
Natoque Patris unico,
Sancto simul Paraclyto,
In sempiterna sæcula. Amen.
℣. Stetit Angelus juxta aram
templi.
℞. Habens thuribulum aureum
in manu sua.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

Gabriel Angelus descendit ad Zachariam, & ait illi: uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem, & multi in natiuitate ejus gaudebunt: ipse enim præbit ante faciem Domini parare vias ejus.

ORATIO.

Deus, qui inter cæteros Angelos ad annuntium Incarnationis tuæ mysterium, Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius, ut qui festum eius celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in coelis. Qui vivis, & regnas.

AD

AD TERTIAM.

Añā. Ait autem. *Capitul.*
Ecce vir Gabriel, ut supra
in *Laudibus*.

R. *brev.* Stetit Angelus;
* Juxta aram templi. Stetit.

ψ. Habens thuribulum aureum in manu sua, iuxta Gloria Patri. Stetit.

ψ. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini.

R. De manu Angeli.

AD SEXTAM.

Añā. Ego sum Gabriel.

Capitulum. Dan. 9.

EGO autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, ut finem accipiat peccatum, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum.

R. *brev.* Ascendit fumus aromatum: * In conspectu Domini. Ascendit.

ψ. De manu Angeli. In conspectu. Gloria Patri. Ascendit.

* In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

AD NONAM.

Añā. Dixit autem Maria.

Capitulum. Dan. 9.

SCITO ergo, & animadvertet: ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.

R. *brev.* In conspectu Angelorum: * Psallam tibi Deus meus. In conspectu.

ψ. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Psallam tibi. Gloria Patri. In conspectu.

ψ. Adorate Deum.

R. Omnes Angeli ejus.

Vesper. S. Joseph, Confess. cum Commem. S. Gabrielis.

AD MAGNIFICAT.

Añā. Archangelus Gabriel ait ad Mariam: Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab ea Angelus.

* In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

& exemplis. Per Dominum nostrum, &c.

Et fit commemoratio feriae.

In primo Nocturno.

Lectioes Fidelis sermo, de eodem communi in Quadragesima. Aliàs de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

BRaulius Episcopus Cæsaraugustanus, quanta futurus esset sanctitate, & doctrina, egregium ab ineunte ætate specimen dedit; ab optimis enim parentibus piè, & liberaliter institutus, aded in excolenda virtute brevi profecit, ut morum gravitate, & castimonia, virum jam perfectum exhiberet. Litteris vero informandus, Sancto Isidoro Episcopo Hispalensi traditus, id primum est assecutus, ut ab eo carissimi filii loco haberetur; ac tanti deinceps illum fecerit, ut libros ei suos ad emendandum, atque ordinandum commendaret. Aucta in dies virtutis ejus opinione, ad Archidiaconatus gradum provectus est; quod ille munus, uti Episcopi vices agentem decebat, strenuè aded, ac sapienter implevit, ut Sa-

cer-

ORATIO.

DEUS, qui inter cæteros Angelos ad annuntian- dum Incarnationis tuæ myste- rium Gabrielem Archange- lum elegisti: concede propi- tius; ut qui festum ejus cele- bramus in terris, ipsius patro- cinium sentiamus in coelis. Qui vivis, & regnas.

Et fit commem. Ferie si ce- lebretur in Quadrag.

Si Festum Sancti. Joseph transfertur: in secundis Vesperis omnia dicuntur, ut in primis, sed loco ultimi Psalm. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti. ψ. Et Antiph. ad Magnif. ut supra.

DIE XVIII. MARTII.

In Festo Sancti Braulii Episco- pi, & Confessoris. Duplex.

Omnia de communi Confesso- ris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur propria.

Oratio.

ECclesiam tuam Domine perpetuistueræ præditiis, quam Beati Braulii Confesso- ris tui, atque Pontificis mu- nire voluisti zelo, eruditione,

ORA-

cerdotio dignus omnibus videretur.

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

ITaque defuncto Joanne fratre, qui ex Monachorum Patre, Cæsaraugustæ factus Episcopus, litteris, ac pietate claruerat, mira totius Cleri, populique divinitus excitati consensione in ejus locum successus est. Primas inter suscepti ministerii curas servandæ, tuendæque fidei, ac disciplinæ eximium fuit illi studium, & cura. Concilio Toletano Quarto, à quo in posterum celebrandorum forma constituta est, inter illustres Patres adfuit, unâ cum Isidoro magistro olim suo egregiè adlaborans, cui deinde superstes in Toletano Quinto, & Sexto præ cæteris Patrum fulsit, digniorque est habitus cui Actionum, & Canonum digerendorum cura mandaretur. Quare tum aliis operibus, tum sacris Canonibus clarus à S. Ildefonso celebratus est.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

ECclesiæ verò suæ non minus exemplo profuit,

quàm doctrina. Sui nempe severus exactor, & corpus jugi maceratione subegit, & à vitiis animum prorsus continuit, elatione præsertim, quam tanta humilitate fregit, ut, cum summa virtutum laude apud omnes clareret, bellorum tamen, & famis, & pestilentiæ, aliasque suorum temporum calamitates véluti poenas sibi omnium æquissimo débitas profiteretur. Inter gravissimas curas, & angustias semper invictus; nunquam à divini verbi prædicatione, à labore nunquam cessavit. Difficilimis quoque temporibus vetus Templum sanctarum olim Missarum nuncupatum, à fundamentis restituit. Tandem senio confectus, & magnis in Ecclesiam meritis, migravit in coelum, cum sedisset annos ferè viginti. Ejus corpus post sexcentos ab obitu annos Sancto Valerio Episcopo indicante, repertum in Basilica Sanctæ Mariæ, quam de Columna vocant, ad Aram maximam translatum, magna populi religione servatur, & colitur.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangel. Homo pere-

peregrè, de communi Confessoris Pontificis.

DIE XIX. MARTII.

In Festo Sancti Joseph Sponsi Beatæ Mariæ Virginis, Confessoris. Duplex secundæ classis.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Iacob autem genuit Joseph virum Mariæ: de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica; & loco ultimi. Psalm.

Laudate Dominum omnes Gentes.

Antiphona.

Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria.

Antiph. Cùm esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenerint, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

Antiph. Joseph vir eius, cùm esset justus, & nollet eam tradicere, voluit occultè dimittere eam.

Antiph. Angelus Domini apparuit Joseph dicens: Joseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius Jesum.

Capitulum. Prov. 28. & 27.

VIR fidelis multum laudabitur; & qui custos est Domini sui glorificabitur.

Hymnus.

TE, Joseph, celebrent agmina Coelitum, Te cuncti resonent Christianum Chori,

Qui clarus meritis; junctus es inclytæ

Casto foedere Virgini.

Almo cùm tumidam germinæ conjugem

Admirans, dubio tangeris anxius,

Afflatu superi Flaminis Angelus Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras

Ægypti profugum tu sequeris plagas,

Amisum Solymis quæris, & juvenis,

Miscens gaudia fletibus.

R

Post

Post mortem reliquos mors
pia consecrat,

Palmamque emeritos gloria
suscipit:

Tu vivens, superis par, frue-
ris Deo,

Mira sorte beatior.

Nobis, summa Trias, parce
precantibus,

Da Joseph meritis sidera scanti-
dere:

Ut tandem liceat, nos tibi
perpetim

Gratum promere canticum
Amen.

R. Constituit eum Dominum
domus suæ.

R. Et Principem omnis posses-
sionis suæ.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Exurgens Joseph á somno
fecit, sicut præcepit ei An-
gelus Domini, & accepit
conjugem suam.

ORATIO.

Sanctissimæ Genitricis tuæ
Sponsi, quæsumus Domi-
ne, meritis adjuvemur: ut,
quod possibilitas nostra non
obtinet, eius nobis interces-
sione donetur. Qui vivis, &
regnas.

*Si celebretur in Quadragesi-
ma fit commemoratio Ferie.*

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Christum Dei filium, qui
putari dignatus est filius
Joseph: * Venite adoremus.
Psalm. Venite exultemus.

Hymnus.

Cœlitum Joseph decus, at-
que nostræ

Certa spes vitæ, columenque
mundi,

Quas tibi læti canimus benig-
nus suscipe laudes

Te sator rerum statuit pudicæ
Virginis sponsum, voluit-
que Verbi

Te patrem dici, dedit & mi-
nistrum esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo ja-
centem,

Quem chorus Vatum cecinit
futurum,

Aspicis gaudens, humilisque
natum numen adoras.

Rex Deus regum, Domina-
tor orbis,

Cujus ad nutum tremunt infe-
rorum

Turba, cui pronus famulatur
Æther,

Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi pe-
rennis,

Quæ tibi præbens superos ho-
nores,

Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ, Amen.

IN

IN I. NOCTURNO.

Antiphona.

Ascendit Joseph á Galilæa
de civitate Náza-reth, in Ju-
dæam, in civitatem David,
quæ vocatur Bethlehem, ut
profiteretur cum Maria.

Psalm. Beatus vir, cum reli-
quis de Communi Confessoris
non Pontificis.

Antiphona. Venerunt Pasto-
res festinantes; & invenerunt
Mariam, & Joseph, & Infan-
tem positum in præsepio.

Psalm. Quare fremuerunt.

Antiphona. Ecce Angelus
Domini apparuit in somnis
Joseph dicens: Surge, & ac-
cipe puerum, & matrem ejus,
& fuge in Ægyptum.

Psalm. Domine, quid mul-
tiplicati.

R. Constituit eum Domi-
num domus suæ.

R. Et Principem omnis
possessionis suæ.

De libro Genesis.

Lectio i. Cap. 39.

Joseph igitur ductus est in
Ægyptum, emitque eum
Putiphâr Eunuchus Pharaonis
Princeps exercitus, vir Ægyp-
tius, de manu Ismaelitarum á
quibus perductus erat. Fuitque
Dominus cum eo, & erat vir
in cunctis prospere agens: ha-
bitavitque in domo domini

sui, qui optimè noverat Do-
minum esse cum eo; & om-
nia, quæ gereret, ab eo diri-
gi in manu illius. Invenitque
Joseph gratiam coram domi-
no suo, & ministrabat ei, á
quo præpositus omnibus gu-
bernabat creditam sibi do-
mum, & universa, quæ ei
tradita fuerant: benedixitque
Dominus domui Ægyptii prop-
ter Joseph.

R. Fuit Dominus cum Jo-
seph, & dedit ei gratiam in
conspectu Principis carceris: *
Qui tradidit in manu illius
universos vinctos.

R. Quidquid fiebat, sub
ipso erat: Dominus enim erat
cum illo, & omnia opera ejus
dirigebat. Qui.

Lectio ii. Cap. 41.

Placuit Pharaoni consilium
Joseph, & cunctis minis-
tris ejus: Locutusque est ad
eos: Num invenire poterimus
talem virum, qui spiritu Dei
plenus sit? Dixit ergo ad Jo-
seph: Quia ostendit tibi Deus
omnia, quæ locutus es, nun-
quid sapienterem & consimi-
lem tui invenire poterem? Tu
eris super domum meam, &
ad tui oris imperium cunctus
pópulus obédiet: uno tantum
regni solio te precedam.

R. Esuriente terra Ægypti

R 2

cla-

clamavit populus ad Regem, alimenta petens. Quibus ille respondit: * Ite ad Joseph, & quidquid vobis dixerit, facite.

℣. Crescebat quotidie fames in omni terra: apperuitque Joseph universa horrea, & vendebat Ægyptiis. Ite ad Joseph.

Lect. iii. Cap. 41.

Dixitque rursus Pharaon ad Joseph: Ecce constituite super universam terram Ægypti. Tulitque anulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestivitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti. Dixitque Rex ad Joseph: Ego sum Pharaon, absque tuo imperio non movebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti.

℞. Fecit me Dominus quasi patrem Regis, & Dominum universæ domus ejus: nolite pavere: * Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.

℣. Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona

Ægypti, & comedetis medulam terræ. Pro salute. Gloria Patri. Pro salute.

IN II. NOCTURNO.

Antiphona.

Consurgens Joseph accepit puerum, & matrem ejus nocte, & recessit in Ægyptum: & erat ibi usque ad obitum Herodis.

Psalm. Cùm invocarem.

Antiph. Defuncto Herode Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.

Psalm. Verba mea.

Antiph. Accepit Joseph puerum, & matrem ejus, & venit in terram Israël.

Psalm. Domine Dominus noster.

℣. Magna est gloria eius in salutari tuo.

℞. Gloriam, & magnum decorem impones super eum.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Homilia 2. super Missus propè finem.

Lectio iv.

Quis, & qualis homo fuerit Beatus Joseph, conjice ex appellatione, qua licet

licet dispensatoria, meruit honorari adeò, ut pater Dei, & dictus, & creditus sit; conjice, & ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubitas interpretari. Simul, & memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & scito, ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assecutum, & gratiam.

℞. Ascendit Joseph à Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: * Eo quod esset de domo, & familia David.

℣. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore. Eo quod.

Lectio v.

Siquidem ille Joseph, fracta terna ex invidia venditus, & ductus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit: iste Joseph, Herodianam invidiam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille Domino suo fidem servans, Dominæ noluit commisceri: iste Dominam suam, Domini sui matrem, virginem agnoscens, & ipse continens, fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis somnio-

rum: isti datum est conscium fieri, atque participem coelestium sacramentorum.

℣. Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum: * Et esto ibi, usque dum dicam tibi.

℣. Ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. Et esto:

Lectio vi.

Ille frumenta servavit non sibi, sed omni populo: iste panem vivum é coelo servandum accepit tam sibi, quam toti mundo. Non est dubium, quin bonus, & fidelis homo fuerit iste Joseph, cui mater desponsata est Salyatoris. Fidelis, inquam, servus, & prudens, quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carnis nutrimum, solum denique in terris magni consilii coadjutorem fidissimum.

℞. Cùm inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: * Accepit eum Simeon in ulnas suas, & benedixit Deum.

℣. Et erat Pater ejus, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Accepit. Gloria Patri. Accepit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia Sancti Hieronymi
Presbyteri.*Antiphona.*

Audiens Joseph quod Archelæus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illò ire.

Psalm. Domine quis habitabit.

Añã. Admónitus in somnis Joseph recessit in partes Galileæ: & veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.

Psalm. Domine in virtute tua.

Añã. Erat Pater Jesu, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo; & benedixit illis Simeon.

Psalm. Domini est terra.

V. Justus germinabit sicut lilium.

R. Et florebit in æternum ante Dominum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. i.

Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Et reliqua.

Lib. i. Comment. in cap. i. Matth.

Quare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph, origo Mariæ monstraretur: secundò, ne lapidaretur à Judæis ut adultera: tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit. Ut partus, inquam, eius celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum.

R. Dicit Mater Jesu ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? * Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.

R. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Ecce.

Lectio viii.

Anquam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Non ab alio inventa est, nisi à Joseph, qui penè licentia maritali futuræ uxoris omnia no-

ve-

AD LAUDES, ET PER
Horas.*Antiphona.*

Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem in die solemnè Paschæ.

Psalm. Dñus. regnavit. *Cum reliquis de Dominica.*

Añã. Cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, & non cognoverunt Parentes ejus.

Añã. Non inventientes Jesum, regressi sunt in Jerusalem requirentes eum; & post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem, & interrogantem eos.

Añã. Dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego doleantes, quærebamus te.

Añã. Descendit Jesus cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

Capitulum. Prov. 28. & 27.

Vir fidelis multum laudabitur: & qui custos est Domini sui, glorificabitur.

Hymnus.

Iste quem læti colimus fideles; Cujus excelsos canimus triumphos.

Hac die, Joseph, meruit perennis Gaudia vitæ.

O

verat. Quod autem dicitur: Antequam convenirent, non sequitur, ut postea convenirent: sed Scriptura, quod factum non sit, ostendit:

R. Descendit Jesus cum eis, & venit Nazareth: * Et erat subditus illis.

V. Proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Et erat. Gloria Patri. Et erat.

Nona Lectio, dicitur de Homilia Feriæ occurrentis, si celebretur in Quadragesima, & de ea fit commemoratio in Laudibus.

Lectio ix.

Joseph autem vir eius, cum esset justus, & nollet eam tradúcere, voluit occultè dimittere eam. Si quis fornicariæ conjugitur, unum corpus efficitur: & in lege præceptum est, non solum reos, sed, & conscios criminum obnoxios esse peccati: quomodo Joseph, cum crimen celaret uxoris, justus scribitur? sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph, sciens illius castitatem, & admirans quod evenerat, celat silentio, cujus mysterium nesciebat.

Te Deum laudamus.

Onimis felix, nimis ó beatus,
Cujus extremam vigiles ad
horam.

Christus & Virgo simul asti-
terunt.

Ore sereno.
Hinc stygis victor, laqueo
solutus.

Carnis, ad sedes plácido so-
pore.

Migrat æternas, rutilisque
cingit.

Tempora sertis.
Ergo regnantem flagitemus
omnes.

Adsit ut nobis, veniamque
nostris.

Obtinens culpis, tribuat su-
pernae.

Munera pacis.
Sint tibi plausus, tibi sint
honores,

Trias, qui regnas, Deus, &
coronas

Aureas seruo tribuis fideli
Omne per ævum. Amen.

Os justi meditabitur sa-
pientiam.

Et lingua ejus loquetur
judicium.

AD BENEDICTUS.

Añã. Ipse Jesus erat inci-
piens, quasi annorum triginta,
ut putabatur filius Joseph.

ORATIO.

Sacratissimæ Genitricis tuæ
Sponsi, quæsumus Domi-

ne, meritis adjuvemur: ut
quod possibilitas nostra non
obinet, ejus nobis intercessio-
ne donetur. Qui vivis, & reg-
nas cum Deo Patre in unitate
Spiritus Sancti Deus.

*Et fit commemoratio Ferie,
si venerit in Quadragesima.*

AD TERTIAM.

Añã. Cum redirent. *Capitu-
lum.* Vir fidelis, ut supra.

R. brev. Constituit enim:
*Dominum domus suæ. Con-
stituit.

Et Principem omnis
possessionis suæ. Dominum
domus suæ. Glor. Constituit.

Magna est gloria ejus
in salutari tuo.

Gloriam, & magnum
decorem impones super eum,
AD SEXTAM.

Añã. Non inventientes.
Capitulum. *Eccles.* 45.

Dilectus Deo, & homini-
bus, cujus memoria in
benedictione est. In fide, &
lenitate ipsius sanctum fecit
illum, & elegit eum ex om-
ni carne.

R. brev. Magna est gloria
ejus: * In salutari tuo. Mag-
na est.

Gloriam, & magnum
decorem impones super eum.
In salutari tuo. Gloria. Mag-
na est.

Justus germinabit sicut
lilium.

Et floreat in æternum
ante Dominum.

AD NONAM.

Añã. Descendit Jesus.

Capitulum. Sap. 10.

Profugum justum deduxit
& ostendit illi regnum Dei, &
dedit illi scientiam Sanctorum,
honestavit illum in laboribus,
& complevit labores illius.

R. brev. Justus germinabit,
* Sicut lilium. Justus.

Et floreat in æternum
ante Dominum. Sicut lilium.
Gloria Patri. Justus germi-
nabit.

Plantatus in domo Do-
mini.

In atrijs domus, Dei
nostri.

IN II. VESPERIS.

Añã. Ibant parentes, ut in
Laudibus. *Capitulum & Hym-
nus,* ut in *Vesperis.*

Gloria, & divitiæ in
domo ejus.

Et justitia ejus manet
in sæculum sæculi.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Ecce fidelis servus, & pru-
dens, quem constituit Domi-
nus super familiam suam.

Oratio, ut supra.

*Et fit commem. Ferie si ce-
lebratur in Quadrage.*

FERIA SEXTA POST DO-
minicam Passionis.

Officium Septem Dolorum
B. Mariæ Virginis.

Duplex majus in universali
Ecclesia.

AD VESPERAS.

Añã. Vadam ad montem myr-
rhæ, & ad collem thuris.

Psalmus 115.

Redidi, propter quod lo-
cutus sum: * ego autem
humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * om-
nis homo mendax.

Quid retribuam Domino: * pro
omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: *
& nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam
coram omni populo ejus: *

pretiosa in conspectu Domi-
ni mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus
tuus: * ego servus tuus, &
filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi
sacrificabo hostiam laudis,
& nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in
conspectu omnis populi

ejus: * in atrijs domus Do-
mini

mini, in medio tui Jerusa-
lem.

Añ. Vadam ad montem myr-
rhæ, & ad collem thuris.

Añ. Dilectus meus candidus,
& rubicundus: comæ capi-
tis ejus sicut purpura Rē-
gis vincta canalibus.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribu-
larer clamavi: * & ex-
audivit me.

Domine libera animam meam
à labijs iniquis, * & à lin-
gua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid ap-
ponatur tibi: * ad linguam
dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: * cum
carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus
prolongatus est: habitavi
cum habitantibus Cedar: *
multum in chola fuit anima
mea.

Cum his qui oderunt pacem,
eram pacificus: * cum lo-
quebar illis, impugnabant
me gratis.

Añ. Dilectus meus candidus,
& rubicundus: comæ capi-
tis ejus sicut purpura Rē-
gis vincta canalibus.

Añ. Quo abiit dilectus tuus,
ó pulcherrima mulierum?
Quo dilectus tuus declinavit?

Psalmus 139.

ERipe me Domine ab hô-
mine malo: * à viro ini-
quo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates
in corde: * tota die consti-
tuebant prælia.

Acuerunt linguas suas sicut
serpentis: * venenum aspi-
dum sub labijs eorum.

Custodi me Domine de manu
peccatoris: * & ab homini-
bus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare
gressus meos: * absconde-
runt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in la-
queum: * juxta iter scanda-
lum posuerunt mihi.

Dixi Domino: Deus meus es
tu: * exaudi Domine vocem
deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus salutis
meæ: * obumbrasti super
caput meum in die belli.

Ne tradas me, Domine à desi-
derio meo peccatori: * co-
gitaverunt contra me, ne
derelinquas me, ne fortè
exaltentur.

Caput circuitus eorum: * labor
labiorum ipsorum operiet
eos.

Cadent super eos carbones, in
ignem dejicies eos: * in mi-
serijs non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in
ter-

terra: * virum injustum ma-
la capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus
judicium inopis: * & vindic-
tam pauperum.

Verumtamen justus confitebun-
tur nomini tuo: * & habita-
bunt recti cum vultu tuo.

Añ. Quo abiit dilectus tuus, ó
pulcherrima mulierum! Quò
dilectus tuus declinavit?

Añ. Fasciculus myrrhæ dilec-
tus meus mihi inter ubera
mea commorabitur.

Psalmus 140.

Dñe. clamavi ad te, exaudi
me: * intende voci meæ,
cum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut in-
censum in conspectu tuo:
* elevatio manuum mearum
sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori-
meo: * & ostium circums-
tantia labijs meis.

Non declines cor meum in
verba malitiæ: * ad excusan-
das excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus
iniquitatem: * & non com-
municabo cum electis eo-
rum.

Corripiet me Justus in miseri-
cordia, & increpabit me:
* oleum autem peccatoris
non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc, & oratio mea

in beneplacitis eorum: * ab-
sorpti sunt juncti petrae
judices eorum.

Audient verba mea quoniam
potuerunt: * sicut crassitu-
do terræ erupta est super
terram.

Dissipata sunt ossa nostra se-
cus infernum: * quia ad te
Domine, Domine oculi mei:
in te speravi, non auferas
animam meam.

Custodi me à laqueo, quem
statuerunt mihi: * & à scan-
dalis operantium iniquita-
tem.

Cadent in retiaculo ejus pec-
catores: * singulariter sum
ego donec transeam.

Añ. Fasciculus myrrhæ dilec-
tus meus mihi, inter ubera
mea commorabitur.

Añ. Fulcite me floribus, sti-
pate me malis, quia amo-
re langueo.

Psalmus 141.

VOce mea ad Dominum
clamavi: * voce mea ad
Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus ora-
tionem meam: * & tribu-
lationem meam ante ipsum
pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum
meum: * & tu cognovisti
semitas meas.

In via hac, qua ambulabam

* absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me: * & non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine: * dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: * me expectant justi, donec retribuas mihi.

Añã. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Capitulum. Isai. 53.

Quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiendi.

Hymnus.

Stabat Mater dolorosa
Iuxta Crucem lachrimosa,
Dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem,
Contristatam, & dolentem,
Pertransiit gladius.

O quam tristis, & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!

Quæ moerebat, & dolebat,
Et tremebat cum videbat,
Nati poenas inelyti.

Quis est homo qui non fletet,
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,
Christi Matrem contemplari
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suæ gentis
Vidit Jesum in tormentis,
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum
Morientem, desolatum,
Dum emisit spiritum.

Eja Mater fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.

Fac, ut ardeat cor meum,
In amando Christum Deum:
Ut sibi complaceam. Amen.

✠. Ora pro nobis Virgo
dolorosissima.

℞. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

AD MAGNIFICAT.

Antiph. Tuam ipsius animam
(ait ad Mariam Simeon)
pertransibit gladius.

ORATIO.

DEus, in cujus passione, se-
cundum Simeonis pro-
phe-

IN I. NOCTURNO.

Añã. Astiterunt reges terræ,
& principes convenerunt in
unum adversus Dominum, &
adversus Christum ejus.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gen-
tes: * & populi medita-
ti sunt inania?

Astiterunt reges terræ, &
principes convenerunt in-
unum * adversus Dominum,
& adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum:
* & projiciamus à nobis
jugum ipsorum.

Qui habitat in coelis iridebit
eos: * & Dominus subsana-
bit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira
sua: * & in furore suo con-
turbabit eos.

Ego autem constitutus sum
Rex ab eo super Sion mon-
tem sanctum ejus: * prædi-
cans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius
meus es tu, ego hodie ge-
nui te.

Postula à me, & dabo tibi
Gentes hereditatem tuam:
* & possessionem tuam ter-
minos terræ.

Reges eos in virga ferrea: *
& tamquam vas figuli con-
fringes eos.

Et

phetiam, dulcissimam animam
gloriosæ Virginis, & Matris
Mariæ doloris gladius per-
transiit: concede propitius:
ut qui transfixionem ejus, &
passionem venerando recolimus,
gloriosis meritis, & pre-
cibus omnium Sanctorum Cru-
ci fideliter astantium interce-
dentibus, passionis tuæ effec-
tum felicem consequamur.
Qui vivis, & regnas.

Et sit commemoratio Ferie.

*Ad Completorium, & per Ho-
ras in fine Hymnorum dicitur:*
Jesu, tibi sit gloria, qui natus
es de Virgine, &c.

AD MATUTINUM.

Invitorium.

Dolores gloriosæ recolentes
Virginis, Dominum pro nobis
passum: Venite adoremus.
Psalm. Venite exultemus.

Hymnus.

Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fixe plagas
Cordi meo validè.

Tui Nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Poenas mecum divide.

Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.

Juxta Crucem tecum stare,
Te libenter sociare,
In planctu desidero. Amen.

Et nunc reges intelligite: * erudimini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus: * & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus: * beati omnes, qui confidunt in eo.

Añã. Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Añã. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.

Psalmus 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me: * Multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: * non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es: * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, saluum me fac

Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Añã. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.

Añã. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

Psalmus 12.

Usquequò Domine oblivisceris me in finem?

* Usquequò avertis faciem tuam à me?

Quandiu ponam consilia in anima mea: * dolorem in corde meo per diem?

Usquequò exaltabitur inimicus meus super me? * Respice, & exaudi me Dñe Deus meus.

Illumina oculos meos, nequam obdormiam in morte: * ne quando dicat inimicus meus: prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: * ego autem in misericordia tua speravi.

Exultavit cor meum in salutaris tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: * & psallam

iam nomini Domini altissimi.

Añã. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

✠ Posuit me desolatam.

℞. Tota die in ære confectam.

De Isaia Propheta.

Lectio i. Cap. 53.

Quis credidit auditui nostris: & brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut vingulum: & coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum. Despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: & nos putavimus eum quasi leprosum, & percusum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus.

℞. Dilectus meus candidus, & rubicundus, & totus desiderabilis: * Omnis enim figura

ejus amorem spirat: & ad redamandum provocat caput inclinatum, manus expansæ, pectus apertum.

✠ Pijs, ó Virgo, spectas eum oculis, contemplans in eo non tam vulnerum livorem, quam mundi salutem. Omnis eam.

Lectio ii.

Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia abscessus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussus eum. Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua: eo quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus.

℞. Manus ejus tornátiles, clavorum cuspide terebratæ: * Humanæ salutaris pretio quasi hyacinthis refertæ.

✠ Cornua in manibus ejus: ibi abscondita est fortitudo ejus

ejus sunt enim manus ejus.
Humanæ salutis.

Lectio. iii.

ET Dominus voluit contē-
rere eum in infirmitate: si
posuerit pro peccato animam
suam, videbit semen longæ-
vum, & voluntas Domini in
manu ejus dirigetur. Pro eo
quod laboravit anima ejus, vi-
debit, & saturabitur: in scien-
tia sua justificabit ipse justus
servus meus multos, & ini-
quitates eorum ipse portabit.
Ideo disperitiam ei plurimos,
& fortium dividet spolia, pro
eo quod tradidit in mortem
animam suam, & cum sceler-
ratis reputatus est: & ipse pec-
cata multorum tollit, & pro
transgressoribus rogavit.

Be. Diligebat Jesus Joan-
nem, quoniam specialis præ-
rogativa castitatis amplioris
dilectione fecerat dignum: *
Quia virgo electus ab ipso,
virgo in ævum permansit.

Y. In Cruce denique mori-
turus huic matrem virginem
virgini commendavit. Quia.
Gloria Patri. Quia.

IN II. NOCTURNO.

Añ. Inimici mei dixerunt
mala mihi. Quando morietur,
& peribit nomen ejus?

Psalmus 40.

BEatus, qui intelligit super-
egenum, & pauperem:
* in die mala liberabit eum
Dominus.

Dominus conservet eum, &
vivificet eum, & beatum
faciat eum in terra: * & non
tradat eum in animam ini-
micorum ejus.

Dominus opem ferat illi super
lectum doloris ejus: * uni-
versum stratum ejus versas-
ti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine miserere
mei: * sana animam meam,
quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mi-
hi: * quando morietur, &
peribit nomen ejus?

Etsi ingrediebatur ut videret,
vanum loquebatur: * cor ejus
congregavit iniquitatem si-
bi.

Egrediebatur foras: * & lo-
quebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant om-
nes inimici mei: * adversum
me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constitue-
runt adversum me: * Num-
quid qui dormit, non adji-
ciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in
quo speravi: * qui edebat
panes meos, magnificavit
super me supplantationem.

Tu

Tu autem Domine miserere
mei, & resuscita me: * &
retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam vo-
luiste me: * quoniam non
gaudebit inimicus meus su-
per me.

Me autem propter innocen-
tiam suscepisti: * & confir-
masti me in conspectu tuo
in æternum.

Benedictus Dominus Deus Is-
rael à sæculo, & usque in
sæculum: * fiat, fiat.

Añ. Inimici mei dixerunt ma-
la mihi: Quando morietur,
& peribit nomen ejus?

Añ. Deus, vitam meam an-
nuntiavi tibi: posuisti lacry-
mas meas in conspectu
tuo.

Psalmus 55.

Miserere mei Deus, quo-
niam conculcavit me
homo: * tota die impug-
nans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici
mei tota die: * quoniam
multi bellantes adversum
me.

Ab altitudine die timebo: *
ego verò in te sperabo.

In Deo laudabo sermones
meos, in Deo speravi: *
non timebo quid facit mi-
hi caro.

Tota die verba mea execra-

bantur: * adversum me om-
nes cogitationes eorum in
malum.

Inhabitabunt, & abscondent:
* ipsi calcaneum meum ob-
servabunt.

Sicut sustinuerunt animam
meam, pro nihilo salvos
facies illos: * in ira popu-
los confringes.

Deus, vitam meam annun-
tiavi tibi: * posuisti lacry-
mas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua:
* tunc convertentur inimici
mei retrorsum.

In quacumque die invocave-
ro te: * ecce cognovi quo-
niam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in
Domino laudabo sermo-
nem: * in Deo speravi, non
timebo quid faciat mihi ho-
mo.

In me sunt Deus vota tua:
* quæ reddam, laudatio-
nes tibi.

Quoniam eripuisti animam
meam de morte, & pedes
meos de lapsu: * ut pla-
ceam coram Deo in lumi-
ne viventium.

Añ. Deus, vitam meam an-
nuntiavi tibi: posuisti lacry-
mas meas in conspectu tuo.

Añ. Filii hominum, dentes
eorum arma, & sagittæ,

T

&

& lingua eorum gladius
acutus.

Psalmus 56.

Miserere mei Deus, mise-
rere mei: * quoniam in
te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum
sperabo: * donec transeat
iniquitas.

Clamabo ad Deum altissi-
mum: * Deum qui bene-
fecit mihi.

Misit de coelo, & liberavit me:
* dedit in opprobrium con-
culcantes me.

Misit Deus misericordiam
suam, & veritatem suam: *
& eripuit animam meam
de medio catulorum leo-
num: dormivi conturbatus.

Filii hominum dentes eorum
arma & sagittæ: * & lingua
eorum gladius acutus.

Exaltare super coelos Deus: *
& in omnem terram glo-
ria tua.

Laqueum paraverunt pedibus
meis: * & incurvaverunt
animam meam.

Foderunt ante faciem meam
foveam: * & inciderunt in
eam.

Paratum cor meum Deus, pa-
ratum cor meum: * canta-
bo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge
psalterium, & cithara:

* exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Do-
mine: * & psalmum dicam
tibi in Géntibus.

Quoniam magnificata est us-
que ad coelos misericordia
tua: * & usque ad nubes
veritas tua.

Exaltare super coelos Deus,
* & super omnem terram
gloria tua.

Ant. Filii hominum, dentes
eorum arma, & sagittæ:
& lingua eorum gladius
acutus.

ψ. Facies mea intumuit à
fletu.

℞. Et palpebræ meæ cali-
gaverunt.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
Ex Serm. de 12. stellis.

Lectio iv.

Martyrium Virginis, tam
in Simeónis prophetia,
quam in ipsa Dominicæ Pas-
sionis historia commendatur.
Pòsitus est hic (ait sanctus se-
nex de púero Jesu) in signum
cui contradicetur: & tuam
ipsius animam (ad Mariam au-
tem dicebat) pertransibit gla-
dius. Verè tuam, ó beata Ma-
ter, animam pertransivit. Aliò-
quin non nisi eam pertransi-
ens, carnem filij tui penetra-
ret. Et quidem posteaquam
emi-

emisit spiritum tuus ille: Jesus,
ipsius planè non áttigit ani-
mam crudelis lancea, quæ ipsi-
us aperuit latus, sed tuam uti-
que animam pertransivit. Ip-
sius nimirum anima jam ibi
non erat, sed tua planè inde
nequibat avélli.

℞. Tenebræ factæ sunt cum
crucifixissent Jesum Judæi, &
circa horam nonam exclama-
vit Jesus voce magna: Deus
meus, ut quid dereliquisti me?
* Et inclinato capite emisit
spiritum.

ψ. Quis tibi nunc sensus,
dum cernis talia, Virgo? Et
inclinato.

Lectio v.

Tuam ergo pertransivit
animam vis doloris, ut
plusquam martyrem non im-
merito prædicemus, in qua
nimirum corporeæ sensum
passionis excésserit compas-
sionis affectus. An non tibi
plusquam gladius fuit sermo
ille, reverà pertransiens ani-
mam, & pertingens usque ad
divisionem animæ, & spiritus:
Mulier, ecce filius tuus? O
commutationem! Joannes tibi
pro Jesu traditur, servus pro
Domino, discipulus pro Ma-
gistro, filius Zebedæi pro Filio
Dei, homo purus pro Deo ve-
ro. Quomodo non tuam afec-

tuosissimam animam: pertran-
siret hæc auditio, quando &
nostra, licèt sáxea, licet fer-
rea pectora, sola recordatio
scindit?

℞. Passio Domini: * Ipsam
ejus matrem, carnali orbitate
graviter percusam, vehemen-
tissimè contristavit.

ψ. Ferreum lanceæ milita-
ris, latus quidem Salvatoris,
animam verò transivit Virginis
matris. Ipsam ejus matrem:

Lectio vi.

NON mirémini, fratres,
quod Maria martyr in
anima fuisse dicatur. Miretur
qui non meminerit, se audi-
vissé Paulum inter máxima
Gentium crimina memoran-
tem, quod sine affectione
fuissent. Longè id fuit á Ma-
riæ visceribus, longè sit á
servillis ejus. Sed fortè quis di-
cat: Numquid non eum præ-
cierat moriturum? Et indubi-
tante. Numquid non spera-
bat continuè resurrecturum?
Et fideliter. Super hæc doluit
crucifixum? Et vehementer.
Alioquin quisnam, tu, fra-
ter, aut unde tibi hæc sapien-
tia, ut mireris plus Mariam
compatientem, quàm Mariæ
Filiū patientem? Ille etiā
mori corpore potuit; ista com-
mori corde non potuit. Fecit

illud charitas, qua majorem nemo habuit: fecit, & hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit.

℞. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, & inhærendo lateri tuo, ut sanguis tuus sanguinem meum tangat, & tergat: * Ut fons aquæ tuæ de scaturigine recti cordis, per venas boni operis, in finem æternæ felicitatis exiliat?

ψ. Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Ut fons. Gloria Patri. Ut fons.

IN III. NOCTURNO.

Añã. Intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Psalmus 63.

EXaudi Deus orationem meam, cum deprecor: * à timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium: * à multitudi-
ne operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: * intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: * firmave-

runt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos: * dixerunt: Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: * defecerunt scrutantes scrutiny.

Accedet homo ad cor altum: * & exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum: * & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: * & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei: * & facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo: * & laudabuntur omnes recti corde.

Añã. Intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Añã. Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Psalmus 87.

Domine Deus salutis meæ: * in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea:

mea: * & vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebrosis, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar: * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: * aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: * & veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: * & justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clama-

vi: * & manè oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam: * avertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: * exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ: * et terrores tui conturbaverunt me.

Circudederunt me sicut aqua tota die: * circudederunt me simul.

Elongasti à me amicum, & proximum: * & notos meos à miseria.

Añã. Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Añã. Replevit me amaritudine, inebriavit me absinthio.

Psalmus 108.

Deus laudem meam ne taceris: * quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

Locuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odij circudederunt me: * & expugnaverunt me gratis.

Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: * ego autem orabam.

Et posuerunt adversum me
mala pro bonis: * & odium
pro dilectione mea.
Constitu super eum peccato-
rem: * & diabolus stet à
dextris ejus.
Cum judicatur, exeat con-
demnatus: * & oratio eius
fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: * &
Episcopatum eius accipiat
alter.
Fiant filii eius orphani: * &
uxor eius vidua.
Nutantes transferantur filii
ejus, & mendicent: * &
ejiciantur de habitationi-
bus suis.
Scrutetur fenerator omnem
substantiam ejus: * & diri-
pant alieni labores ejus.
Non sit illi adjutor: * nec sit
qui misereatur pupillis ejus.
Fiant nati ejus in interitum:
* in generatione una delea-
tur nomen ejus.
In memoriam redeat iniquitas
patrum ejus in conspectu
Domini: * & peccatum
matris ejus non deleatur.
Fiant contra Dominum sem-
per, & dispereat de terra
memoria eorum: * pro eo
quod non est recordatus
facere misericordiam.
Et persecutus est hominem
inopem, & mendicum: *

& compunctum corde mor-
tificare.

Et dilexit maledictionem, &
veniet ei: * & noluit bene-
dictionem, & elongabitur
ab eo.

Et induit maledictionem sicut
vestimentum: * & intravit
sicut aqua in interiora ejus,
& sicut oleum in ossibus
ejus.

Fiat ei sicut vestimentum, quo
operitur: * & sicut zona,
qua semper præcingitur.

Hoc opus eorum, qui detra-
hant mihi apud Dominum:
* & qui loquuntur mala
adversus animam meam.

Et tu Domine, Domine fac
mecum propter nomen
tuum: * quia suavis est mi-
sericordia tua.

Libera me, quia egenus, &
pauper ego sum: * & cor
meum conturbatum est in-
tra me.

Sicut umbra, cum declinat,
ablatus sum: * & excussus
sum sicut locustæ.

Genua mea infirmata sunt à
jejunio: * & caro mea im-
mutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobrium
illis: * viderunt me, & mo-
verunt capita sua.

Adjuva me Domine Deus
meus: * salvum me fac
secun-

secundum misericordiam
tuam.

Et sciant quia manus tua hæc:
* & tu Domine fecisti eam.

Maledicent illi, & tu bene-
dices: * qui insurgunt in
me, confundantur: servus
autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mi-
hi, pudore: * & operian-
tur sicut diploide confusio-
ne sua.

Confitebor Domino nimis in
ore meo: * & in medio mul-
torum laudabo eum.

Quia astitit à dextris pauperis:
* ut salvam faceret à perse-
quentibus animam meam.

Añã. Replevit me amaritudi-
ne, inebriavit me absynthio.

✠. Deus vitam meam annun-
tiavi tibi.

✠. Posuisti lachrymas meas
in conspectu tuo.

Leñtio S. Evangelii secundum
Joannem.

Leñtio vii. Cap. 19.

In illo tempore: Stabant jux-
ta Crucem Jesu mater ejus,
& soror matris ejus Maria
Cléophæ, & Maria Magda-
léne. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Tract. 119. in Joann.

HÆC nimirum est illa ho-
ra, de qua Jesus, aquam
conversurus in vinum, dix-
rat matri: Quid mihi, & tibi
est mulier? Nondum venit ho-
ra mea. Hanc itaque horam
prædixerat, quæ tunc nondum
venerat, in qua deberet ag-
noscere moriturus, de qua
fuerat mortaliter natus. Tunc
ergo divina facturus, non di-
vinitatis, sed infirmitatis ma-
trem velut incognitam re-
pellebat. Nunc autem huma-
na jam patiens, ex qua fue-
rat factus homo, affectu com-
mendabat humano: moralis
igitur insinuat locus. Facit
quod faciendum admonet, &
exemplo suo suos ministros
instruxit præceptor bonus, ut
à filiis piis impendatur cura
parentibus: tamquam lignum
illud, ubi fixa erant membra
morientis, etiam cathedra fue-
rit Magistri docentis.

✠. Dóleo super te filii mi
Jesu, decorus nimis, & ama-
bilis super amorem mulierum!
* Sicut enim mater unicum
diligit filium, ita ego te dili-
gebam.

✠. Defecit in dolore vita
mea,

mea, & anni mei in gemitibus. Sicut.

Lectio viij.

EX hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus, quod docebat, quando dicebat: Si quis autem suis, & maximè domesticis non providet, fidem negavit, & est infideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum, quam parentes filiis, aut parentibus filii? Hujus itaque saluberrimi præcepti ipse Magister Sanctorum de se ipso constituebat exemplum: quando non ut famulæ Deus, quam creaverat, & regebat: sed ut matri homo, de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium providebat.

R. Eja mater fons amoris, fac nos sentire vim doloris, ut tecum lugeamus: * & Dominicæ passionis fructum sentiamus.

V. Et sicut filius tuus Jesus pro nobis mortuus est, & resurrexit: ita & nos commortui cum eodem resurgamus. Et Dominicæ Gloria Patri. Et Dominicæ.

Nona Lectio legitur de Homilia Ferie occur. & de ea fit commemoratio.

AD LAUDES, ET
per Horas.

Antiphona.

V Adam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Dilectus meus candidus, & rubicundus: comæ capitis eius sicut purpura Regis vineta canalibus.

Añã. Quò abiit dilectus tuus, ó pulcherrima mulierum? Quò dilectus tuus declinavit?

Añã. Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur.

Añã. Fulcîte me floribus, stipate me malis, quia amore lángueo.

Capitulum. Isaie 53.

Quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiienti.

Hymnus.

Virgo virginum præclara, Mihi jam non sis amara,

Fac me tecum plangere. (tem,

Fac ut portem Christi mor-

Passionis fac consortem,

Et

Et plagas recolare.

Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem Filii.

Inflamatus, & accensus
Per te, Virgo, sim defensus
In die iudicii.

Fac me Cruce custodiri,
Mortæ Christi præmuniri,
Confóveri gratia.

Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

V. Ora pro nobis Virgo dolorosissima.

R. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

AD BENEDICTUS.

Añã. Cùm vidisset Jesus matrem stantem juxta Crucem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deindè dicit discipulo: Ecce mater tua.

ORATIO.

DEUS, in cujus passione, secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ Virginis & matris Mariæ doloris gladius pertransivit: concede propitius; ut, qui transfixionem eius, & passionem venerando recolimus, gloriosis meritis, & præ-

cibus omnium Sanctorum Cruci fideliter astantium intercedentibus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis, & regnas.

Et fit commemoratio ferie.

AD PRIMAM.

Añã. Vadam ad montem.

R. Christe Fili Dei vivi.

V. Qui passus es pro homine.

AD TERTIAM.

Añã. Dilectus meus.

Capitulum. Quis credidit, ut supra.

R. Posuit me: * Desolatam. Posuit me.

V. Tota die mœrore confectam. Desolatam. Gloria. Patri. Posuit me.

V. Facies mea intumuit à fetu.

R. Et palpebræ meæ caligaverunt.

AD SEXTAM.

Añã. Quò abiit.

Capitulum. Isaie 53.

IPse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scélera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & livore eius sanati sumus.

R. Facies mea: * Intumuit

à fletu. Facies mea.

℣. Et palpebræ meæ caligaverunt. Intumuit. Gloria Patri. Facies mea.

℣. Deus vitam meam annuntiavi tibi.

℞. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

AD NONAM.

Ant. Fulcîte me floribus.

Capitulum. Isaia 53.

Generationem eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viventium, propter scelus populi mei percussus eum.

℞. Deus vitam meam: annuntiavi tibi. Deus vitam meam.

℣. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Annuntiavi. Gloria Patri. Deus vitam meam.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorosissima.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

AD MAGNIFICAT.

Ant. Cum vidisset Jesus: ut in Laudibus.



FESTA APRILIS.

DIE IV. APRILIS.

In Festo Sancti Isidori Episcopi, & Confessoris
Dup. 2. clas.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter illa, quæ hic habentur propria.

Ad Magnificat in utrisque Vesp.

Antiphona. O Doctor.

ORATIO.

Deus, qui populo tuo æternæ salutis Beatum Isidorum ministrum tribuisti: præsta quesumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones. Sapientiam omnium antiquorum, ut in Communi Doctorum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Isidorus natione Hispanus, Doctor egregius, ex nova Carthagine, Severiano Patre Provinciæ Duce natus, à Sanctis

tis Episcopis Leandro Hispanensi, & Fulgentio Cartaginensi fratribus suis piè, & liberaliter educatus, latinis, græcis, & hebraicis litteris, divinisque, & humanis legibus instructus, omniscientiarum, atque Christianarum virtutum genere præstantissimus evasit. Adhuc adolescens hæresim Arianam, quæ gentem Gothorum Hispaniæ latissimè dominantem jampridem invaserat tanta constantia palam oppugnavit, ut parum abfuerit, quin ab Hæreticis necaretur. Leandro vita functo, ad Hispalensem Cathedralam invitatus quidem, sed, urgente in primis Recaredo Rege, magnoque etiam Cleri, Populique consensu assumitur, eiusque electionem S. Gregorius Magnus, needum auctoritate Apostolica confirmasse, sed & electum, transmissis de more pallio decorasse, quin etiam suum, & Apostolicæ Sedis in universa Hispania Vicarium constituisse perhibetur.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

IN Episcopatu quantum fuerit constans, humilis, patiens, misericors, in Christiana, & Ecclesiastica disci-

plina instauranda sollicitus, eaque verbo, & scriptis stabilienda indefessus, atque omni demùm virtutum ornamento insignitus, nullius lingua enarrare sufficeret. Monastici quoque instituti per Hispaniam Promotor, & Amplificator eximius plura construxit Monasteria; Collegia itidem edificavit, ubi studiis sacris, & lectionibus vacans plurimos discipulos, qui ad eum confluebant, erudit, quos inter Sancti Ildefonsus Toletanus, & Braulius Cæsaraugustanus Episcopi emicuerunt. Coacto Hispali Concilio, Acephalorum hæresim Hispaniæ jam minitantes acri, & eloquenti disputatione fregit, atque contrivit. Tantam apud omnes sanctitatis, & doctrinæ famam adeptus est, ut, elapso vix ab ejus obitu sextodecimo anno, universa Toletana Synodo duorum supra quinquaginta Episcoporum plaudente, ipsoque etiam S. Ildefonso suffragante, doctor egregius, Catholicæ Ecclesiæ novissimum decus, in sæculorum fine doctissimus, & cum reverentia nominandus, appellari meruerit: eumque S. Braulius non modò Gregorio Magno comparavit, sed, & erudiendæ

Hispaniæ loco Jacobi Apostoli
coelitus datum esse censuerit.

℞. Posui adjutorium. Pag.
45.

Lectio vi.

Scripsit Isidorus libros
Etymologiarum, & de
Ecclesiasticis officiis, aliosque
quamplurimos Christianæ, &
Ecclesiasticæ disciplinæ adeo
utiles, ut S. Leo Papa IV. ad
Episcopos Britaniæ scribere
non dubitaverit, sicut Hiero-
nyimi, & Augustini, ita Isi-
dori dicta retinenda esse, ubi
contigerit inusitatum nego-
tium, quod per Canones mini-
mè definiiri possit. Plures etiam
ex ejusdem scriptis sententiæ
inter Canonicas Ecclesiæ le-
ges relatæ conspiciuntur. Præ-
fuit Concilio Toletano IV. om-
nium Hispaniæ celeberrimo.
Denique, cum ab Hispania
Arianam hæresim eliminasset,
morte sua, & Regni vastatio-
ne à Saracenorum armis pu-
blicè prænuntiata, postquam
quadraginta circiter annos
suam rexisset Ecclesiam, His-
pali migravit in coelum, an-
no sexcentesimo trigesimo
sexto. Ejus corpus inter Lean-
drum fratrem, & Florentinam
sororem, ut ipse mandaverat,
primò conditum, Ferdinan-
dus I. Castellæ, & Legionis

Rex ab Eneto Saraceno His-
pali dominante magno pretio
redemptum Legionem trans-
tulit; & in ejus honorem tem-
plum ædificatum est, ubi mi-
raculis clarus, magna populi
devotione colitur.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum
Matthæum. Cap. 5.

Lectio. vii.

In illo tempore: Dixit Jesus
discipulis suis: Vos estis
sal terræ, quod si sal evanue-
rit, in quo salietur? Ad nihi-
lum valet ultra, nisi ut mittat-
ur foras, & conculcetur ab
hominibus. Et reliqua.

Homilia S. Isidori Episcopi.
Ex Lib. 2. Officiorum ad S.
Fulgentium. Cap. 5.

Qui in erudiendis, atque
instituendis ad virtutem
populis præerit, necesse
est, ut in omnibus sanctus sit,
& in nullo reprehensibilis ha-
beat. Qui enim alium de
peccatis arguit, ipse à pec-
cato debet esse alienus. Nam
qua fronte subjectos arguere
poterit, cum illi statim possit
correctus ingérere; ante doce-
te, quæ recta sunt? Primitiæ
quip-

quippe semetipsum corrigere
debet, qui alios ad bene vi-
vendum admonere studet, ita
ut in omnibus semetipsum for-
mam vivendi præbeat, cunc-
tosque ad bonum opus, &
doctrina, & opere provocet.
Cui etiam scientia Scriptura-
rum necessaria est, quia si
Episcopi tantum sancta sit vi-
ta, sibi soli prodest sic vi-
vens. Porro, si & doctrina,
& sermone fuerit eruditus,
potest ceteros quoque instrue-
re, & docere suos, & adver-
sarios repercutere, qui nisi re-
futati fuerint, atque convic-
ti, facile possunt simplicium
corda pervertere.

℞. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio viii.

Hujus sermo debet esse
purus, simplex, aper-
tus, plenus gravitatis, & ho-
nestatis, plenus suavitatis, &
gratiæ, tractans de mysterio
legis, de doctrina fidei, de
virtute continentiae, de disci-
plina justitiæ, unumquemque
admonens diversa exhortatio-
ne juxta professionem, morum-
que qualitatem, scilicet, ut
prænoscatur, quid, cui, quan-
do, vel quomodo proferat. Cu-
jus præ ceteris speciale offi-
cium est, Scripturas legere,

percurrere Canones, exem-
pla Sanctorum imitari, vigi-
liis, jejniis, orationibus in-
cumbere, cum fratribus pa-
cem habere, nec quemquam
de membris suis discerpere,
nullum damnare nisi compro-
batum, nullum excommunicare,
nisi discussum. Quique ita hu-
militate pariter, & auctori-
tate præesse debet, ut neque per
nimiam humilitatem suam
subditorum vitia convalere
faciat, neque per immode-
rantiam severitatis potestatem
exerceat: sed tanto cautius er-
ga commissos sibi, quanto
durius à Christo indagari for-
midat.

℞. In medio Ecclesiæ. Pag. 46.

Lectio ix.

Tenebit quoque illam su-
pereminentem donis om-
nibus charitatem, sine qua
omnis virtus nihil est: custos
enim castitatis charitas, locus,
autem hujus custodis humili-
tas. Habebit etiam inter hæc
omnia castitatis eminentiam,
ita ut mens Christo dedita, ab
omni inquinamento carnis sit
munda, & libera. Inter hæc
oportebit cum sollicita dispen-
satione curam pauperum gé-
rere, esurientes pascere; ves-
tire nudos, suscipere peregrī-
nos, captivos redimere, vi-
duas,

duas, ac pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam, providentiam habere distributione discreta. In quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum benignitate, & charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud Evangelicum audire desiderant: Hospes fui, & suscepisti me, quanto magis Episcopus, cuius diversorium cunctorum debet esse receptaculum?

Te Deum.

Si hoc Festum celebretur in Quadragesima, ommissis Alleluia, nona lectio dicitur de Homilia Feriæ occurrentis, & de ea fit commemoratio in Laudibus.



DIE V. APRILIS.

In Festo S. Vincentii Ferrerii Confessoris. Duplex.
Omnia de Communi Confessorum Pontificum præter sequentia.

ORATIO.

DEUS qui Ecclesiam tuam B. Vincentij, Confessoris tui meritis, & prædicatione illustrare dignatus est; concede nobis famulis tuis; ut, & ipsius instruamur exemplis, &

ab omnibus eius patrocinio liberemur adversis. Per Dominum nostrum.

Lectioes primi Nocturni de Scriptura occurrente. Si verò celebretur in Quadragesima de Libro Ecclesiastici. Beatus vir, qui inventus est sine macula, de Comm. Conf. non Pont.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Vincentius honesta stirpe Valentia in Hispania natus, ab ineunte ætate corcessit senile. Qui, dum caliginosi huius sæculi labilem cursum pro ingenii sui modulo consideraret, Religionis habitum in Ordine Prædicatorum decimo octavo ætatis suæ anno suscepit; & emissa solemni professione, sacris literis sedulo iacubens, Theologiae lauream summa cum laude consecutus est. Mox obtenta à superioribus licentia, verbum Dei prædicare, Judæorum perfidiam arguere, Saracenorum errores confutare tanta virtute, & efficacia cepit, ut ingentem ipsorum infidelium multitudinem ad Christi fidem perduxerit, & multa Christianorum millia à peccatis ad poenitentiam, à vitiiis

ad virtutem revocarit.

ad virtutem revocarit. Electus enim à Deo, ut monita salutis in omnes gentes, tribus, & linguas diffunderet, & extremi, tremendique iudicii diem appropinquare ostenderet, omnium auditorum animos terrore concussos, atque à terrenis affectibus avulsos, ad Dei amorem excitabat.

℞. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

In hoc autem Apostolico munere hic vitæ ejus tenor perpetuus fuit. Quotidiè Missam summo mane cum cantu celebravit, quotidiè ad populum concionem habuit, inviolabile semper jejunium, nisi urgens adesset necessitas, servavit; sancta, & recta consilia nulli denegavit; carnes nunquam comedit, nec vestem lineam induit; populorum jurgia sedavit, dissidentia regna pace composuit; & cum vestis inconsutilis Ecclesiæ dicro schismate scinderetur ut uniretur, & unita servaretur, plurimum laboravit. Virtutibus omnibus claruit, suosque detractores, & persecutores, in simplicitate, & humilitate ambulans, cum mansuetudine recepit, & amplexus est.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Per ipsum divina virtus, in confirmationem vitæ, & prædicationis eius, multa signa, & miracula fecit. Nam frequentissimè super agros manus imposuit, & sanitatem adepti sunt: spiritus immundos è corporibus expulit; surdis auditum, mutis loquelam, coecis visum restituit; leprosos mundavit, mortuos suscitavit. Senio tandem, & morbo confectus infatigabilis evangelii præco, plurimis Europæ Provinciis cum ingenti animarum fructu peragratis, Venetiæ in Britannia minori prædicationis, & vitæ cursum feliciter consummavit, anno salutis millesimo quadringentesimo decimo nono: quem Callixtus Tertius Sanctorum numero adscripsit.

℞. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Pape in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Confessoris non Pontificis.

DIE XIV. APRILIS.

In Festo B. Petri Gonzalez, Sancti Telmi vulgò appellati, Confessor. Ordinis Prædicat. Ecclesiæ, & Diocesis Tudensis, necnon & Nautarum acclamantissimi Patroni.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

ORATIO.

DEus, qui in maris periculis constitutis Beati Petri opem singularem ostendis, eius nobis intercessione concede, ut in hujus vitæ procellis tuæ gratiæ lumen semper affulgeat, quo æternæ salutis portum invenire valeamus. Per Dominum, &c.

Lectioes primi Nocturni de libro Ecclesiastici. Beatus vir, de Communi.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus Gonzalez, Sanctus Telmus vulgò appellatus, Fromestæ in Hispania apud Palentiam piis, ac nobilibus parentibus ortus est. Adolescens sub Episcopi Palentini avunculi sui cura ingenuis

artibus, & Philosophiæ operam dedit ingenio ad præclara quæque aptissimo, sed ejusdem Ecclesiæ Canoniatu, & mox etiam Decanatus dignitate auctus, honorum, ac divitiarum illecebris juveniiter abreptus, sæculi vanitati paulò liberius indulisit. Accidit verò, ut cum ipso Domini- cæ Nativitatis die, equo splendide phalerato, æqualium comitatu totam urbem lascivens circumcursaret, equo in profundum lutum repente prolapsus, dejectus ipse, multoque cæno inquinatus, spectantium risu, sanisque exceptus sit, quo insigni pudore suffusus, & mundi, cui placere studuerat, contumeliam reputans, se vicissim, à quo spretus esset, spreturum constituit. Igitur paulò post, magna omnium admiratione, in Prædicatorum Ordinem sese recepit, ubi veterem hominem cum actibus suis exuens, novumque induens, eximia posuit tyrocinia sanctitatis.

Bz. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

AD ceteras autem virtutes, quibus brevi magnopere excelluit, charitatem attulit proximorum salutis cupidissimam: quare absoluto sacra-

sacrarum litterarum studio, Sancto Patre Dominico ad imitandum sibi proposito prædicationi se totum dedit, nihil à Deo impensius flagitans, quam ut revocandis in viam salutis animabus perditis idoneus eficeretur. Severissimam, Apostolico more, in eo munere paupertatem exercuit. Quocumque exciperetur hospitio non indè prius exhibat, quàm incolas omnes sacra exomologési expiasset. Sermo illi vivus & efficax, quo audientium corda adèdè pervadebat, ut per eas, quas Apostolico zelo peragravit Hispaniæ Provincias, innumeros ferè peccatores ad poenitentiam adduxerit. Ferdinandum Regem, cognomento Sanctum, in varias adversus Mauros expeditiones euntem sequutus, consiliis, exemplo, & orationibus mirificè juvit. Venustas foeminas ejus amore captas, aliasque procaciores ad eum immissas, ut pudicitia ejus insidias struerent, non solum strenuè repulit, sed etiam ad meliorem vitæ frugem convertit.

Bz. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Minio flumini propè Ribadáviam longe rãpi-

do, atque effusso, pública transeuntium utilitate pontem amplissimum ferè miraculo imposuit, accita ad operis molitionem ingenti structorum manu, quibus cum cibus aliquando deficeret, evocatos quotquot iis reficiendis sufficerent pisces, manumque prehensos iisdem præbuit. Sed & socios labore itineris, atque inedia fere deficientes, pane, & vino coelitus suppeditatis recreavit. Adhuc vivens, in sævissima maris procella à Nautis invocatus eisdem sese conspicuum exhibuisse fertur, tempestatemque sedasse. Prophetico spiritu futura multa prænuntiavit, atque in primis extremum vitæ suæ diem, quo adventante in Tudensem sese Urbem recepit, ubi meritis & laboribus plenus sancto fine quievit. Ejus corpus honorifico sepulchro, undè mira fragrantia oleum emanasse traditur agris saluberrimum, ab Episcopo Tudensi in Cathedrali Ecclesia conditum est, ubi asservatur, & colitur. Ejus miraculorum fama ad remotas usque Americæ Regiones pervagata, ingenti populorum veneratione invocari, & coli coepit, à Nautis cum primis, qui ejus opera

in maris tempestatibus præsentissimam experti, eum sub appellatione Sancti Telmi in Tutelarem sibi adsciverunt. Urbs etiam, & Diocesis Tudensis eum sibi Patronum principalem nuncupaverunt. Illius cultum continenter propagatum approbavit Benedictus XIV. ejusque festum cum Officio, & Missa primum ab universo Ordine Prædicatorum, necnon á Clero Palentino, & Tudensi, deinde ab omnibus Hispaniarum Diocesisibus celebrari concessit.

R. Iste homo perfecit.
Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 10.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Euntes prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cælorum. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysost.

Homilia 33. in Matth.

Considera qualiter Dominus non minorem curam habet, ut mores eorum in melius reducat, quam ut signorum præbeat potestatem. Nam

ut ostendat absque nobilitate morum nihil signa valere; utque in nullum fastum animi, atque tumorem incidere, gratis, inquit, accepistis: deinde ne cupiditate pecuniarum moverentur, intulit, gratis date. Nam ne quasi sua ipsorum potestate miracula facientes, inde superbirent, gratis, dixit, accepistis, nihil largimur illis, qui vos recipiunt. Non enim tamquam mercedem vestris laboribus debitam, ista accepistis, mea enim est gratia. Sic igitur aliis quoque hæc beneficia quorum nullum potest condignum præmium inveniri, gratis date.

R. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

POST hæc, cum radicem omnium malorum voluerit evellere, vitiorumque fundamentum diruere: non possideatis, inquit, aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris, non peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam. Non dixit, non accipiatis vobiscum, sed non possideatis: ut si & aliunde recipere possent: recusarent tamen, ac pernitiosam hanc ægritudinem fugerent. Quo deinde præcepto multa profecto complectitur com-

commoda. Primum, ut nulla de discipulis possit esse suspicio: deinde ab omni sæculari cura sic ipsos liberos reddit, ut prædicationi solum vacare possint: demùm immensam suam potentiam ipsis patefacit, quod & postea commemoravit dicens: Numquid vobis tunc aliquid defuit, quando vos nudos absque calceis missi? R. Sint lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

Illud etiam consideratione dignum est, quod non incipiens statim dixit non possideatis aurum, nec argentum, sed cum prius mundandi leprosos, ejiciendi doemonia, potestatem eis dederit, tunc intulit, nihil possideatis, gratis accepistis, gratis date. Sic rebus ipsis docuit utilia se, & honesta, & facilia factu eis præcipere. Sed inquit, cetera quidem non absque ratione certa dicta esse: quid autem, ut peram non habeant in via, nec duas tunicas, nec virgam, nec calceamenta, quam causam eis injunxit? Exactissimè certè sublimioris vitæ fundamenta voluit jacere: sic & in superioribus, nullam de crastina die curam ipsos habere docuit.

Te Deum laudamus.

DIE XVI. APRILIS.

In Festo Sancti Turibii de Liebana Episcopi, & Confessoris. Duplex.

Omnia ut in Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hic habentur propria.

ORATIO.

EXaudi, quæsumus Domine, preces nostras, quas in Beati Turibii Confessoris tui, atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum.

In primo Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Turibus vir sanctissimus peregrinationis causa in Palestinam profectus; á Jerusalem Antistite sacrorum custos designatur. Suscepto in Hispaniam itinere, Leonem Primum Summum Pontificem veneratus, á Suevorum Rege Gallaciæ imperante honorificè susceptus, postquam Regiam puellam, aliosque infirmos mirabiliter

X 2 sana-

sanavit, & templum Christo Salvatori dicavit, invitus ad Episcopatum Asturicensem promovetur. Ab Archidiacono sedem illam ambiente, adulterii accusatus, in sacro linteo penitus illæso prunas ardentes ad Altare portavit: eoque miraculo, ac repentina morte calumniatoris aliam etiam inferentis injuriam, suam innocentiam comprobavit.

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Catholicæ veritatis ardore Hispanias, Priscilianistarum erroribus infectas, cœpit lustrare, Episcopos serpentis monere contagii, & Sedis Apostolicæ implorare subsidium. Misso itaque ad Leonem Pontificem Diacono, commonitorii ad Episcopos seriæ, & errorum libellum adjunxit; à quo per gravissimam Epistolam defensæ fidei laudem, & grasantis hæresis antidotum reportavit. Ejus auctoritate duo cogi curavit Concilia, unum Toleti, alterum in Gallæcia, apud Ullenense municipium, in quibus perniciosissima hæresis condemnata est, errantesque Episcopi Catholicæ fidei subscripserunt.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

Cujus doctrinam magno Deus confirmavit miraculo; Urbem quippè Palentiam his erroribus pertinaciter adhærentem, & sancti viri prædicationibus adversantem, ad labentis fluvii insperatam excursionem, penè totam submersit; quo supplicio meliores cives effecti, Turibii doctrinam susceperunt. Multos pro fide Christi labores passus, virtutibus, & miraculis clarus quievit in pace. Ejus corpus translatum est ad Ecclesiam S. Martini montis Liebanae à se constructam, & prætiosis, quas Jerosolymis asportavit reliquiis decoratam, ubi eum finitimi populi summa colunt veneratione.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium: Homo peregrè proficiscens, ut in Communi Confessoris Pontificis primo loco.

DIE XXI. APRILIS.

In festo Sancti Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis, & Confessoris.
Duplex.

Om-

Omnia de Communi Confessoris Pontificis præter sequentia.

AD MAGNIFICAT.
in utrisque Vesp. Añã.

O Doctor, &c.

ORATIO.

Deus, qui populo tuo æternæ salutis Beatum Anselmum ministrum tribuisti: præsta quæsumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in coelis. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno: Lectio- nes Sapientiam, &c. de Comm. Doct.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Anselmus Augustæ Prætoriarum in finibus Italiæ Gundulpho, & Ermemberga, nobilibus, & catholicis parentibus natus, à teneris annis assiduo litterarum studio, atque perfectioris vitæ desiderio, non obscurum futuræ sanctitatis, & doctrinæ specimen dedit. Et licet juvenili ardore aliquando, ad sæculi illécebras traheretur, brevi tamen in pristinam viam revocatus, patria, & bonis omnibus derelictis, ad Monasterium Becense Ordinis Sancti Benedicti se contulit: ubi emissa regula-

ri professione sub Herluino Abbate observantissimo, & Lanfranco viro doctissimo, tanto animi fervore, & jugi studio in litteris, & virtutibus assequendis profecit, ut mirum in modum tanquam sanctitatis, & doctrinæ exemplar ab omnibus haberetur.

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Abstinentiæ, & continentiae tantæ fuit, ut assiduitate jejunijs omnis penè ciborum sensus in eo videretur extinctus. Diurno enim tempore in exercitijs monasticis docendo, & respondendo varijs de Religione quæsitis, emenso, quod reliquum erat noctis, somno subtrahebat, ut divinis meditationibus, quas perenni lacrymarum imbre fovebat, mentem recrearet. Electus in Priorem Monasterij, invidos fratres ita charitate, humilitate, & prudentia lenivit, ut quos æmulos acceperat, sibi, & Deo amicos, maximo cum regularis observantiæ emolumento redderet. Mortuo Abbate, & in ejus locum (licet invitus) successit, tanta doctrinæ, & sanctitatis fama ubique refluxit, ut non modo Régibus, &

Epis-

Episcopis venerationi esset, sed Sancto Gregorio Septimo etiam acceptus, qui tunc magnis persecutionibus agitatus litteras amoris plenas ad eum dedit, quibus se, & Ecclesiam Catholicam ejus orationibus commendabat.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

DEfuncto Lanfranco Archiepiscopo Cantuariensi, ejus olim præceptore, Anselmus, urgente Uvillmo Angliæ Rege, & instantibus Clero, ac Populo, ipso tamen repugnante, ad ejusdem Ecclesiæ regimen vocatus, statim (ut corruptos populi mores reformaret) verbo, & exemplo pius; dein scriptis, & Conciliis celebratis, pristinam pietatem, & Ecclesiasticam disciplinam reduxit. Sed, cum mox idem Uvillmus Rex vi, & minis Ecclesiæ jura usurpare tentasset, ipse sacerdotali constantia restitit; bonorumque direptionem, & exilium passus, Romam, ad Urbanum Secundum se contulit, à quo honorificè exceptus, & summis laudibus ornatus est; cum in Barensi Concilio Spiritum Sanctum etiam à Filio procedentem

contra Græcorum errorem innumeris Scripturarum, & Sanctorum Patrum testimoniis propugnasset. E vivis Uvillmo sublato, ab Henrico Rege ejus fratre in Angliam revocatus, obdormivit in Domino: famam non solum miraculorum, & sanctitatis (præcipuè ob insignem devotionem erga Domini nostri Passionem, & Beatam Virginem ejus Matrem) assecutus, sed etiam doctrinæ, quam ad defensionem Christianæ Religionis, animarum profectum, & omnium Theologorum, qui sacras litteras scolastica methodo tradiderunt, normam coelitus hausisse, ex ejus libris, omnibus apparet.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 5. b.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episcopi.

Commentar. in Matth. cap. 4.

VOs estis sal terræ, quod si sal infatuatum fuerit, ad

ad nihilum valet id, quod salietur. Sal, ut arbitror, terræ nullum est: quomodo ergo Apostolos sal terræ nuncupavit? Sed proprietates est quærenda dictorum, quam, & Apostolorum officium, & ipsius salis natura monstravit. Sal est in se uno continens aquæ, & ignis elementum, & hoc ex duobus est unum.

R. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio viij.

Hic igitur in omnem usum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, imperit, & ad omnem sensum conditi saporis aptissimus est. Apostoli autem sunt rerum coelestium prædicatores, & æternitatis velut satores, immortalitatem omnibus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. Meritò igitur sal terræ nuncupati sunt, per doctrinæ virtutem salienti modo æternitati corpora reservantes.

R. In medio Ecclesiæ. Pag. 46.

Lect. ix.

Sed natura salis semper eadem est, nec immutari unquam potest. Verùm quia conversioni homo subjacet;

& solus beatus, qui usque ad finem in omnibus Dei operibus permanserit: idè eos sal terræ nuncupatos monet in traditæ sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant, & ipsi, sensu accepti saporis amiso, vivificare corrupta non possint, & projecti de Ecclesiæ promptuariis cum iis, quos salierint, pedibus incedentium proteantur.

Te Deum laudamus.

DIE XXIV. APRILIS.

In Festo S. Fidelis à Sigmaringa Protomartyris, Sacræ Congreg. de propag. fide: Duplex.

Omnia de Comm. Mart. tempore Paschali; præter ea, quæ hic assignantur.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Fidelem Seraphico spiritus ardore succensum, in veræ Fidei propagatione martyrij palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es, ejus quæsumus meritis, & intercessionem, ita nos per gratiam tuam, in Fide, & charitate confirma, ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inven-

veniri mereamur. Per Dominum.

In primo Nocturno.

Lect. de Scrip. occurrent.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Fidelis in Oppido Sueviæ Sigmaringa ex honesta Rejorum familia natus, ab ineunte ætate singularibus naturæ, & gratiæ donis ornatus præfulsit. Egrégiam quippè sortitus indolem, morumque optima imbutus disciplina, dum Friburgi Philosophiæ, & Juris utriusque læuream emeruit, in Schola etiam Christi ad perfectionis apicem sedulo virtutum exercitio contendere coepit. Nobilium exinde Virorum, varias Europæ Provincias lustrantium comes adscitus, eos ad Christianam pietatem sectandam tam verbis, quam operibus excitare non desistit. Quinimo in eodem itinere crebris austeritatibus desideria carnis mortificare, ac ita seipsum regere studuit, ut in tanta rerum vicissitudine nullo unquam visus fuerit iræ motu perturbari. Juris præterea, & justitiæ strenuus propugnator, post reditum in Germaniam, célèbre

sibi nomen acquisivit in advocati munere, in quo tamen cum Fori pericula esset expertus, tutiorem æternæ salutis viam ingredi deliberavit, & superna vocatione illustratus paulò post Ordini Seraphico inter fratres Minores Capucinos adscribi petiit.

℞. Lux perpetua. Pag. 42.

Lectio v.

Plæ petitionis compos reditus, mundi, sui que contemptor insignis in ipso statim tyrocinio, magisque cum solemnibus Professionis vota in gaudio Spiritus Domini nuncupasset, in Regulari Observantia omnibus admirationi fuit, & exemplo. Orationi maxime, & sacris litteris vacans, in verbi quoque ministerio singulari gratia excellens, nedum Catholicos ad meliorem frugem, verum etiam Heterodoxos ad veritatis cognitionem attraxit. Pluribus in locis Coenobii Præfectus constitutus, prudentia, justitia, mansuetudine, discretione, & humilitatis laude, munus sibi demandatum exercuit. Arcèssimæ paupertatis zelator egregius, quidquid vel minus necessarium videretur, è Coenobio penitus

tus eliminavit. Inter austera jejunia, vigiliis, & flagella salutariter seipsum prosequens odio, in alios amorem, quasi mater in filios ostendit. Cum pestifera febris Austriacas militares copias dire affligeret, ipse in extremis infirmorum indigentibus ad assidua charitatis officia toto spiritu incubuit. In componendis etiam animorum dissidiis, aliisque proximi necessitatibus sublevandis consilio, & opere adeo præclare se gessit, ut Pater Patriæ meruerit appellari.

℞. In servis suis. Pag. 42.

Lectio vi.

Deiparæ Virginis, & Rosarii cultor eximius illius præcipue aliorumque Sanctorum patrocinii à Deo postulavit, ut in Catholica Fidei obsequium vitam sibi, & sanguinem fundere liceret. Cumque ardens hoc desiderium in quotidiana Sacri devota celebratione magis accenderetur, mira Dei Providentia factum est, ut fortis Christi Athleta Præsès eligeretur illarum Missionum, quæ Congregatio de Propaganda Fide pro Rhætia tunc temporis instituérat. Quod arduum munus prompto, hilarique animo suscipiens,

tanto fervore executus est, ut pluribus Hæreticis ad Orthodoxam fidem conversis, spes non modica effulserit totius illius gentis Ecclesiæ, & Christo reconciliandæ. Prophætiae dono præditus futuras Rhætiae calamitates sui que necem ab Hæreticis inferendam sæpius prædixit. Postquam vero insidiarum probe conscius impendentis agoni se præparasset, die vigesima quarta Aprilis anni millesimi sexcentissimi vigesimi secundi ad Ecclesiam loci Sevisium nuncupati se contulit, ubi ab Hæreticis, qui pridie conversionem simulantes, eum dolose ad prædicandum invitaverant, concione tumultuarie interrupta, per verbera, ac vulnera eidem crudeliter inflicta gloriosam mortem magno, & alacri corde perpessus, Primitias Martyrum memoratæ Congregationis proprio sanguine consecravit; pluribus signis, & miraculis exinde clarus præsertim Curia, & Veldtkirchii, ubi summa populi veneratione illius Reliquiæ asservantur.

℞. Filia Jerusalem. Pag. 42.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Augustini Episcopi, in Evangelium: Ego sum

vitis vera, & Pater meus. *De Comm. Martyrum. tempore Pasch. primo loco.*

Missa. Protexisti de Communi unius Martiris tempore Paschali.

DIE XXVII. APRILIS.

In Festo S. Thuribij Archiepiscopi, & Confessoris.

Semidup.

In Hymno. Iste Confessor, dicatur: Hac die lætus meruit supremos laudis honores.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

Ecclēsiam tuam, Domine, B. Thuribij Confessoris tui atque Pontificis continua protectione custodi: ut sicut illum Pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit: ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dñm nostrum.

In primo Nocturno, Læctiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Thuribius Alfonsus ex nobili Mogroveja gente

Magorjæ in regno Legionis natus, liberalibus disciplinis, & Juri Canonico Vallisoleti primùm, deindè Salmantica in majori Collegio Ovetensi Sancti Salvatoris, ita operam dedit, ut tamen potiozem temporis partem orationi, aliisque pijs, & Christianis exercitijs impēderet. Id comprobatum est, cū immissam in ejus cubiculum impudicam mulierem, præcipuus virginitatis sectator constanti animo ex templo expulit: inde jejunijs, vigilijs, & proprij corporis castigatione continuo vitam exercuit, & nudis quoque pedibus Compostellam ad Sancti Jacobi sepulchrum peregrinatus est.

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

A Gregorio Decimotertio Limanæ Ecclesiæ ex Quastore fidei invitatus præficatur; quo in mūnere Apostolicam sollicitudinem in nova Christianitate, vel solidanda, vel amplianda adhibens, perfecti Præsulis partes explevit: quare singulis Dominicis diebus, vel in Ecclesia, vel in Hospitali domo, in parvis etiam oppidulis, & subdiū concionabatur, plebemque cate-

cate-

catechismo instruebat. Synodos etiam Diocesanas, & Provincialia Concilia, juxta Tridentini statuta, habuit, & in eis complura decreta postea à Sede Apostolica confirmata, condita sunt, quibus modò Ecclesia Americana régitur. Hinc morum emendatio, Cleri disciplina, juvenum seminarum ac malè nuptarum cœnobia, ægrotorum xenodochia, aliæque ædes, & templa, ejus etiam sumptu constructa, emanarunt.

R. Posui adiutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

Dioecesim suam, amplissimam quidem, incredibilem labore totam sæpè visitavit, omnesque penè Ecclesiæ suæ proventus in pauperum usus, quos creditores suos vocabat, erogavit, octingentis, ut ferunt, hominum millibus acro chrismate unctis: innúmeras contradictiones, sive ab his, qui foris sunt, propter fidem, sive ab his, qui intra, propter Ecclesiæ libertatem, summa patientia sustinens, acriter defendit, martyrij cupidissimus. Tandem Sacerdotio, & miraculis clarus, quæ etiam post mortem ipsius sanctitatem

comprobarunt, dum propriæ Diocesis visitationi incumberet, anno millesimo sexcentissimo sexto, ætatis suæ sexagesimo octavo, sumpto in Ecclesia sacro Viatico, ad mortis nuntium exclamans: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus; die vigesima tertia Martij obdormivit in Domino, quem Innocentius Undecimus in Beatorum numerum retulit, assignata ejus festivitati die vigesima septima Aprilis. Deinde novis quàm pluribus fulgentem signis Benedictus Tertiusdecimus Pontifex maximus quarto Idus Decembris, anno salutis millesimo septingentesimo vigesimo sexto Sanctorum fastis adscripsit.

R. Iste est, qui Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abb.

Ex serm. 23. in Cantic.

Accipiunt in promissione, qui bene præsunt, constitui super omnia bona Domini sui: At pauci profecto, qui utiliter, pauciores, qui, & humiliter præsint. Facile tamen utrumque adimplet, qui, matrem virtutum discretionem perfecte adeptus, vino nihilominus charitatis usque ad contemptum propriae gloriae, usque ad sui ipsius oblivionem, & non ad quaerenda, quae sua sunt, debriatur, quod solo, ac miro Spiritus Sancti magisterio obtinetur.

℞. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio viii.

Virtus autem discretionis absque charitatis fervore jacet, & fervor vehemens absque discretionis temperamento praecipitat. Ideoque laudabilis, cui neutrum deest, quatenus, & fervor discretionem erigat, & discretio fervorem regat. Ergo taliter oportet esse moratum eum, qui praest. Optimum autem in moribus dixerim, & summam disciplinam hujus perfecte apprehendisse, qui in nullo prorsus,

aut resistat prioribus, aut invideat paribus, aut subiectis, vel desit in cura, vel in superbia præsint, Prælati obediens, sociis congruens, subditis utiliter condescendens.

℞. Sint lumbi. Pag. 45.

Lectio ix.

Timeant Clerici, timeant Ministri Ecclesiae, qui in terris Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, & stipendijs, quae sufficere debent, minimè contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impie, sacrileguesibi retineant, & in usus suae superbiae, atque luxuriae, victum pauperum consumere non vereantur; duplici profecto iniquitate peccantes, quod, & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus, & turpitudinibus abutuntur.

Te Deum laudamus.

DIE XXVIII. APRILIS.

In Festo S. Prudentii Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Com. Conf. Pontif. praeter sequentia.

ORA.

ORATIO.

Deus largitor pacis, qui Prudentio Confessori tuo, atque Pontifici mirificam dissidentes animos componendi gratiam tribuisti: dá quaesumus, ut ejus meritis, & intercessione veram cum tua voluntate concordiam jugiter servemus. Per Dominum.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Prudentius natione Hispanus, piis parentibus natus, ut vetustissima Acta tradunt, in Armentia, Urbe quondam Provinciae Alavensis, ab ipsa pueritia magna sanctitatis praebuit argumenta; & simplex, rectus, & timens Deum, aetate simul, & virtutibus crevit. In prima ipsa juventute, ut animum a mundi illecebris custodiret, in eremum secessit, ubi asperissimo vivendi genere corpus in servitutem redègit, jugi caelestium rerum contemplationi, & Sacrarum Litterarum studio vacans. Defuncto Sa-

turio, quo usus fuerat eremiticae vitae socio, atque magistro, voce divina admonitus ad Civitatem Calagurritanam profectus est.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

EA in Urbe poenitentis habitu indutus in cinere, & cilicio ita insectatus est, pravos populorum mores increpando, admonendo, concionando, ut collapsam in illis pietatem in pristinum restituerit, contumelias, injurias, & verbera propter Christum patiens. Ejus sanctitatis bonus odor cum universam illam nationem pervaserit, Prudentius, abhorrens celebritatem sui nominis, clam Turiasonem aufugit, & inter minores ejus Ecclesiae Clericos adscitus tandem delituit, donec cognita Viri sanctimonia, atque doctrina, ab illo Episcopo Præsbyter ordinatus est, & Archidiaconus deinde constitutus: quo in munere, cum praclariora in dies ederet virtutum exempla, concreditum ei fuit regimen vacantis Ecclesiae Turiasonensis, atque reluctans, & nolens in ejus Cathedra omnium votis collocatus est.

℞.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

EPiscopali auctus dignitate, commissum sibi gregem pascens monitis, consilijs, scientia, verbo, & exemplo, innumeros peccatores ad viam salutis revocavit. Eximia fuit ejus prudentia, charitas, mansuetudo, & misericordia, praesertim in pauperes, erga quos, ut largior esset, necessaria sibi detraxit. Peculiari, qua pollebat gratia dissidentes animos sedandi Oxodmam accitus, ut ea dissidia componeret, quae inter Clerum, & Cives jamdiu exarserant, ad pacem, & concordiam statim illos adduxit, divinis etiam, ut fertur, accedentibus prodigiis. Ibidem gravi morbo correptus, magnis laboribus exantlatis, qua praedixerat hora, obdormivit in Domino maxima sanctimoniae fama, & miraculis clarus. Ejus corpus delatum ad Montem Laturcium, eo loco publice fidelium venerationi expositum fuit, in quo nunc ab ejus nomine Ecclesia Sancti Prudentii nuncupatur.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

PATROCINII
IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium
Homo peregrè de suo Comm.
i. loco. 9. lect. & com. S.
Vitalis Mart.

DOMINICA III.
post Pascha.

In Festo Patrocinijs Sanctissimi Joseph Confessoris, Sponsi
B. M. V. DUPLEX.

AD VESPERAS.

Añã. Jacob autem. Cum reliquis de laudibus. Psalm.

Dixit Dominus. Cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psalm.

Laudate Dñum omnes gentes.

Capit. Genes. 49.

Benedictiones Patris tui confortatae sunt benedictionibus Patrum ejus, donec veniret desiderium collium aeternorum: Fiant in capite Joseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos.

Hymnus.

TE, Joseph, celebrent agmina Coelitum,
Te cuncti resonent Christianum Chori,

Qui

Qui clarus meritis, junctus es
inclytæ

Casto foedere Virgini.

Almo cum tumidam germine
conjugem

Admirans, dubio tangeris anxius,

Afflatu superi Flaminis Angelus

Conceptum puerum docet.
Tu natum Dominum stringis,
ad exteras

Aegypti profugum tu sequeris
plagas,

Amissum Solymis quæris, &
invenis,

Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors
pia consecrat,

Palmanque emeritos gloria
suscipit:

Tu vivens, superis par, frueris
Deo,

Mira sorte beatior.

Nobis, summa Trias, parce
precantibus,

Da Joseph meritis sidera scandere:

Ut tandem liceat, nos tibi
perpetim

Gratum promere canticum
Amen.

R. Constituit eum Dominum
domus suæ, Alleluia.

R. Et Principem omnis possessionis suæ, alleluia.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in útero habens de Spiritu Sancto, alleluia.

ORATIO.

Deus, qui ineffabili providentia, Beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta, quæsumus, ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Qui vivis, & regnas.

Et fit commem. Dominicæ.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum: *
In veneratione Beati Joseph Protectoris nostri, alleluia.

Psalm. Venite exultemus.

Hymnus. Te Joseph celebrent agmina cœlitum. Sicut in Vesperis.

In primo Nocturno.

Añã. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi. Alleluia.

Psalm.

Psalmi, de communi Confessoris non Pontificis.

ψ. Confitebor nomini tuo, alleluia.

℞. Quoniam adjutor, & protector factus est mihi, alleluia.

De libro Genesis.

Lectio i. Cap. 39. n. 1.

Igitur Joseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis Princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: habitavitque in domo domini sui, qui optimè noverat Dominiam esse cum eo; & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei, & quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & universa, quæ ei tradita fuerant: benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, & multiplicavit eam in ædibus, quam in agris cunctam ejus substantiam. Nec quidquam aliud noverat, nisi panem, quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu.

℞. Clamavit populus ad

Regem, alimenta petens: * Quibus ille respondit: Ite ad Joseph, alleluia.

ψ. Salus nostra in manu tua est: respice nos tantum, & læti serviemus Regi. Quibus ille.

Lectio ii.

Gen. cap. 41. num. 37.

Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus: Locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, nunquid sapienterem & consimilem tui invenire poteris? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediens: uno tantum Regni solio te præcedam. Dixitque rursus Pharaon ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus, vestivitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti.

℞. Fecit me Deus quasi patrem Regis, & Dominiam universæ domus ejus: * Exaltavit me, ut salvos faceret multos populos, alleluia.

ψ. Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medulam terræ. Exaltavit me.

Lectio iii.

Gen. cap. 41. num. 44.

Dixit quoque Rex ad Joseph: Ego sum Pharaon: Absque tuo imperio non movebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomen ejus & vocavit eum lingua Ægyptiaca Salvatorem mundi. Deditque illi uxorem Aseneth filiam Putiphare Sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Joseph ad terram Ægypti (triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis) & circumivit omnes regiones Ægypti. Venitque fertilitas septem annorum, & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbitus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arena maris cœquaretur, & copia mensuram excederet.

℞. Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & supersitem te relinquo. Non sum fraudatus aspectu tuo: * Insuper ostendit mihi Dominus semen tuum, alleluia.

ψ. Qui pascit me ab adolescentia mea, benedicat pueris istis; & invocetur super eos nomen meum. Insuper. Gloria Patri. Insuper.

In secundo Nocturno.

Ant. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri, alleluia.

Psal. de Communi Confessoris non Pontificis.

ψ. Respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam, alleluia.

℞. Et perforce eam, alleluia.

Sermo S. Bernardini Senensis.

Serm. i. de S. Joseph, in proœm.

Lectio iv.

Omnia singularium gratiarum alicui rationabili creaturæ communicatarum, generalis regula est, quod quodcumque divina gratia eligit aliquem ad aliquam gratiam,

tiam singularem, seu ad aliquem sublimen statum, omnia charismata donat, quæ illi personæ sic electæ, & ejus officio necessaria sunt, atque illam copiosè decorant. Quod maximè verificatum est in Sancto Joseph putativo Patre Domini nostri Jesu Christi, & vero Sponso Regiæ mundi, & Domini Angelorum, qui ab Æterno Patre electus est fidelis Nutritius, atque Custos principalium thesaurorum suorum, scilicet Filii ejus, & Sponsæ suæ, quod officium fidelissimè prosecutus est, cui propterea Dominus ait: *Serve bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui.*

R. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me: * Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus, alleluia.

V. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Protector.

Lectio v.

Artic. 2. cap. 3.

SI compares eum ad totam Ecclesiam Christi: Nonne iste est homo electus, & specialis, per quem, & sub quo Christus est ordinatè, & honestè introductus in mundum? Si ergo Virgini Matri tota Ec-

clesia sancta debitor est quia per eam Christum suscipere digna facta est: Sic profectò post eam huic debet gratiam, & reverentiam singularem. Ipse enim est clavis veteris Testamenti, in qua Patriarchalis, & Prophetalis dignitas promissum consequitur fructum. Porrò hic est solus, qui corporaliter possedit quos eis divina dignatio repromisit. Meritò igitur figuratur per illum Patriarcham Joseph, qui populis frumenta servavit sed & hic illum præcellit, quia non solum Ægyptiis panem corporalis vitæ, sed omnibus electis panem de coelo, qui coelestem vitam tribuit, cum multa solertia enutrivit.

R. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis ejus morabitur; protegetur sub tegmine illius, à fervore: * Et in gloria ejus requiescet, alleluia.

V. Sperate in eo omnis congregatio, populi, effundite coram illo corda vestra. Et in gloria.

Lectio vi. *Artic. 3.*

Profectò dubitandum non est, quod Christus familiaritatem, reverentiam, atque sublimissimam dignitatem, quam

In tertio Nocturno.

Añs. Consurgens Joseph, accepit puerum, & Matrem ejus, & venit in terram Israel, & habitavit in civitate, quæ vocatur Nazaret, alleluia.

Psalmi ut in communi Confessoris non Pontificis.

V. Invocavi Dominum Patrem Domini mei, alleluia.

R. Ut non derelinquat me in die tribulationis, alleluia.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 3.*

In illo tempore: Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, apertum est coelum. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Lib. 2. de Consens. Evang. Cap. 1. & 3.

Manifestum est illud quod ait: Ut putabatur filius Joseph, propter illos dixisse, qui eum ex Joseph, sicut alii homines nascuntur, natum arbitrantur. Quos autem movet, quod alios progenitores Matthæus enumerat descendens à David, usque ad Joseph; alios autem Lucas ascendens à

Joseph usque ad David: Facile est, ut advertant, duos patres habere potuisse Joseph, unum à quo genitus, alterum à quo fuerit adoptatus. Antiqua est enim consuetudo adoptandi etiam in illo populo Dei, ut sibi filios facerent, quos non ipsi genuissent. Unde intelligitur Lucas, patrem Joseph non à quo genitus, sed à quo fuerat adoptatus, suscepisse in Evangelio suo, cuius progenitores sursum versus commemorat, donec exiret ad David.

R. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est, pariet autem filium: * Et vocabis nomen ejus Jesum, alleluia.

V. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Et vocabis.

Lectio viii.

Cum enim necesse sit, utroque Evangelista vera narrante, & Matthæo scilicet, & Luca, ut unus eorum ejus patris originem teneret, qui genuerat, alter ejus, qui adoptaverat Joseph, quem probabilius intelligimus, adoptantis originem tenuisse, quam

eum, qui noluit Joseph genitum dicere ab illo, cujus eum filium esse narrabat? Matthæus autem dicens: Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob, atque ita in hoc verbo, quod est genuit, perseverans, donec in ultimo diceret, Jacob autem genuit Joseph; satis expressit, ad eum patrem se perduxisse originem generantium, à quo Joseph non adoptatus, sed genitus erat. Quamquam, si etiam Lucas genitum diceret Joseph ab Helí, nec sic nos hoc verbum perturbare deberet, ut aliud crederemus, quàm ab uno Evangelista gignentem, ab altero adoptantem patrem fuisse commemoratum. Neque enim absurde quisque dicitur non carne, sed charitate genuisse, quem filium sibi adoptaverit. At verò etiam nos, quibus dedit Deus potestatem filios ejus fieri de natura, atque substantia sua non nos genuit, sicut unicuique Filium, sed utique dilectione adoptavit.

R. Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum: * Et esto ibi usque dum dicam tibi, alleluia.

V. Ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam

phetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum: Et esto. Gloria Patri. Et esto.

Nona Lectio dicitur de Homilia Dominicæ tertiæ.

AD LAUDES, ET PER

Horas.

Antiphona.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, alleluia.

Psalm. Dominus regnavit. *Cum reliquis de Dominica.*

Añã. Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, alleluia.

Añã. Ascendit autem Joseph à Galilæa de civitate Názareth, in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, alleluia.

Añã. Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam, & Joseph, & Infantem positum in præsepio, alleluia, alleluia.

Añã. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, alleluia.

Cap. Gen. 49.

Benedictiones Patris tui confortatæ sunt benedic-

tionibus Patrum ejus: donec veniret desiderium collium æternorum: Fiant in capite Joseph, & in vertice Nazarethi inter fratres suos.

Hymnus.

Cœlitum Joseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque
mundi,

Quas tibi læti canimus benignus

Suscipe laudes.

Te sator rerum statuit pudicæ
Virginis sponsum, voluitque Verbi

Te patrem dici, dedit & ministrum

Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo jacentem,

Quem chorus Vatum cecinit futurum,

Aspicias gaudens, humilisque natum

Numen adoras.

Rex Deus regum, Dominator orbis,

Cujus ad nutum tremit inferorum

Turba, cui pronus famulatur Æter,

Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi perennis,

Quæ tibi præbens superos honores,

Det

Det tuis nobis meritis beata
Gaudia vitæ, Amen.

R. Dedisti mihi protec-
tionem salutis tuæ, alleluia.

Û. Et dextera tua suscepit
me, alleluia.

AD BENEDICTUS.

Añã. Joseph fili David, noli
timere accipere Mariam con-
jugem tuam, quod enim in
ea natum est, de Spiritu Sanc-
to est, alleluia.

ORATIO.

DEus, qui ineffabili provi-
dentia, Beatum Joseph
Sanctissimæ Genitricis tuæ
Sponsum eligere dignatus es:
præsta, quæsumus, ut quem
protectorem veneramus in ter-
ris, intercessorem habere me-
reamur in coelis. Qui vivis,
& regnas.

Et fit commemor. Dominicæ.

AD TERTIAM.

Añã. Missus est. *Capitulum:*
Benedictiones Patris tui, ut
suprà.

R. *brev.* Constituit eum Do-
minum domus suæ: * Alleluia,
alleluia. Constituit eum.

Û. Et Principem omnis pos-
sessionis suæ. Alleluia, alleluia.
Gloria Patri. Constituit.

Û. Confitebor nomini tuo,
alleluia.

R. Quoniam adjutor, &
Protector factus es mihi, al-
leluia.

AD SEXTAM.

Añã. Ascendit autem.

Cap. *Gen. 49. num. 25.*

DEus patris tui erit adju-
tor tuus, & omnipotens
benedicet tibi benedictionibus
coeli desuper.

R. *brev.* Confitebor nomini
tuo: * Alleluia, alleluia. Con-
fitebor.

Û. Quoniam adjutor, &
Protector factus es mihi. Al-
leluia, alleluia. Gloria Patri.
Confitebor.

Û. Justus germinabit sicut
lilium, alleluia.

R. Et florebit in æternum
ante Dominum, alleluia.

AD NONAM.

Añã. Et ipse Jesus.

Cap. *Gen. 49. num. 22.*

Filius accrescens Josephi,
filius accrescens, & de-
corus aspectu: Filia discun-
terunt super murum.

R. *brev.* Justus germinabit
sicut lilium: * Alleluia, alle-
luia. Justus germinabit.

Û. Et florebit in æternum
ante Dominum. Alleluia, alle-
luia. Gloria Patri. Justus.

Û. Plantatus in domo Do-
mini, alleluia.

R.

R. In atrii domus Dei
nostri, alleluia.

*In secundis Vesperis, omnia
ut in primis, exceptis sequen-
tibus.*

Û. Sub umbra illius, quem
desideraveram sedi, alleluia.

R. Et fructus ejus dulcis
gutturum meo, alleluia.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Fili, quid fecisti nobis
sic? Ecce pater tuus, & ego
dolentes quærebamus te, allel.

Oratio, ut supra.

FESTA MAIL.

DIE V. MAIL.

In Conversione S. Augustini
Episcopi, & Confessoris, ac
Ecclesiæ Doctoris.

Duplex.

*Omnia de Communi Confes-
soris Pontificis, præter ea,
quæ sequuntur.*

*In Hymno ad Vesperas, &
Matutinum:* Hac die lætus
colitur renatus flumine sacro.

Ad Magnificat, Añã.

EXultemus in Deo salutari
nostro, quia respexit ad
preces, & lacrymas ancilla
suæ Mónica super desiderium
ejus: ecce Augustinus omni-

potenti brachio ad veritatem
conversus est, & magnus Ec-
clesiæ Doctor evasit, alleluia.

ORATIO.

DEus, qui hodiernam diem
B. Augustini Confesso-
ris tui, atque Pontificis mira-
bili conversione decorasti:
præsta quæsumus: ut sicut Ec-
clesiam tuam propulsis erro-
ribus protégit, ita corda nos-
tra precibus suis contra ma-
lignos spiritus, tua gratia ir-
rigante, defendat. Per Do-
minum.

In primo Nocturno.

De Epistola B. Pauli Apostoli
ad Romanos.

Lectio i. *Cap. 7.*

SCimus enim quia lex spiri-
tualis est: ego autem car-
nalis sum, venundatus sub
peccato. Quod enim óperor,
non intelligo: non enim quod
volo bonum, hoc ago: sed
quod odi malum, illud facio.
Si autem, quod nolo, illud
facio: consentio legi, quo-
niam bona est. Scio enim quia
non habitat in me, hoc est, in
carne mea, bonum. Nam velle
adjacet mihi: perficere autem
bonum, non invenio. Non
enim quod volo bonum, hoc
facio: sed quod nolo malum,
hoc

hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: jam non ego operator illud, sed quod habitat in me peccatum. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet.

R. Euge serve bone. Pag.

44.

Lectio ii. Cap. 7. & 8.

Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei; carne autem legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant: sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt, quae sunt spiritus sentiunt. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

R. Ecce sacerdos magnus. Pag. 44.

Lectio iii. Cap. 13. & 14.

Et hoc scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim prior est nostrasalus, quam cum credidimus. Nox praecessit, dies autem appropinquavit: Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus: non in comessationibus, & ebrietatibus; non in cubilibus, & impudiciis; non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

R. Juravit Dominus. Pag. 44.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Augustinus undevigesimum annuum agens, spreta, ut ipse ait, religione, quae sibi puerò à parentibus insita erat, ad Manichæos defecit, iisdemque novem annos adhaesit. Sed, & Carthagine, ubi Rhetoricam profitebatur, illicitis amoribus irretitus est, ac Generhliacorum deliramenta aliquandiu secutus. Auditorum Carthaginiensium innocentia offensus, audito Romae

ado-

adolescentes sedatiùs litteris operam dare: matre decepta, conscenso clam navigio, illuc contendit: ubi correptus ægritudine, in vitæ discrimen incidit. Sed piæ matris precibus servatus est, ejus discessum, erroresque inconsolabiliter deflentis. Confirmata valetudine, eloquentiæ scholam aperuit, ac fermè per annum Romæ docuit. Postea à Symmacho Urbis præfecto Rhetoricam ipsam publicè professurus missus est Mediolanum: ubi Sanctum Ambrosium disputantem in populo studiosè audiens, perspecta Manetis insaniam, nondum tamen rectè sentiens, Academicorum more de omnibus dubitans, atque inter omnia fluctuans, Manichæos relinquere decrevit; ac tandiù esse cathecumenus, donec aliquid sibi certi eluceret, quò cursum intenderet.

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Cum autem Ambrosii conciones frequentaret, & sacras litteras, præsertim divinum Paulum avidissimè legeret: ad Catholicam fidem seriò animum adjecit, quem valde jam incensum, magis impulit Sancti Simpliciani, cui

æstus animi sui contulerat; gravis adhortatio. Nam is Marrii Victorini, célebris quondam in Urbe Rhetoris, ei exemplum proposuit; quem in senecta, mirante Roma, gaudente Ecclesia, Christo nomen dedisse memorabat. Susceptum consilium morabantur desiderium conjugii, & sæculi blandimenta. Sed Potitiano narrante de Antonii mirabili sanctimonia, atque de illius sectatoribus in eremo austeriorem vitam colentibus, abeunte illo, tenere se non potuit, quin ad Alipium conversus exclamaret: Quid est hoc, inquit, surgunt indocti, & coelum rapiunt: & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne, & sanguine. Mox adjectum adibus hortulum ingressus, sub ficu stratus, cum veterum voluptatum memoria animum pertentaret, vocem audivit, quasi pueri, vel puellæ canentis: Tolle, lege; tolle, lege.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

Quod ille divinitus sibi dictum interpretans, concitus surgens, sacrarum litterarum codicem in proximo aperiens, in ea Apostoli

Aa

ver-

verba incidit: Non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudiciis; non in contentione, & æmulatione; sed induimini Dominum Jesum Christum. Tunc verò, quasi infusa eius cordi securitatis luce, omnes ab eò hæsitacionis tenebræ discussæ sunt. Itaque, abjecta omni rerum humanarum cura non modò baptismum suscipere, sed etiam Deo addictius servire constituit. Igitur abdicato docendi nùmere, unà cum matre, quæ ex Africa ad eum vènerat, atque amicis, rus concédens, sacris precibus, & jejuniis vacans, monasticæ vitæ, quam post amplexus est, rudimenta posuit. Sed ubi tempus advenit, quo sacro lavacro nomen dare oportebat, Mediolanum rediit, ipsisque Paschalibus diebus, incredibili bonorum lætitiæ, unà cum filio Adeodato, atque Alipio familiari, multisque alijs, Iustralibus lymphis à Beato Ambrosio expiatus est, annos natus triginta tres. Tunc verò Ambrosius, ut scribit Sanctus Dacius, ob tanti viri conversionem Deo gratias acturus. Te Deum laudamus præcinit, Augustino vicissim respondenté: Te

Dominum confitemur. Atque ita sacer ille Hymnus, quo assiduè Ecclesiastica templa resonant, à viris sanctissimis, alternis ad finem usque contextus est.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 19.

IN illo tempore dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homilia 65. in Matt. init.

Quænam sunt hæc omnia, quæ te dicis, beatissime Petre, reliquisse? Arundinem, retia, naviculam, universumque piscatorum artificium, hæc tu omnia vocas? Ità, inquit: sed non ambitione quadam, aut inani gloria: verum ut pàuperum plebem hac interrogatione introducam. Nam quoniam à Domino dictum est: Si vis perfectus esse, vende quæ habes,

&c

& da paupèribus, & habebis thesaurum in coelo. Ne quis pauperum opinetur, non posse ad perfectionem se pervenire, cum non habeat, quæ pauperibus offerat, quærit Petrus, ut tu discas nihil te minus propter inopiam habiturum.

R. Amavit eum. Pag. 45.

Lectio. viii.

Quærit, inquam, Petrus, ne si id à se perciperes, præsertim cum adhuc spiritus gratia non abundaret, ambiguitate perplexus jaceres, sed ut ab ipso ejus Magistro prolata sententia, firma spe roboreris. Nam quemadmodum etiam nos pro alijs disputamus, sic Apostolus quoque ad universi orbis commodum non dubitavit interrogare. A superioribus enim patet, nihil de seipso ambiguisse. Qui enim ipsorum coelorum claves suscepit, quantum magis de ceteris, quæ in coelo sunt, consideret.

R. In medio Ecclesiæ. Pag. 46.

Lect. ix.

TU autem illud diligenter expende, quam exquisite duo illà, quæ Christus à divite petiit, ut scilicet pauperibus substantiam distribueret

suam, & Christum sequeretur, breviter complexus est, dicens: Reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ambo enim hæc facta jam erant; nam sua reliquerunt, ut ipsum sequerentur, & eo quòd omnia reliquerunt, sequi facilius poterunt: & quoniam reliquerunt, confidere, atque gaudere ipsos admonebat. Quid igitur Christus respondet? Amen dico vobis, quia vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ sedebitis, & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.

Te Deum.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

PER viscera misericordiæ suæ visitavit Dominus Augustinum, ut qui prius sedebat in tenebris, & umbra mortis, postea illuminaret orbem, alleluia.

Vesperæ de S. Joanne Ante Port. Latin. ut in Breviario.

Pro Commemoratione Conversionis S. Augustini.

Ant. Fecit Dominus in Conversione Augustini populo suo ingentem lætitiæ, hostibus

superbis terrorem, & cunctis fidelibus tutamen, recordatus misericordiae suae, alleluia.

℣. Justum deduxit.

℞. Et ostendit.

Oratio, ut supra.

DIE V. MAIJ.

In festo Sancti Pij V. Papae, & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, praeter ea, quae sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui ad conterendos Ecclesiae tuae hostes, & ad divinum cultum reparandum. Beatum Pium Quintum Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius defendi praesidiis, & ita tuis inhærere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis, perpetua pace latemur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno: Lectio-nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

PIUS in oppido Insubriae quod Boschum vocant, natus, sed, è Bononia oriundus ex nobili Ghisleriorum

familia, cum quatuordecimset annorum, Ordinem Praedicatorum ingressus est. Erat in eo admirabilis patientia, profunda humilitas, summa vitae austeritas, continuum orationis studium, & regularis observantiae, ac divini honoris ardentissimus zelus. Philosophiae verò, ac Theologiae incumbens, adeo in his excelluit, ut illas docendi munus magna cum laude per multos annos exercuerit. Sacras conciones pluribus in locis cum ingenti auditorum fructu habuit. Inquisitoris officium inviolabili animi fortitudine diù sustinuit: multasque civitates, non sine vitae discrimine, ab haeresi tunc grassante immunes servavit.

℞. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

A Paulo Quarto, cui ob eximias virtutes charissimus erat, ad Nepesinum, & Sutrinum Episcopatum promotus, & post biennium inter Romanae Ecclesiae Presbyteros Cardinales adscriptus fuit. Tum ad Ecclesiam montis regalis in Subalpinis à Pio Quarto translatus, cum plures in eam abusus irrepsisse cognovisset, totam Diocesim lus-travit, rebusque compositis,

Ro.

Romam reversus, gravissimis expediendis negotiis applicatus, quod justum erat, Apostolica libertate, & constantia decernebat. Mortuo autem Pio, praeter omnium expectationem electus Pontifex, nihil in vitae ratione, excepto exteriori habitu, immutavit: Fuit in eo religionis propagandae perpetuum studium, in Ecclesiastica disciplina restituenda indefessus labor, in extirpandis erroribus assidua vigilantia, in sublevandis egentium necessitatibus indeficiens beneficentia, in Sedis Apostolicae jûribus vindicandis robur invictum.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

ZElimum Turcarum tyrannum multis elatum victoriis, ingente comparata classe, ad Echinadas insulas, non tam armis, quam fuis ad Deum precibus devicit. Quam victoriam ea ipsa hora, qua obtenta fuit, Deo revelante, cognovit, suisque familiaribus indicavit. Dum verò novam in ipsos Turcas expeditionem moliretur, in gravem morbum incidit, & acerbissimis doloribus patientissimè toleratis, ad extrema de-

veniens, cum Sacramenta de more suscepisset, animam Deo placidissimè reddidit, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, atatis suae sexagesimo octavo, cum sedisset annos sex, menses tres, dies viginti quatuor. Corpus ejus in Basilica Sanctae Mariae ad Præsepe summa fidelium veneratione colitur. multis à Deo ejus intercessionem patris miraculis. Quibus ritè probatis, à Clemente Undecimo Pontifice Maximo Sanctorum numero adscriptus est.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papae in Evangelium: Homo peregre, de eodem Communi.

DIE X. MAII.

In Festo S. Antonii Archiep. & Confessoris. Semiduplex.

In Hymno, Iste Confessor, dicatur: Meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

Sancti Antonii, Domine, Confessoris tui, atque Pontificis meritis adjuvemur: ut sicut te in illo mirabilem praedicamus, ita in nos misericordem fuisse gloriemur. Per Dominum.

Dein-

*Deinde fit commemoratio
SS. Gordiani, & Epimachi
Martyrum.*

*In primo Nocturno Lectiones
de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

ANtoninus Florentiæ honestis parentibus natus, ab ipsa jam pueritia egregium futuræ sanctitatis specimen exhibuit. Annum agens sextum decimum, Religionem Prædicatorum amplexus, cœpit exinde maximis clarere virtutibus. Otio perpetuum bellum indixit, post nocturnum brevem somnum primus matutinis precibus aderat: quibus persolutis, reliquum tempus noctis, orationibus, aut certè lectioni, & scriptioni librorum tribuebat; & si quando importunior fessis membris somnus obréperet, ad parietem paululum declinato capite, ac tantisper discusso somno, mox sacras vigilias avidius repetebat.

R. Inveni David. Pag. 44.

LECTIO V.

Disciplinæ regularis sui ipsius severissimus exactor, carnes, nisi in gravi

ægritudine, nunquam edit. Humi, aut in nudo tabulato cubabat: cilicio semper usus, & interdum zona ferrea ad vivam cutem incinctus, virginitatem integerrimè semper coluit. In explicandis consiliis tantæ dexteritatis fuit, ut communi elogio Antoninus consiliorum diceretur. Adeo autem in eo humilitas enituit, ut etiam coenobiis, ac Provinciis præfectus, abjectissima monasterii officia demissimè obiret. Ab Eugenio IV. Florentinus Archiepiscopus renuntiatus ægerrimè tandem, nec nisi Apostolicis minis perterrefactus, ut Episcopatum acciperet, acquievit.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

LECTIO VI.

IN eo mûnere vix dici potest, quantum prudentia, pietate, charitate, mansuetudine, & sacerdotali zelo excelluerit. Illud mirandum, tantum ingenio valuisse, ut omnes ferè scientias per se, nullo adhibito præceptore, absolutissimè didicerit. Tandem post multos labores, multis etiam editis insignis doctrinæ libris sacra Eucharistia, & Uctione percepta, completus Crucifixi imaginem, mortem

*In primo Nocturno: Lectiones
de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Dominicus Calciatensis Villoriæ in finibus Cantabriæ, illustri genere natus, qualis adulta futurus esset ætate, in juvenilibus annis plurima virtute, & pietate monstravit. Itaque ante annum ætatis vigessimum, divino succensus ardore, mundana cuncta contemnens, Deo adhærere, ejusque firmiter obedire mandatis, secum studiosè constituit. Id verò sub Regulari disciplina se facilius consecuturum existimans, primùm ad Abbatem Vallis Venariæ Ordinis Sancti Benedicti, deinde ad Monasterium Sancti Æmilianii ejusdem Instituti, supplex accessit, ut in monachorum consortium admitteretur. Passus tamen utroque loco repulsam, Deo illum ad majora disponente, in oratione assidua, variisque corporis cruciatibus, per quinquenium vitam duxit eremiticam in deserto Burebæ, constructo humili tugurio, & Deiparæ Virginis sacello.

*R. Honestum fecit Pag. 46.
Lec-*

tem lætus aspexit, sexto nonas Maij, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Miraculis vivens, & post mortem conspicuus Sanctorum numero adscriptus est ab Adriano Sexto anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang. Homo peregre proficiscens, ut in communi Confessoris Pontificis,

Nona Lectio, & commemoratio in Laudibus Ss. Gordiani, & Epimachij Martyrum, ut in Breviario.

DIE XII. MAIJ.

In festo S. Dominici Calciatensis Confessoris.

Semiduplex.

ORATIO.

Clementissime Deus, qui B. Dominicum Confessorem tuum egregijs virtutibus illustrare dignatus es concede quæsumus, ut cuius hodie natalitia celebramus, ejus intercessione à peccatorum nostrorum nexibus liberari, & illius consortio in coelis perfrui mereamur. Per Dñum.

Lectio v.

Audita porrò fama Sanctissimi viri Gregorii Cardinalis, Episcopi Ostiensis Sedis Apostolicæ Legati, qui suis apud Deum precibus, & salutaribus ad populum monitis, universam Cantabriæ, & Navarræ regionem à multis liberavit ærumnis, ad eum Lucronii hærentem accessit, sub cujus disciplina mirum in modum profecit, nunquam ab eo passus divelli, donec vir sanctus, è vivis excessit. Tanto destitutus magistro, denuò ad vitam regresus eremiticam, eo cõstitit loco, quo nunc requiescit hæud procul á via regia, qua iter erat ad S. Jacobi Compostellanam peregrinationem densis sylvis & latronum incursibus periculosum, paludibus, & coenosis anfractibus nimis molestum, transversis fluminis aluvione frequenter impervium.

℞. Amavit eum Pag. 46.

Lectio vi.

Compassus itaque vir sanctus tot tantisque peregrinorum incõmodis, Deo multis modis mirabiliter propitiante, sylvam, nemora, lucos succidit, viam regiam longè latèque stravit, fluminais

impetus, nobili superinducto ponte, qui etiam nunc cernitur, superavit; domum amplam peregrinis, & egenis excipiendis ædificavit, & Christo Salvatori Templum quod postea confluentibus vicinis populis, urbemque, à sancti viri nomine nuncupatam, construentibus, cathedra insignitum est Episcopali. Multis demùm virtutibus, & miraculis illustris, superatis annis nonaginta, obdormivit in Domino, anno millesimo centesimo nono, conditus in tùmulo, quem ipse ante annos septem sibi preparavit.

℞. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Homilia super Evang. Sint lumbi vestri præcincti, ut in Communi Confessoris non Pontificis.

DIE XII. MAIJ.

In Festo S. Secundi Episcopi, & Martyris. Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris Pontificis tempore Paschali, præter hæc, quæ habentur propria.

ORA-

ORATIO.

Infirmi-
tatem nostram respice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis gravat, Beati Secundi Martyris tui, atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

*In primo Nocturno: Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Secundus, Torquatus, Cæsiphon, Indalécus, Cæcilius, Hesichius, & Eufra-sius, integerrimæ vitæ socii ab Apostolis Petro, & Paulo creati Episcopi, ad prædicandum Christi Evangelium in Hispaniam mittuntur. Qui prosperam (favente Deo) navigationem tenentes, Accin Bèthicæ Turdetanæ Urbem, Guadix nunc vulgo nominatam, appulerunt: cùmque ipsorum aliqui fessi ex itinere prope urbis mœnia quiescerent, alii urbem ad emendum cibum ingressi sunt. Sed eos multitudo infidelium, qui festum diem suorum Deorum agebant, extra urbem ejecit, factoque impetu ad fluvium

usque persecuta est: in fluvio pons erat miræ magnitudinis, & firmitatis, qui tunc Dei nutu cum infidelium multitudi-
ne, à qua occupatus est, corruit.

℞. Lux perpetua. Pag. 42.

Lectio v.

Quo miraculo ceteri perterriti respuentes idola, in Christum crediderunt, imitati Lupariam quandam senatricem magnæ auctoritatis mulierem, quæ Divino instinctu sanctos Dei benignè excepit, & in Christum credidit, & Ædiculam extruxit, quam Salvatori dedicavit. Post quæ Torquatus Accis Præfecto, reliqui diversis ejus Provinciæ Civitatibus evangelizarunt, in quibus Secundus, qui Abulam civitatem docendam suscepit, multos vitæ exemplo, & prædicatione per Evangelium Deo genuit. Tandem post multos pro Christo toleratos labores moriens, suo sanguine Abulensem Ecclesiam Deo vero consecravit.

℞. In servis suis. Pag. 42.

Lectio vi.

Cum verò ejus corpus omnibus ignotum diù jacuis-

Bb

cuis-

cuisset, anno millesimo quingentesimo decimonono divinitus inventum est. Nam cæmentarii dum labentem Templi parietem demolirentur, sub ejus fundamento lapideam arcam invenerunt inscriptam his verbis: Sanctus Secundus; è qua tanta odorum suavitas emanabat, ut Templum; & vicina loca perfunderet. Contigit quoque in sancti corporis testimonium, ut unus ex cementariis, hernia morbo insanabili laborans, ad aspectum sancti corporis convalesceret. Quarum rerum percrebescente fama innumeri homines ad visendum sancti Secundi corpus venerunt, ac plerique variis morbis laborantes, sancti Secundi meritis sanati sunt. Hujus sancti Episcopi, & Martyris reliquiæ multis illustratæ miraculis, in antiquissimo Templo, quod in Abulæ suburbio extractum est, per longa tempora asservatæ sunt. Hinc in primarium urbis templum translatae sunt, & in sacello ipsi Sancto dicato reconditæ, ubi frequenti, & incredibili totius populi devotione coluntur.

℞. Filiæ Jerusalem, Pag.

42.

In tertio Nocturno.

Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est, de Communi Martyrum tempore Paschali primo loco.

DIE XIII. MAII.
In Festo Sancti Petri Regalati Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic apponuntur.

In Hymno. Iste Confessor, dicatur: Meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEus, qui dilectum famulum tuum Petrum carne mortificatum, ad delicias gloriæ tuæ assumere dignatus es: concede propitius, ut ad delectationes, quæ in dextera tua sunt usque in finem, meritis ejus, & intercessione pervenire valeamus. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno: Læctiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Læctio iv.

Petrus cognomento Regalatus, Vallisolæti in Hispania-

pania nobilibus aequè, ac piis parentibus ortus, ab ipsa pueritia non levia dedit futuræ sanctitatis inditia. In illa namque ætate nihil puerile sapiens, coequalium abstinebat consortio, & in solitariis latitando recessibus, uni vacabat rerum coelestium contemplationi, jam tunc à Deo in benedictionibus dulcedinis præventus. Flagellis, jeuniis, aliisque poenarum generibus se jûgiter mâcerans, carnem intra subjectionem spiritus continebat, virginitatis, quam ad mortem usque servavit, sollicitus cultor. His itaque exercitiis ad strictiorem vivendi formam se comparans, ea brevi jecit fundamenta, quæ in heroica virtutum mox consurrexere fastigia. Minorum Régulam primùm in patria professus est: deinde in Aquilèriano Coenobio restitutæ observantiæ præcipuus adjutor, & promotor fuit: cujus tam rigidi Instituti primordia avidè amplexus firmiter tenuit, & plenè consumavit.

℞. Honestum fecit. Pag. 46.

Læctio v.

Silentium illi perpetuum, somnus brevissimus, juges ex dono lacrymæ, quibus

præcipuè in sacro conficiendo Mysterio perfundebatur: flagellationes cruentæ, incensus nudis pedibus, vestis tûnica una lâcera, & hispida, lectus vel pâlea, vel humus, jejunium juxta sui Institutoris exemplum ad novem quadragésimas usque protractum, cibusque ut plurimum panis, & aqua. Evangelicæ paupertatis mirificus propugnator, & custos, ob cujus exquisitam observantiæ in graves etiam, & frequentes offendit injurias: quas immoto, alacrique animo subiens, divinam pro calumniantibus, & oppugnantibus exorabat clementiam. Quanto in Deum exardesceret amore, ex eo potissimum apparuit, quod si aliquos invenisset leprosos, domum adduceret, eorumque ulcera lingua etiam detergeret. Fratrum regimen subire coactus, omnibus numeris explevit officium, & quos privato jam pridem informarat, publico deinde confirmabat exemplo.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Læctio vi.

Aspèrrimum vitæ genus Aquilèriæ incoepum, in conventu de Scala Coeli, ad Dûrii ripam propè Valliso-

Bb 2

lè-

lécum fundato, firmitèr stabilivit; unde ad diversas Hispaniæ, Indiarumque Provincias extensum. Annum denique agens sexagesimum sextum, austeritate vitæ confectus, et mortem sibi vicinam præsentiens, Aquileriam perrexit, ut ibi Deo spiritum redderet, ubi rigorosi Instituti sumpsit exórdium. Febri correptus, alúmnis ad exactam regulæ observantiam cohortatis, suaque benedictione munitis, ad illa verba: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, migravit in coelum pridie Kalendarum Aprilis, anno reparatæ salutis millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Cujus viri sanctitatis fama, quæ ubique jam percrebuerat, Regina Catholica Elisabeth permota, solempni indicta processione, & adstantibus nonnullis Episcopis, & Clero, ejus corpus, quod in communi Fratrum repósitum fuerat sepultura, in decentiori, & nobiliori tumulo reponendum curavit. Quare ex confluentium multitudine, multis indè obtentis beneficiis recedentium, servi Dei cultus mirificè propagatus est. Quo solempniter á Sacra Rituum Congregatione approbato, Innocen-

tius Papa Undecimus de ipso Missam, & Officium die decimatertia Maii celebrari concessit.

℞. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti, ut in communi Confessoris non Pontificis.

DIE XV. MAIL.

In Festo S. Isidori Agricola Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic sunt propria.

Capitulum. Jacobi. 5.

ECCE Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit.

In Hymno. Iste Confessor, dicatur: Hac die lætus meruit supremos laudis honores.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Labores manuum suarum, quia

quia manducavit, esurientem implevit bonis Dominus Deus noster, alleluia, alleluia.

ORATIO.

DA nobis, quæsumus misericors Deus, Beato Isidoro Agricola Confessore tuo intercedente, superbè non sapere; sed ejus meritis, & exemplis placita tibi semper humilitate deservire. Per Dominum.

In primo Nocturno. De Epistola B. Jacobi Apostoli.

Lectio i. Cap. 5.

Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote, & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex ante januam assistit. Exemplum accipite, fratres, éxitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas qui locuti sunt in nomine Domini.

℞. Euge serve bone. Pag. 45.

Lectio ii.

ECce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem

Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per coelum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: ut non sub judicio decidatis. Tristatur aliquis vestrum? Oret. Æquo animo est? Psalat. Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remitentur ei.

℞. Justus germinabit. Pag. 45.

Lectio iii.

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini: multum enim valet deprecatio justis assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursus oravit: & coelum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.

℞. Iste cognovit justitiam. Pag. 45.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Isidorus Agricola, propè Matritum Hispaniæ urbem in qua natus fuerat, mercede colendis agris conductus, brevi magnarum sibi virtutum eo in exercitio uberrimam segetem paravit. Admirabilis enim Christi, ac Sanctorum imitator, numquam ad opus manè se conferebat, nisi priùs Dei regnum studiosè quæreret, Ecclesiasque in ipsius, ac Deiparæ honorem dicatas visitaret. Quare cum illius moram agri dominus graviter ferret, atque ex editiore loco quadam die, ut eum liberius increparet, Agricola opperiretur; binos Angelos candida veste, duplici boum iugarantes, mediumque inter illos Isidorum conspexit. Quo miraculo vulgato, magno deinceps in honore, tam apud herum, quam apud ceteros homines haberi coepit.

ꝫ. Honestum fecit Pag. 46.

Lectio v.

Charitate in pauperes adeò flagravit, ut mercedem, quam laboribus parabat, egenis erogaret. Quia etiam, cum aliquando ad commune

cum reliquis confratribus prandium plurimos pauperes adduxisset, nihilque aliud prandio scilicet finito, quam pulmenti partem sibi reservatam reperisset; illam vir Dei fide singulari fretus, ita distribuit, ut mirabiliter aucta, iis omnibus alendis, saturandisque sufficeret. Illud etiam inter cetera mirandum, quod per æstivos calores, ad extinguendam in agro sitim, aquæ potum hero flagitante, cum nullibi scateret, Isidorus, stimulo, quem gerebat, humo percussa, uberem ex ea, & perennem ad hac usque tempora fontem elicuit.

ꝫ. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Igitur sanctitate clarus, cum ad ultimam senectutem pervenisset, obdormivit in Domino, & in coemeterio Sancti Andreæ sepultus, tandem ibi jacuit, quoad cives de ipsius corpore honestius in Ecclesia collocando divinitus moniti, illud in loculo integrum, atque adeo incorruptum invenerunt, ut ex eo suavissimus odor, qui hac etiam tempestate perdurat, efflaret. Sanctum corpus in Ecclesiam translatum, & in editiore loco

co situm, maximis Deus miraculis illustravit. Quorum beneficentiam non semel tam ipsa Matriti civitas, quam etiam cetera Hispania loca, ope ipsius implorata, persenserunt. Quem postremò post annos ferè quadringentos fama sanctitatis, ac miraculis illustrem Gregorius Decimusquintus in Sanctorum numerum rétulit.

ꝫ. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. 5. a.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Et reliqua.

Homilia Scti. Gregorii Papæ.

Lib. 7. Reg. Epist. 32.

Per semetipsam Veritas dicit: Pater meus agricola est: & omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; omnem verò qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Palmes enim infructuosus tollitur, quia peccator funditus eradicatur. Palmes verò fructuosus purgari dicitur, quia per disciplinam reciditur, ut

ad uberiores gratias perdatur. Sic enim spicarum grana tribulis attrita, aristas, & paleis nudantur. Sic olivæ prælo pressæ in olei pinguedinem défluunt. Sic botri vinearum pressi calcibus in vinum liquescunt.

ꝫ. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

Ex eodem Tractatu in septem Psalmos Pœnitential. ad 6. Psalmum.

QUI manet in Verbo, non fraudatur à regno. Aliiter namque fructum facere non possumus, nisi in eo maneamus. Ideoque ait: Manete in me, & ego in vobis. Ubi enim manendum, nisi in ipso? Deficient domus, palatia corrudent, destruentur civitates, ab imis sedibus turres evellentur: Verbum autem Domini manet in æternum: maneamus ergo in eo, qui manet in æternum.

ꝫ. Sint lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

Non sequamur vanitatem, deserentes veritatem: nec contristemur sicut ceteri, qui spem non habent, sed sustineamus eum. Et si moram fecerit, expectemus, ne contin-

tingat nobis, quod per Prophetam dicitur: Væ his, qui perdiderunt sustentiam. Qui cumque mundanæ adversitatis fractus molestiis, diabolicæ tentationis infestatione dejectus, à spe coelestium promissionum deciderit, sustentiam, quam prius habuerat, mercedem amittet. Qui verò sustinebit, magnam reportabit remunerationem.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER
Horas.

Antiphonæ de Communi.

Capitulum. Jacob. 5.

ECCE agricola expectat præciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquavit.

AD BENEDICTUS.

Añã. Exiit, qui seminat seminare semen suum, & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum, alleluia, alleluia.

Oratio.

Da nobis, quasumus, ut suffra.

AD TERTIAM.

Añã. Euge serve bone. *Capit.* Ecce agricola, ut supra.

AD SEXTAM.

Añã. Fidelis servus.

Capitulum. Jac. cap. 5.

ECCE beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator.

AD NONAM.

Añã. Serve bone.

Capitulum. Jac. cap. 5. d.

Multum enim valet deprecatio justæ assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum oravit, & coelum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.

In secundis Vesperis omnia ut in primis. V. Justum.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Ecce homo agricola iste fuit, quoniam Adam exemplum ejus, ab adolescentia sua ad servendum Deo viventi, alleluia.

DIE



DIE XV. MAII.

In festo Sancti Indaletij Episcopi, & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris Pontif. primo loco. præter ea, quæ hic sequuntur.

ORATIO.

DEus, qui nobis, ad primitias fidei propagandas, Beatum Indaletium Martyrem tuum, atque Pontificem tribuere dignatus es; da quæsumus, ut quem festivo veneramur obsequio, ejus intercedentibus meritis aterna gaudia consequamur. Per Dñum &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Indaletius, cujus illustre nomen variis Ecclesiæ fastis reperitur inscriptum, unus fuit è septem præcipuis Sancti Jacobi Apostoli discipulis, qui à Beato Petro Episcopi postmodum ordinati, & in Hispaniam ad seminandum Dei verbum

directi primas ibidem Episcopales Sedes fundaverunt: is ergo unà cum sociis, Torquato Ctesiphonte, Secundo, Cæcilio, Hesychio, & Euphrasio laboriosissimum onus convertendi ab Fidem Gentes, veterum errorum alióqui tenacissimas, alacri, gaudentique animo suscepit: quas illi fidenter sperabant à jugo diaboli divina virtute solvendas, quantum validiùs Ethnicæ superstitionis nexibus ligabantur. Inclyti ergo Christi Atléthæ, cum post magna, & ardua itinera Accim superioris Boeticæ urbem pervenissent, vires aliquantum prope ipsam refecturi, quiescebant, quo nimirum die Paganorum multitudo illis, qui putantur Dij, & non sunt, sacrilegum solemni pompa festum celebrabat. Cum autem aliquos ex discipulis ad emendos cibos in Urbem misissent, barbara gens, diabolico furore acta, irruit in servos Dei, quos fugæ se committentes, usque ad amnem non longe fluentem persecuta est.

& Lux perpetua. Pag. 42.

Lectio v.

Pons super flumen erat miræ magnitudinis, ac tan-

Cc

ta

tæ firmitatis, ut nulli ævo cecurus videretur, quem cum sancti Antistites essent ingresi, numerosa persecutorum turma, sævum in ipsos impetum faciens, ascendebat. Sed ecce repente Divinæ virtutis auxilium. Statim enim ac sancti viri transierunt, ingens illa, & elata moles cum furentium hominum multitudine, horribili strépitu, in profluentem cõruit. Ceteri verò tanti miraculi evidentia tãrri, in se ipsos reverti cæperunt; ac furore in reverentiam converso, ad servos Dei accurrentes, ut apud ipsos manerent, invitabant; quo in officio pietatis ceteris præfult Matrona de ordine senatorio, Lupãria nomine, quæ inspirante Deo, sacros Antistites benignè excipit, ab ipsisque fide instructa, & baptizata, ædiculam pro Sacris Christianorum extruxit; atque copiosam sægetem inde in hõrrea Domini invehentes, Torquatamque ibi primum loci Episcopum relinquentes, ceteri ad opus Apostolici ministerij alibi exercendum progressi sunt.

Æ. In servis suis. Pag. 42.

Lectio vi.

Indaletius autem Urcum finitimam, & olim magni-

tudine celebrem civitatem erudiendam suscepit, ibique sedem figens, innumeros filios, vitæ sanctitate, & verbi virtute, Christo per Evangelium genuit. Ex quo mirè per totam regionem Religio Christiana, ejectis gentium idõlis, propagata est. Ipse autem multis confectus ærumnis, ac imensis superatis laboribus professione Christi, & Fidei Christianæ propagatione, meritis plenus, ac miraculorum gloria illustris obdormivit in Domino. Corpus ejus ibidem à Christianis religiosissimè sepultum post generalem Hispaniæ devastationem, ad Monasterium Sancti Joannis Baptistæ, quod à Pina vocant, in Aragoniæ regno, divina providentia, translatum, & honorificentissimè tumulatum fuit. Sedes autem, nova prope Urcum extructa urbe, quam modò Almeriam vocant, Catholicorum Regum pietate, restituta est; ac Indaletium, ut primum ejus Fundatorem, ac præcipuum urbis, & Diocesis Patronum, summa omnes devotione venerantur. Ad cujus augmentum Clemens Duodecimus, Põntifex Maximus, ut acta ejusmodi in ejus Festo legerentur, benignè

ac

ne indulsit.

Æ. Filix Jerusalem. Pag. 42.

In tertio Nocturno: Homilia in Evangelium: Ego sum vitis vera, de Communi Martyr. Temp. Pasch.



DIE XV. MAIJ.

In Festo S. Torquati Episcopi & Martyris. Duplex.

Omnia de Communi Martyr. Tempori Paschali, præter illa, quæ hic assignantur propria.

In primis Vesperis, ad Magnificat.

Ant. Gaude felix Accitana civitas, quia in te recepisti beatum Torquatam fidem Christi prædicantem, alleluia.

ORATIO.

DEus, qui nos per Beatum Torquatam Martyrem tuum, atque Pontificem, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: concede propitius, ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectio- nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Quo tempore primam in Christianos persecutionem Nero immanissimus Imperator excitavit, beatissimi Apostoli Petrus, & Paulus Torquatam, Ctesiphontem, Secundum, Indaletium, Cæcilium, Hesychium, & Euphrasium, Beati Jacobi Apostoli discipulos, Episcopos Romæ ordinarunt, & ad prædicandum Christi Evangelium in Hispaniam miserunt. Cùm autem ad eam provinciam pervenissent, propè Accitanam urbem, in viridi campo, ut longitudine itineris lassati aliquantulum quiescerent, constitèrunt. Cùmque ad civitatem, victus emendi causa, aliquos misissent, pagani, qui tunc fortè deorum suorum festa debachantes peragebant, visis diversi habitus, ac religionis peregrinis hominibus, in eos furentes prosiliunt, & ad Sanctos pervenientes, omnes pariter in fugam actos, usque ad flumen prosequuntur.

Æ. Lux perpetua. Pag. 42.

Lectio v.

Sed ut viri Dei pontem pertransierunt, pons, qui mi-

ræ magnitudinis, & firmissimus erat, cõncidit, & gentiliū multitudinem Sanctos persequentem pariter opprēsit, ac demersit in laquas. Quo miraculo accolæ tērriti, eos postea revocare, & in honore habere cæperunt. In primis Luparia quædam præclara mulier benignè illos suscepit, atque ab his fidem edocta, in oratorio, quod ipsa construxerat, baptizata est. Cujus exemplo quam plurimi in Christum credentes, relictis idolis, Baptismi sacramentum susceperunt.

℞. In servis suis. Pag. 42.

Lectio vi.

Hujus igitur urbis (quæ tunc prima Christi Domini fidem in Hispania recepit) B. Torquatus Episcopus designatus est: ac ceteris ad alias Hispaniæ terras abeuntibus, ipse Acci remansit, ubi multis pro Christo prefunctus laboribus, demum Martyr occubuit. Ejus corpus in eadem urbe (quæ nunc Guadix appellatur) primò sepultum est. Juxta cujus sepulchrum olim arbor olivæ erat, quæ in natali martyris florebat, simulque fructus uberes emittebat: è quibus oleum expressum ad varios morbos curandos adhi-

bebatur. Inde in Galliciam translatum, in quodam cœnobio Ordinis sancti Benedicti condigno honore asservatur. Sodales sancti Torquati, & ipsi in varijs urbibus Episcopi constituti, Christi Evangelium prædicarunt, & in eis quieverunt: Ctesiphon Vêrgij, Secundus Abulæ, Indaletius Urci, Cæcilius Illiberi, Hesy-chius Cartéjæ, Euphrasius Illiturgi, quorum corpora ad alias postea Hispaniæ urbes translata sunt.

℞. Filia Jerusalem. Pag. 42.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium: Ego sum vitis vera, de Communi Mart. temp. Pasch.

Ad Benedictus. Añã.

DUM Beatus Torquatus sanctum Jesu Christi Evangelium Accitanis prædicaret: nobilis matrona, Luparia nomine, fidem Christi suscepit: ad cujus exemplum magna pars civitatis baptizata est, alleluia.

In secundis Vesperis ad Magnificat, Antiphona.

Beatus Antistes Torquatus in civitate Accitana à paganis necatus, illustre fidei tes.

testimonium Christo Domino reddidit, alleluia, alleluia.

DIE XV. MAIJ.

In Festo S. Euphrasii Episcopi, & Martyris.

Omnia de Commun. Martyr. temp. Pasch. Lect. i. Noct. de Script. occur. Orat. Infirmi-tatem, &c.

In secundo Nocturno.

Ex Scripturis S. Gregorii VII. & ex S. Eulogio in Apologetico Martyrum.

Lectio iv.

Euphrasius Apostolorum Discipulus, cum Torquato, Ctesiphonte, Secundo, Indalatio, Coecilio, & Hesychio, Romæ à Sanctissimis Petro, & Paulo, Episcopus ordinatus in Hispanias ad prædicandum Verbum Dei, unà cum illis ab iisdem Apostolis directus est. Hic ergo, & socii, cum varijs Urbibus, destructa Idololatria, Christianitatem fundassent, & Religionem plantassent, ordinem, & Officium in Divinis Cultibus ostendissent, & sanguine suo Ecclesias dedicasent: ea in

Provincia diversis in locis quieverunt, è quibus Euphrasius Illiturgi Martyrii palmam consecutus esse dicitur. Ejus corpus pie reconditum est in loco, ubi Basilica ejus nomine Sisebuti, Hispaniarum Regis tempore extracta est, cujus Basilicæ, cum Saracenis Hispanias occupantibus, nulla remansissent vestigia; Dei tandem voluntate factum est: ut recens anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio extrui coep-ta sit. In quam anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, mense Majo, Beati corporis pars, è Parochiali Ecclesia Oppidi, cui Valde-mao nomen, translata restituta est. Ubi religiosa veneratione, summaque celebritate, & maximo populorum concursu colitur.

℞. Lux perpetua. Pag. 42.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

In Orat. de Sancto Ignatio, ante med. tom. 5.

Lectio v.

Tempus animadvertite fratres, quo dignitatem hanc Beatus Euphrasius est assecutus, neque enim eadem est nunc, quæ tunc erat Eccle-

clesiam gubernandi conditio. Non æqualis est labor. Viam tritam, & planè paratam, post multos ingredi viatores, atque eam, quæ nunc primo secanda est, quæque prerrupta, & saxosa, ferisque plena, nec ullum adhuc viatorem admisit. Hoc quidem tempore, per gratiam Dei, nullum Episcopis periculum imminet: sed pax undique profunda: & tranquillitate cuncti perfrui-mur: Cùm pietatis verbum orbis terrarum terminos occupat, & qui regna, atque imperium obtinent, eandem, quam nos fidem studiosè colant, atque observent: tunc autem nihil erat hujusmodi, sed quocumque quis oculos verteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugnæ, & pericula. Imperatores, & Reges, & Populi, & Civitates, & gentes, & domestici, & alieni credentibus insidias tendebant.

℞. In servis suis. Pag. 42.

Lectio vi.

NEquè verò id solum erat grave; sed etiam quod credentium plerique, utpote, tunc primum nova dogmata degustantes, magna egebant sollicitudine; & erant imbecil-

liores: & sæpè supplantabantur. Quod quidem non minus affligebat Doctores quàm externa bella. Quin etiam multo magis. Externæ enim pugnæ, atque insidiæ propter repositæ mercedis spem, voluptatem etiam aliquam afferebant. Idcirco, & Apostoli gaudentes, à conspectu concilii discedebant: quod verbera pertulissent. Itaque Paulus etiam clamat: Gaudeo, in-quiens, in infirmitatibus meis. Et semper in tribulationibus gloriatur.

℞. Filiæ Jerusalem. Pag. 42.

In tertio Nocturno.

Tempore Paschali Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evang. Ego sum vitis vera. Miss. Protexisti.

Extra tempus Pasch. Offic. de Commun. unius Mart. Homil. & Miss. de primo loco.

DIE XVI. MAII.

In Festo Sancti Joannis Nepomuceni, Martyr. Duplex.

Omnia de Comm. Mart. non Pontif. tempori congruentia, præter ea, quæ hic habentur.

ORA-

ORATIO.

DEus, qui ob invictum Beati Joannis sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam martyrii corona decorasti: dà nobis ejus intercessionem, & exemplo linguam cautè custodire, ac omnia potius mala, quam animæ detrimentum, in hoc sæculo tolerare. Per Dominum nostrum, &c.

In primo Nocturno: Lectio-nes de Scriptura.

In secunda Nocturno.

Lectio iv.

JOannes Nepomuci Bohemix oppido, undè Nepomuceni cognomen duxit, à parentibus ætate provectis, non sine futuræ sanctitatis præsigio, flâmis supra nascentis domum mirabiliter collucentibus, ortus est. Cùm infans in gravem morbum incidisset, Beatæ Virginis ope, cui natum parentes referebant acceptum, è vitæ periculo evasit incolumis. Egregia indole, piaque institutione celestibus iudiciis obsequente, inter sanctas, religiosasque exercitationes pueritiam egit; nam Ecclesiam frequenter adire, ac Sacerdotibus ad aras operantibus ministrare in deli-

ciis habebat. Zatecii politioribus litteris ad humanitatem informatus; Pragæ verò gravioribus disciplinis excultus, Philosophiæ, Theologiæ, sacrorumque Cónonum magisterium, & láuream emeruit. Sacerdotio initiatus, atque à scientia Sanctorum ad lucra animarum ritè comparatus, ministerio Verbi Dei se pénitus addixit. Cum igitur in vitis extirpandis, & revocandis in viam salutis errantibus, eloquentia, & pietate úberes éderet fructus, inter Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis cooptatus, mox sibi demandatam Evangelii coram Rege Wenceslao IV. prædicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suavis multa Rex faceret, magnoque in honore ejus virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas ille obtulit, dignitates, Dei servus, ne à divini Verbi præconio avocaretur, constantissimè recusavit.

℞. Honestum fecit. Pag. 39. Tempore Paschali, ℞. Lux perpetua. Pag. 42.

Lectio v.

REgiis illum elemósynis in pauperes erogandis præfectum, Joanna Regina conscientiæ sibi moderato: em ad-civit.

civit. Cum autem Wenceslaus ab officio, institutoque decessisset, atque in vitia præceps abriperetur; piæ autem conjugis obtestationes, & monita gravatè ferret, contèdere ausus est, ut in Sacramentali iudicio Sacerdoti credita Reginæ arcana sibi à Joanne panderentur. At Dei Minister blanditiis primùm, tormentis deindè, & càrceris squalore tentatus, nefariæ Regis cupiditati fortiter obstitit. Furem tamen Wenceslai animum cum ab execrando proposito, nec humana, nec divina jura deterrerent, supremum agonem, quem instare sibi Athleta Christi noverat, populo in concione de impendentibus etiam Regni calamitatibus admonito, non obscure prænuñtiavit. Mox Boleslaviam profectus, ad Beatæ Virginis imaginem antiquo cultu célebrem, coeleste præsidium ad certandum bonum certamen effusis precibus imploravit. Indè vesperi reverentem in pervigilio Dominicæ Ascensionis Rex è fenestra conspicatus, accessit, cumque vehementiùs urgeret, & proximam in aquis, si obluctari pèrgeret, submersionem intentaret, Joannes invicta

constantia terrores, minasque refutavit. Itaque Regis imperio in Moldavam flumen Pragæ interfluens noctu dejectus, illustrem martyrii coronam est consecutus.

Rz. Desiderium animæ, Pag. 40.

Tempore Paschali, Rz. In servis suis. Pag. 42.

Lectio vi.

Sacrilegum facinus clam patratum, & Martyris gloriam insigne prodigium divinitus patefecit. Ubi enim exanime corpus secundo flumine vehi cœpit, ardentes facces aquis supernatantes, & discurrentes apparuerunt. Quàm obrem ex arena postridie manè corpus elatum, Canonici deinde Regis iram nihil timentes, in Metropolitanam Ecclesiam solemnè pompa intulerunt, & sepulturæ mandarunt. Cum autem in dies invicti Sacerdotis memoria miraculis, & maxima fidelium, eorum præcipuè, qui fama periclitantur, veneratione cresceret, post annos demùm amplius trecentos, in juridica recognitione corporis, quod sub humo tandiù jacuerat, lingua ejus incorrupta, & vívida reperta est; quæ sexto post an-

no Judicibus à Sede Apostolica delegatis exhibita, novo prodigio repentè intumuit, & subobscurum ruborem in purpureum commutavit. His itaque, aliisque signis ritè probatis, Benedictus XIII. Pontifex Maximus, die decima nona mensis Martii, anno salutis millesimo septingentesimo vigesimo nono, primum hunc Sacramentalis sigilli assertorem, Arcani fidem sanguine obsignantem, Sanctorum Martyrum catalogo adscripsit.

Rz. Stola jucunditatis. Pag. 40. *Tempore Paschali, Filia* Jerusalem. Pag. 42.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mathæum. *Cap. 10.*

Lectio vii.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non sciatur. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Matthæum. Can. 10. post medium.

Dominus diem judicii ostendit, quæ abstrusam voluntatis nostræ conscientiam prodet: & ea, quæ nunc

occulta existimantur, luce cognitionis publicæ detéget. Igitur non minas, non consilia, non potestates insectantium monet esse metuendas, quia dies judicii, nulla hæc fuisse, atque inánia revelabit. Et, quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicatè super tecta. Non legitimus, Dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam in tenebris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnalibus tenebræ sunt, & verbum ejus infidelibus nox est.

Rz. Corona aurea. Pag. 40. *Tempore Paschali, Ego sum* vitis. Pag. 42.

Lectio viii.

Itaque id, quod à se dictum est, cum libertate fidei, & confessionis vult esse loquendum. Idcirco, quæ in tenebris dicta sunt, prædicari jussit in lumine: ut, quæ secreto aurium commissa sunt, super tecta, id est, excelso loquentium præconio audiantur. Constantè enim Dei ingerenda cognitio est, & profundam doctrinæ Evangelicæ secretum in lumine prædicationis Apostolicæ revelandum non timentes eos, quibus, cum sit licentia in corpora, tamen in ani-


mam jus nullum est : sed timentes potius Deum, cui pendenda in gehenna, & animæ, & corporis sit potestas.

R. Domine prævenisti.
Tempore Paschali, Candidi.
Pag. 42.

Lectio ix.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus, neque ullus interimendæ carnis admitendus est dolor, quando pro naturæ suæ, atque originis conditione resoluta, in substantiam spiritualis animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam etiam conditionem, qua teneremur, adjecit: negaturum se eum Patri in cælis, qui se hominibus in terra negasset: eum porrò, qui confessus coram hominibus se fuisset, à se in cælis confitendum: qualesque nos nominis sui testes hominibus fuissémus, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usus.

Te Deum laudamus.



DIE XVI. MAII.

In Festo Sancti Ubaldi Episcopi, & Confessoris.
Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. Pontif. præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

Auxilium tuum nobis, Domine quæsumus, placatus impende, & intercessione Beati Ubaldi Confessoris tui, atque Pontificis contra omnes diaboli nequitas dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ubaldus, Eugubii in Umbria nobili genere natus, à primis annis pietate, & literis egregiè est institutus; jamque adolescens, ut uxorem duceret, sæpè tentatus, numquam tamen à proposito servandæ virginitatis recessit, Sacerdos effectus patrimonium suum pauperibus, & Ecclesiis distribuit, & Canonorum Regularium Ordinis Sancti Augustini institutum

sus-

Lectio vi.

suscipiens, illud in patriam transtulit, atque in eo aliquandiu sanctissimè vixit. Cujus sanctitatis opinione evulgata, ab Honorio Secundo Summo Pontifice Ecclesiæ Eugubinæ invitatus præficitur, & Episcopalis consecrationis munere decoratur.

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Ad suam itaque revertens Ecclesiam, cum de consuetâ vivendi ratione nihil admodum immutasset, in omni tamen virtutum genere eo magis eminere coepit, quo efficacius aliorum etiam salutem verbo, & exemplo procuraret, factus forma gregis ex animo. Nam victu parco, vestitu moderato, lectulo áspero, & pauperissimo, Crucis mortificationem jugitè in suo corpore circumferebat, dum inexplebili orationis studio spiritum quotidie recrearet. Hinc admirabilem illam mansuetudinem est adeptus, qua gravissimas injurias, & contumelias non modò æquanimiter tulit, verùm etiam mirifico dilectionis affectu persecutores suos omni benignitatis testimonio complectebatur.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Biennio antequam ex hac vita migraret, cum diutinis affligeretur infirmitatibus inter acerbissimos corporis cruciatus, velut aurum in fornace purgatum, Deo gratias indesinenter agebat. Adveniente autem sacro Pentecostes die, cum multis annis Ecclesiam sibi commissam summa cum laude gubernasset, sanctis operibus, ac miraculis clarus quievit in pace: quem Coelestinus Papa Tertius in Sanctorum numerum rétulit. Ejus virtus præcipuè in effugandis spiritibus immundis elucet. Corpus verò per tot sæcula incorruptum magna fidelium veneratione in patria colitur, quam non semel à præsentis discrimine liberavit.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papæ in Evangel. Homo peregrè proficiscens, de eodem Communi.

DIE XVII. MAII.

In Festo Sancti Paschalis Baylon, Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

Dd 2

ORA-

ORATIO.

DEus, qui Beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti: concede propitius; ut quam ille ex hoc divino convivio spiritus percipit pinguedinem, eandem & nos percipere mereamur. Qui vivis, & regnas.

In primo Nocturno: Lektionen de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Paschalis Baylon, pauperibus, piisque parentibus in oppido Turris Formosæ Seguntinæ Diocesis in Aragonia natus, à teneris annis plura dedit futuræ sanctitatis indicia. Sortitus animam bonam, ac rerum coelestium apprime studiosam pueritiam, atque adolescentiam in gregis custodia transegit, quam ille vivendi rationem idè præcipuè diligebat, quod humilitati fovendæ, ac innocentiae conservandæ in primis utilem, atque opportunam judicaret. Erat in victu modicus, in oratione assiduus, tantaque apud coevos, & socios florebat auctoritate, & gratia, ut eorum lites componens, errores cor-

rigens, ignorantiam erudiens, ac desidiam excitans, velut omnium parens, & magister máximo studio coleretur, ac amaretur: Beatus etiam tum à plerisque appellatus.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

Qui verò in sæculo, terranempè deserta, & inaquosa, adè feliciter adoleverat, flos convallium, plantatus in domo Domini, mirum ubique sparsit sanctitatis odorem. Igitur Paschalis, arrepto vitæ severioris Instituto, atque in Ordine Minorum strictioris Observantiæ Discalceatorum cooptatus, exultavit ut gigas ad currendam viam suam, totumque se Domino excellendum tradens, dies, noctesque cogitabat, qua se ratione magis ei, magisque conformaret. Ita factum est brevi, ut eum tanquam Seraphicæ perfectionis exemplar ipsi quoque proveciores imitandum sibi proponerent. Ipse autem in humili servientium gradu constitutus, se velut omnium peripsema reputans, ardua quæque, & abjecta domus ministeria, veluti jure quodam peculiari sibi debita, summa cum hilaritate

sus

suscipiebat, & exercebat humilitate, ac patientia pari. Carnem spiritui quandoque reluctari nitentem jugi maceratione afflicta, atque in servitum rededit; spiritum verò assidua sui abnegatione ferventior in dies ad anteriora extendebat.

R. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Deiparam Virginem, cujus clientelæ se ab ineunte ætate dicaverat, tanquam matrem quotidianis colebat obsequiis, atque filiali exorabat fiducia. Porro erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum difficile dictum est, quam ardenti teneretur devotionis affectu, quem defunctus etiam in cadavere retinere visus est, dum jacens in fèretro ad sacræ Hostiæ elevationem bis oculos reseravit, & clausit, magna omnium, qui aderant, admiratione. Ejusdem veritatem inter hæreticos publicè, palamque professus, multa, & gravia ob eam causam perpeccus est: crebrò etiam ad necem petitus, sed singulari Dei providentia impiorum manibus ereptus. Sæpe inter orandum omnibus destituebatur sensibus, dulcique languebat amoris deli-

quo: quo tempore coelestem illam scientiam hausisse creditus est, qua homo rudis, & illiteratus de mysteriis Fidei difficillimis respondere, atque aliquot etiam libros conscribere potuit. Denique meritis plenus eadem, qua prædixerat hora, feliciter migravit ad Dominum, anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, sextodecimo Kalendas Junij, eodem, quo natus fuerat, Festo Pentecostes recurrente, annum agens secundum supra quinquagesimum. Quibus, aliisque virtutibus insignem, ac miraculis tam in vita, quam post mortem clarum, Paulus V. Pontifex Maximus illum Beatum appellavit: Alexander autem VIII. Sanctorum catalogo adscripsit.

R. Iste homo Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 11.

In illo tempore: respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homi-

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

In Job. lib. 34. Cap. 17.

Audiant simul omnes : Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Audiant omnes : Immundus est apud Deum omnis, qui exultat cor suum. Audiant omnes : Quid superbis terra, & cinis? Contra hujus languoris pestem audiamus cuncti, quid magistra veritas docet, dicens: Discite á me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque Unigenitus Dei Filius formam infirmitatis nostræ suscepit; ad hoc invisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, irrisionum opprobria, passionumque tormenta toleravit, ut superbium non esse hominem doceret humilis Deus.

Re. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam is, qui sine æstimatione magnus est, usque ad passionem factus est parvus! Quia enim originem perditioni nostræ superbia præbuit diaboli, instrumentum redemptionis

nostræ inventa est humilitas Dei. Hostis quippè noster magnus inter omnia conditus, videri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est parvus. Quia igitur Redemptor noster corda regit humilium, & Leviathan iste rex dicitur superbiorum, aperte cognoscimus, quod evidentissimum reproborum signum superbia est; at contra humilitas electorum.

Re. Sint lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

CUM ergo quam quisque habeat, cognoscitur, sub quo rege militet, invenitur. Unusquisque enim quasi quemdam titulum portat operis, quo facillè ostendat, sub cuius serviat potestate rectoris. Unde & per Evangelium dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ne igitur nos Leviathan istius membra, vel mira faciendo fallerent, apertum signum Dominus, quo deprehendi valeant, demonstravit, dicens: Ipse est rex super universos filios superbiæ. Qui etsi quando fictam speciem humilitatis assumunt, semetipsos tamen celare in om-

ni-

nibus nequaquam possunt: quia eorum superbia diù latere non sustinens, cum ex alia tegitur, ex alia actione denudatur. Qui verò sub Rege humilitatis militant, semper pavidi, ac ex omni latere circumspecti, adversum jacula elationis pugnant, & quasi contravenientes ictus solum magis in suo corpore oculum custodiunt, dum in semetipsis principaliter humilitatem tulerunt.

Te Deum laudamus.



DIE XXIII. MAII.

Officium in Festo Apparitionis Sancti Jacobi Apostoli, & Hispaniarum Patroni.

Duplex.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi. Cum reliquis de Laud.

Psalm. Dixit Dominus: cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psalmi: Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum i. Corinth.

Fratres, puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam mortui destinatos: quia spectacu-

lum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Hymnus.
Defensor alme Hispaniæ, JACOBE, vindex hostium Tonitruum quem Filium Dei vocavit Filius.

Huc cœli ab altis sedibus
Converte dexter lumina,
Audique læti debitas
Grates, tibi quas solvimus.

Grates refert Hispania,
Felix tuo quæ nomine,
Ductuque perstat libera,
Vitatque Gentis dedecus.

Tu, cum jaceret barbaris
Cedens, & impar hostibus,
Præsens inexpugnabile
Robur dabas Ramirio.

Tu, bella cum nos cingerent,
Es visus ipso in prælio;
Equoque, & ense acerrimus,
Mauros furentes exterrere.

Per te redemptæ virgines
Laudis rependunt cantica,
Nosque á tributo liberi,
Hymni tributum pendimus.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui á mortuis
Surrexit, ac Paráclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

Extra temp. Paschal.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, & omne in sæculum.
Amen.

v.

Ÿ. Constitues eos principes
super omnem terram. Allel.
R. Mémoires erunt nomi-
nis tui, Domine. Alleluia.

AD MAGNIFICAT.

Ant. Visitavit nos per sanc-
tum suum Apostolum, & fecit
salutem de inimicis nostris,
Dominus Deus noster. Alle-
luia.

ORATIO.

DEus, qui Hispaniarum
Gentem Beato Jacobo
Aposolo tuo protegendam
misericorditer tribuisti, & per
eum ab imminente exitio mi-
rabiliiter liberasti: concede
quæsumus, ut, eodem prote-
gente, pace perfruamur æter-
na. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Christum Regem triumphan-
tem in terris: * Venite ado-
remus: Alleluia.

Psalm. Venite exultemus, &c.
Hymnus.

Jacobum célebret fortis Ibe-
ria;
Jacobum meritis tollat hono-
ribus.

Per quem, barbárici nescia
foederis,

Victrix Imperat hostibus.

Vestígula trácibus péndere
flebile

Urgetur dominis imperio síds;
Centénasque, lupis sponte
rapacibus

Lectas sistere Virgines.

A versata nefas, arma fe-
rocior

Poscit: mox Arabem, fida
Ramirio,

It contra; numero sed nimis
ímpari

Virtus cedere cógitur.

Quid sperare datur? pro-
micat atheræ

Proles horrifici clara tonitru,
Lunatasque acies, agmina
barbara

Sacro lumine dísjicit.

Ardens in medios fertur aci-
naces;

Instatque attonitis, úndique
pávidos.

Mauorum cúneos rumpit, &
íntegra

Victor proterit agmina.

Esto exercituum non su-
perabili

Ductori, ac Domino, jugis
honor Patri,

Cum prole Unigena, almo-
que Pncímate,

Per labentia sæcula. Amen.

*Antiphonæ, Psalmi, & pri-
mi, secundi, & tertii Noctur-
ni de Communi Apostolorum
tempore Paschali.*

In primo Nocturno.

De Libro secundo Macha-
bæorum. Cap. II.

Lectio i.

Lysias, Procurator Regis,
& propinquus, ac nego-
tiorum præpositus, graviter
ferens de his, quæ acciderant,
congregatis octoginta milli-
bus, & equitatu universo, ve-
niebat adversus Judæos, exis-
timans, se civitatem quidem
captam Gentibus habitaculum
facturum, templum verò in
pecuniæ quæstum, sicut cete-
ra delubra Gentium habitu-
rum, & per singulos annos
venale sacerdotium: nusquam
recogitans Dei potestatem, sed
mente effrænatus, in multitu-
dine péditum, & in millibus
équitum, & in octoginta ele-
phantis confidebat. Ingressus
autem Judæam, & appropians
Bethsuræ, quæ erat in angos-
to loco, ab Jerosólýma inter-
vallo quinque stadiorum, illud
præsídium expugnabat.

R. Procedens Jesus juxta
mare. Pag. 22.

Lectio ii.

UT autem Machabæus, &
qui cum eo erant, cog-
noverunt expugnari præsidia,
cum fletu, & lacrymis roga-
bant Dominum, & omnis tur-
ba simul, & bonum Angelum

mitteret ad salutem Israel. Et
ipse primus Machabæus, sum-
ptis armis, céteros adhortatus
est simul secum periculum su-
bire, & ferre auxilium fratri-
bus suis. Cumque pariter
prompto ánimo procederent,
Jerosolymis apparuit præce-
dens eos eques in veste candi-
da, armis aureis hastam vi-
brans. Tunc omnes simul be-
nedixerunt misericordem Do-
minum, & convaluerunt ani-
mis: non solum homines, sed
& bestias ferocissimas, & mu-
ros férreos parati penetrare.

R. Vocavit ad se Dominus.
Pag. 22.

Lectio iii.

Ibant igitur prompti, de coe-
lo habentes adiutorem, &
miserantem super eos Domi-
num. Leonum autem more ir-
ruentes in hostes, prostrave-
runt ex eis undecim milia pé-
ditum, & equitum mille sex-
centos: universos autem in fu-
gam verterunt, plures autem
ex eis vulnerati, nudi evase-
runt. Sed & ipse Lysias turpi-
ter fugiens evasit. Et, quia non
insensatus erat, secum ipse
reputans, factam erga se di-
minutionem, & intelligens,
invictos esse Hebræos, omni-
potentis Dei auxilio inniten-
tes, misit ad eos: promisitque

se consensurum omnibus, quæ justa sunt, & Regem compulsum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lysæ, in omnibus utilitati consulens.

Rz. Cum venisset Jesus. Pag. 22.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

INter innumera eaque maxima beneficia, quæ Beato Jacobo Apostolo, ac Tutelari suo munificentissimo accepta refert Hispania, illud in primis memorandum, & æterna grati animi significatione recolendum est, quod ad Clavigium, Rivogiæ montem, olim obtinuit. Cùm enim Saraceni, Hispaniæ latissimè dominantes, centum nobiles puellas à Christianis exigere consuevisent, easque Abderrámanus, potentissimus ipsorum Rex, tributi nomine, repræsentari sibi minaci legatione flagigaret: Ranimirus, qui Legionis Regnum nuper adierat, ad effrontem Mauri postulantis audaciam totus inhorruit: certusque extrema quæque experiri potius, quàm tantum Christianæ Fidei probrum, tantam nomini Hispano labem aspèrgere; aut pati, ut Christianæ

virgines Mauris, id est, margaritæ porcis, innocentes agnæ voracibus lupis traderentur, ex tota dititione quotquot erant armis idónei ad signa vocavit, coactoque exercitu, quem Præsules, Sacerdotes, aliique viri sacri, ut in communi discrimine, spontè sequebantur, in Maurorum fines ultrò animosus irrupit. Abderrámanus contra potentia tímíduS, repulsà ferox, & Ranimiri provocatione ferocior, auctis novo delectu veteranis copiis, Africa etiam in auxilium evocata, impigrè Christianis occurrit.

Rz. Assumpsit Jesus Petrum. Pag. 23.

Lectio v.

AD Alveldam, Rivogiæ oppidum, collatis signis, totis utrinque viribus, & tanta contentione depugnatum est, ut atrox, cruentaque dimicatio diem extraxerit, ancipiti semper, & pendente victoria: donec ea sub noctem in Mauros jam inclinante, Ranimirus fatigatas, & promptissimorum nece imminutas copias in proximum collem, cui Clavigio nomen est, opportunè subduxit. Loco pro tempore muníto, & vulneratis curâ adhibitâ, in suprema rerum desperatio-

tionem, luctuque, omnes ut fit, in vota, & preces effusi. Regem mærore confectum, & de suorum salute sollicitum, anxiumque, somnus oppressit. Dormienti objecta est species viri augustior, quàm pro humano habitu, & sciscitanti, quisnam esset? Sum, inquit, Jacobus Apostolus, cui á Domino Hispaniæ Tutela commissa est. Ne time, mane ádero, & me duce, de circumfusa Saracenorum multitudine illustrem victoriam reportabis. Rex ad has voces evigilans, & nuncio latus, Præsules, Magnates, Duces ad se vocat, & de re tota edoctos, ac coelestibus promissis animatos, militum etiam animos erigere, manipulos ordinare, aciemque instruere jubet.

Rz. Potestis bibere calicem. Pag. 23.

Lectio vi.

TUm, signo dato, Hispani, é vertice montis, velut impávidi leones, aut ursi præcipites ruunt, irruuntque in Mauros mira alacritate, magnisque vocibus Sanctum Jacobum ingeminantes. Apostolus, uti erat pollicitus, equo insidens candidissimo, niveum vexillum præferens, gladioque fulmineo minax, Hispanos

suos anteire, atque in hostem ducere visus est, equoque, & ense acerrimus Mauros furentes stèrnere, ac proculcare; ponè sequentibus Hispanis, & per attonitas jam phalanges terrorem, & stragem latè spargentibus. Deinde afflictæ, ac laceræ illæ Hispanorum reliquiæ cæsis septuaginta circiter Saracenorum millibus, réliquis profligatis, jugo Mauricæ servitutis excusso, & turpissimo vestigáli prorsus abólito, de hoste superbissimo, & paulo ante victore, gloriose pariter, ac miraculose triumpharunt. Rex, Præsules, Magnates, Duces, victorque exercitus, secundum gratias Deo actas, universam Hispaniam Beato Jacobo vestigalem fecere certæ mensuræ frumenti, vini que pro singulis terræ júgeris, primitiarum more, ex voto pendendæ. De quo extat luculentum Ranimiri Regis diplóma, aliorumque etiam Regum diplomatis insertum, confirmatumque, Romanorum Pontificum decretis roboratum, & perpetua ad hodiernam diem observantia ratum, ac firmum. Porrò victoriam adeò mirabilem, & Hispaniæ salutarem Deo, ac Beato Jacobo Patrono suo, adscriben-

dam Hispania ipsa anniversaria gratitudine, ac celebritate proficitur.

℞. Assumpsit Jesus. Pag. 23.

In tertio Nocturno.

Lectio vii.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Cap. 20.

IN illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia Vener. Bedæ Presbyteri.

CRedendum est, quod illa maximè causa, vel muliebrem matris affectum, vel carnales adhuc discipulorum animos ad hæc postulanda concitaverit, quia meruissent sermonis Domini, cum ait: Cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim; nossetque se inter discipulos specialius à Domino diligi, se specialius cum Beato Petro conscios sæpe factos arcanorum, quæ ignorarent ceteri, quod frequens sancti Evangelii textus indicat.

℞. Misit Herodes. Pag. 24.

Lectio viii.

Hinc est enim, quod ipsis quoque, quomodo Petro, novum ab illo nomen imponitur: ut sicut ille, qui prius Simon dicebatur, per fortitudinem, ac stabilitatem fidei impugnabilis vocabulum Petri meruit: ita, & isti Boanerges, hoc est, filij tonitruum vocantur: quia videlicet, & vocem patris super Dominum in monte clarificatum unà cum Petro audirent & plura aliis discipulis mysteriorum secreta cognoscerent.

℞. Iste est, qui ante alios, Pag. 24.

Lectio ix.

Quia verò iidem filii Zebedæi promptum gerebant animum ad bibendum calicem Domini, constat eos cum ceteris Apostolis dignitatem sedium, quam quærebant, accepisse; non tamen ea distinctione, qua petebant, sed ambo prius ad sinistram ejus ad tempus, ambo nunc ad dexteram ejus sedere perpetuò meruerunt. A sinistris quippe Christi sedebant, cum regendis in hac vita fidelium populis Apostolico jure præsidèrent, illo nimirum in regno, de quo ipse ait; Regnum Dei intra vos est. Sedent à dextris

nunc

nunc in illa, quæ mortem necit, vita, judices mundi cum illo, utramque hanc sedem illis ipso Filio cum Patre parante.

AD LAUDES, ET PER
Horas:

Añã. Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Alleluia.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Alleluia.

Añã. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Alleluia.

Añã. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, & ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Alleluia.

Añã. Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Alleluia.

Cap. i. Cor. 4.

FRatres, puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Hymnus.

Defensor alme Hispaniæ, ut in Vesperis.

℣. Annuntiaverunt opera Dei. Alleluia.

℞. Et facta ejus intellexerunt. Alleluia.

AD BENEDICTUS.

Añã. Mirabilem Sancti Jacobi Apostoli hodie psallentes victoriam, maximo cum gaudio laudemus nomen Domini. Alleluia.

ORATIO.

Deus, qui Hispaniarum Gentem Beato Jacobo Apostolo tuo protegendam misericorditer tribuisti, & per eum ab imminente exitio mirabiliter liberasti: concede, quæsumus, ut, eodem protegente, pace perfruamur æterna. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Añã. Dic, ut sedeant.

Capitulum.

FRatres: Puto, quod Deus, ut supra.

℞. brev. In omnem terram: Exivit sonus eorum. Alleluia. Alleluia. In omnem.

℣. Et in fines orbis terræ verba eorum. Alleluia. Alleluia. Gloria Patri. In omnem.

℣. Constitues eos principes super omnem terram. Alleluia.

℞. Memores erunt nominis

nis tui Domine. Alleluia.

AD SEXTAM.

Añã. Potestis bibere calicem.

Capitulum 1. Cor. 4. c.

NOs stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

R. brev. Constitues eos principes * Super omnem terram. Alleluia. Alleluia. Constitues.

V. Memores erunt nominis tui Domine. Alleluia. Gloria Patri. Constitues.

V. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Alleluia.

R. Nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia.

AD NONAM.

Añã. Quicumque voluerit.

Capitulum 1. Cor. 4. d.

Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

R. brev. Nimis honorati sunt * Amici tui Deus. Alleluia. Alleluia.

V. Nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia. Alleluia. Gloria Patri. Nimis.

V. Annuntiaverunt opera Dei. Alleluia. *R.* Et facta ejus intellexerunt. Alleluia.

AD VESPERAS.

Añã. de Laudibus: Psalmi ut in secundis Vesperis de Comuni Apostolorum. Capit. & Hymn. ut in primis Vesperis.

V. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Alleluia.

R. Nimis confortatus est principatus eorum. Allel.

AD MAGNIFICAT.

Añã. O Beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Domini calicem bibere meruit! O gloriosum Hispaniæ Regnum, tali pignore, ac patroro munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est. Allel.

Si occurrat hoc Festum extra tempus Paschale celebrari, serventur Rubricæ Breviarii, & Missalis Romani.

DIE XXV. MAII.

In Festo S. Gregorii VII. Papæ, & Confessoris. Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hic habentur propria.

ORATIO.

Deus in te sperantium fortitudo, qui Beatum Gregorium Confessorem tuum, atque Pontificem, pro tuenda Ecclesiæ libertate, virtute

cons-

constantia roborasti: da nobis ejus exemplo, & intercessione omnia adversantia fortiter superare. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectio-nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Gregorius Papa Septimus, anteà Hildebrandus, Suanæ in Etruria natus, doctrina, sanctitate, omnique virtutum genere, cum primis nobilis, mirificè universam Dei illustravit Ecclesiam. Cum parvulus ad Fabri ligna edolantis pedes jam litterarum inscius, luderet, ex rejectis tamen segmentis illa Davidici elementa oraculi; Dominabitur à mari usque ad mare, casu formasse narratur, manum pueri ductante Numine, quò significaretur, ejus fore amplissimam in mundo auctoritatem. Romam deinde profectus, sub protectione Sancti Petri educatus est. Juvenis Ecclesiæ libertatem à laicis oppressam, ac deprabatos Ecclesiasticorum mores vehementiùs dolens, in Cluniacensi Monasterio, ubi sub Regula Sancti Benedicti austerioris vitæ observantia eo tempore maximè vigeat, Monachi ha-

bitum induens tanto pietatis ardore Divinæ Majestati deserviebat, ut à sanctis ejusdem Coenobii Pátribus Prior sit electus. Sed divina providentia, majora de eo disponente in salutem plurimorum, Cluniáco eductus Hildebrandus Abas primum Monasteriij Sancti Pauli extra muros Urbis electus, ac postmodum Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatus, sub Summis Pontificibus Leone Nono, Victore Secundo, Stephano Nono, Nicolào Secundo, & Alexandro Secundo præcipuis munèribus, & legationibus perfunctus est; sanctissimi, & purissimi consilii vir à Beato Petro Damiano nuncupatus. A Victore Papa Secundo Legatus à látere in Gálliam missus, Lugdúni Episcopum Simoniacam labe infectum ad sui criminis confessionem miraculo adegit. Berengarium in Concilio Turonensi, ad iteratam hæresis abjurationem compulit, Cadolai quoque schisma sua virtute compræsit.

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Mortuo Alexandro Secundo, invitus, & mœrens, unanimi omnium consensu, deci-

decimo Kalendas Maij, anno Christi millesimo septuagesimo tertio, Summus Pontifex electus, sicut sol effulsit in domo Dei: Nam potens opere, & sermone, Ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ, fidei propagandæ, libertati Ecclesiæ restituendæ, extirpandis erroribus, & corruptelis tanto studio incubuit, ut ex Apostolorum ætate nullus Pontificum fuisse tradatur, qui majores pro Ecclesia Dei labores, molestiasque pertulerit, aut qui pro ejus libertate acrius pugnauerit. Aliquot Provincias à simoniaca labe expurgavit. Contra Henrici Imperatoris impios conatus, fortis per omnia athleta, impavidus permansit, seque pro muro domui Israël pōnere non timuit, ac eundem Henricum in profundum malorum prolapsum, Fidelium communione, regnoque privavit, atque subditos populos fide ei data liberavit.

℞. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

Dum Missarum solemnia parageret, visa est viris piis columba è coelo delapsa, humero ejus dextro insidens, alis extensis caput ejus velare,

quo significatum est, Spiritus Sancti afflatu, non humane prudentiæ rationibus ipsum duci in Ecclesiæ regimine. Cum ab iniqui Henrici exercitu Romæ gravi obsidione præmeretur, excitatum ab hostibus incendium, signo Crucis extinxit. De ejus manu tandem à Roberto Guiscardo Duce Northmanno ereptus, Casinum se contulit: atque inde Salernum ad dedicandam Ecclesiam S. Matthæi Apostoli contendit. Cum aliquando in ea Civitate sermonem habuisset ad populum, ærumnis confectus, in morbum iacit, quo se interitum præscivit. Postrema morientis Gregorii verba fuerunt: Dilexi justitiam, & odivi iniquitatem, propterea morior in exilio. Innumerabilia sunt, quæ vel fortiter sustinuit, vel multis coactis in Urbe Synodis sapienter constituit, vir verè sanctus, criminum vindex, & acerrimus Ecclesiæ defensor. Exactis itaque in Pontificatu annis duodecim, migravit in coelum anno salutis millesimo octogesimo quinto, pluribus in vita, & post mortem miraculis clarus, ejusque sacrum corpus in Cathedrali Basilica Salernitana est honorificè conditum.

℞.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ferdinandus Tertius Castellæ, & Legionis Rex, cui Sancti cognomentum jam inde à quatuor sæculis Ecclesiasticorum, & Sæcularium consensus dedere, tantum prudentiæ adolescens adhuc specimen præbuit, ut Berengaria mater Castellæ Regina, à qua persanctè educatus fuerat, abdicatum à se Regnum in filium transtulerit. In eo, adjunctis regni curis regiæ virtutes emicere, magnanimitas, clementia, justitia, & præceteris Catholicæ Fidei zelus, ejusque religiosi cultus tuendi, ac propagandi ardens studium. Id præstitit in primis, hæreticos insectando, quos nulli regi regnorum suorum consistere passus, propriis ipse manibus ligna comburendis damnatis ad rogam advehébat. Præstitit insuper in erigendis, dotandis, & consecrandis Christiano ritu Cordubensi, Giennensi, Hispalensi, & aliarum urbium Ecclesiis, Maurico ereptarum jugo, simulque in instaurandis primariis templis, Toletano, Burgeni, & aliis pia & regia magnificentia.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.
In tertio Nocturno, Homilia S. Hilarij Episcopi: in Evangelium Vigilæ, de Communi Confessoris Pontificis, secundo loco.



DIE XXX. MAIJ.

In Festo S. Ferdinandi Regis Hispaniæ, Confessoris. Duplex i. clas. Cum octava.

Pro omnibus Regnis, ac Dominis Regis Hispaniarum subiectis. Ex concess. SS. D. N. D. Benedicti XIV. sub die 1. Martii 1749.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

Per totam Octavam S. Ferdinandi, fit de Festis occurrentibus cum comm. Octav. juxta Rubricas generales.

ORATIO.

Deus, qui Beato Confessori tuo Ferdinando præliari prælia tua, & Fidei inimicos superare dedisti: concede; ut ejus nos intercessione muniti, ab hostibus mentis, & corporis liberemur. Per Dominum.

In primo Nocturno: Justus si morte, de Communi.

℞. Honestum fecit Pag. 46.
℞. Lect.

Lectio v.

INter hæc per Castellæ, & Legionis Regnum, in quo Patri Alphonso successerat, collectis magnis exercitibus, annuas expeditiones contra Saracenos, Christiani nominis hostes, suscepit. In queis, ut semper vinceret, præcipui exercitus fuere preces piissimi Regis ad Deum fusæ, & quod ante pugnam, ut sibi Deum propitiaret, flagris in se se viebat, atque aspero cilio muniebat corpus: sicque insignes contra ingentes Maurorum acies victorias reportavit, & plures urbes Christiano cultui, imperioque restituit; & conquisitis Gienij, Cordubæ, & Murtiæ Regnis, ac Granatensi vectigali facto, ad expugnandam Hispalim, primariam Baticæ urbem, hortante in visione (ut traditum est) Beato Isidoro, olim illius urbis Episcopo, victricia signa transtulit. In ea obsidione (ut fertur) præsentem divinam opem habuit: nam ferream catenam, quæ super Baticam transversim extensa Mahometanis pro repagulo erat, coorto validiori vento, una ex nâvibus regiis, regis jussu eò delata, tanto impetu fregit, ut longius prætervecta, pon-

tem quoque ligneum & simul spes Maurorum obruperit, & ad deditionem coegerit.

R. Amavit eum. Pag. 46.
Lectio vi.

Tot victorias Beata Virginiis Mariæ patrocinio ferebat acceptas, cujus imaginem secum in castris habens, peculiari cultu prosequabatur. Capta Hispali, prima Religionis cura fuit; nam templum Maurorum expiatum, & Christianorum dedicatum sacris, insigni Archiepiscopatu, & honestissimo Canonicorum, & Dignitatum collegio, regia, & religiosa liberalitate exornavit. Alia deinde in urbe templa, & coenobia erexit, inter quæ pietatis officia, dum trajicere in Africam parat, Mahometanum in ea imperium eversurus, ad coelestem regiam vocatus. In extremo vitæ agone sacram Eucharistiam pro Viatico allatam, fune ad collum alligato, & humistratus cum lacrymis ubertim fufis adorans, eaque dignis reverentiæ, humilitatis, & Catholicæ Fidei obtestationibus accepta, obdormivit in Domino. Jacet ejus corpus in corruptum adhuc post quatuor sæcula in templo máximo Hispalensi, honorificentissimo inclu-

clusum sepulchro.

R. Iste homo perfecit. Pag.

46.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium: Nolite timere pusillus grex, ut in eodem Communi.



FESTA JUNIJ.

DIE III. JUNII.

Quinta die infraoct. Sancti Ferdinandi.

Omnia dicuntur, ut in die Festi. præter Lect. 1. Noct. quæ dicuntur de Scriptura occurrente, & Lect. 2. & 3. Noct. quæ dicuntur, ut infra notantur.

In secundo Nocturno.

Serm. S. Joann. Crisostomi: Beati Ferdinandi dies, cujus Festivi atem, &c. *ut in Cñi. Conf. non Pontif. 1. loco.*

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia S. Fulgentii Episcopi.

Ex Serm. de Confessor.

SI non omnes possunt implere, quod Dominus ait:

Vendite quæ possidetis; illud tamen, quod adjecit, dicens: Date eleemoynam, omnibus est possibile, si adsit bona voluntas; omnibus facile, si non adsit dira cupiditas; omnibus salubre, si ferveat charitas; cunctis debet esse commune, ut omnibus donetur æterna felicitas. Qui ergo tantam virtutem accepit à Domino, ut omnia, quæ in mundo sunt, coelestis regni amore contemnat: quæ habet, vendat, & egenis expendat: qui verò tantæ virtutis nondum est, de his quæ habet, in quantum habet elemosinam faciat.

R. Iste est. Pag. 46.

Lectio viii.

Perfectus possideat primum virtutis locum, imperfectus saltem perveniat ad secundum. Efficiatur ille gloriose dignus, sit iste laudabiliter largus. Sit ille sanctæ paupertatis ardentissimus amator, sit iste sanctorum pauperum piissimus consolator. Hæbeat iste apud Deum patronos pauperes, quos ille se gaudet virtutis habere consortes. Sit ille talis, qui cum Domino judicaturus se deat. Sit iste talis, qui ad dexteram judicandus assistat. Sit ille talis, qui æterna tabernacula perpétuo jure possideat


deat: sit iste talis, quem ille recipiat.

℞. Sint lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

Thesaurum nostrum, fratres, in Coelis ponamus ut etiam cor nostrum in Coelis habere possimus. Necesse est enim ut quò præcesserit dilectionis thesaurus, illuc etiam cogitationis sequatur affectus. Ideò veritas ait: Ubi enim thesaurus vester est, ibi, & cor vestrum erit. Ut ergo in Coelis thesaurizemus, coelestia diligamus. Vis nosse ubi thesaurizas? Attende quid amas. Vis nosse quid amas? Attende quid cogitas. Ita fiet, ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum indicio tuæ cogitationis intelligas.

Te Deum laudamus.



DIE IV. JUNIJ.

Sexta Die infraoct. Sanct. Ferdinandi.

In secundo Nocturno.

De serm. Sancti Jaonis Chrysostomi

Lectio iv.

De S. Philogonio, ant. med.

AD hanc beatam requiem transiit Beatus Ferdi-

nandus: quænam igitur oratio par sit viri laudibus, quem Deus tam felici sorte dignatus est? Non est ulla. Sed age, dic mihi, num idcirco silebimus? Et cujus rei gratia convenimus? An dicemus, nos haud posse magnitudinem gestorum oratione consequi? Atqui ob hoc ipsum necessè est dicere, quandò quidem hæc est præcipua laudum illius pars, quod factis verba æquiparari non possint. Nam quorum benefacta naturam etiam superant mortalem, perspicuum est, quod horum laudes excedunt linguam humanam. Haud tamen ob id aspernabitur officium nostrum quod pro viribus præstamus, sed suum imitabitur Dominum: siquidem, & ille viduæ duos tantum obolos dejicienti in gazophylacium, non tantum duorum obolorum mercedem, sed multo amplius reddidit.

℞. Honestum fecit Pag. 46.

Lectio v.

Proinde, quamvis nostræ facultates exiguæ sint, minimique pretii, attamen, quæ possumus, offerimus. Ea licet non respondeant magnitudini meritorum animæ præclari justique Ferdinandi, tamen hoc ipsum celsitudinis illius máxi-

máximum fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem faciat, quod solent divites. Si quidem illi, cum acceperint á tenuibus exigua, quibus non egent, sua vicissim apponunt, remunerantes eos, qui, quod poterant, obtulerint. Itidem, & hic, cum acceperit á nobis laudem verbis peractam, qua nequaquam eget, redonabit nobis per ipsa facta benedictionem, qua semper uti possimus.

℞. Amavit eum Pag. 46.

Lectio vi.

Unde igitur laudationem illius auspicabimur? An á magistratu, quem spiritus illi tradidit gratia? Nam mundani Magistratus nequaquam possunt Christianorum demonstrare virtutes, quin potius frequenter habent accusationem malitiæ. Quam ob causam? Quoniam, & sollicitudines amicorum, & circumcurrationes, & adulationes, aliæque permulta his foediora tales Magistratus solent conciliare. Ceterum ubi Deus suo suffragio designarit aliquem, incorruptum suffragium, alienum ab omni suspitione iudicium, indubitata fuerit delecti comprobatio propter ejus

qui delegit auctoritatem.

℞. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia S. Petri Chrisologi.

Ex Serm. 22.

Præmia statuuntur iis semper, quibus certamina dura proponuntur: ac pro magnitudine certaminis, præmiū proponitur magnitudo. Hinc est, quod discipulis suis Christus regnum ponit in præmio, ut in certamine non cedant periculis, non timori. Pericula despicit, qui tendit ad regnum, victoriæ cupidus nescit timere. Nolite timere, inquit, pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Grex pusillus mundo, magnus Deo: pusillus, quia gloriosos vocat eos, quos instituit ad ovium innocentiam, & mansuetudinem Christianam.

℞. Iste est. Pag. 46.

Lect.

Lectio viii.

ADjécit quid faciendum sit regnaturis: Véndite, quæ possidetis. Non potest dominari omnibus, nisi his qui propriis non tenentur. Dejecta mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum: jacens animus plebejus nummulum thesauris regalibus anteponit. Pauper sensus parvis incubans, perdit magna: & inhians temporalibus, deserit sempiterna. Homo, tali monitu Christus te ditare voluit, non nudare: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari sacculos imperavit: jussit te transferre, non perdere.

℞. Sint lumbi vestri. Pag. 46.

Lectio ix.

PLus consilio patris agit, quam jure dominantis. Inter insidias latronum, & tinearum morsus quare tua recondas, objurgat: pervigiles noctes, dies anxios, sollicita tempora ne tibi ipse facias, commoneris. Auri custos, servator argenti securitatem non habet, nescit quietem; & cui deest securitas, quies perit; poena dives est ille, non censu. Thesaurum non deficientem in

coelo: hoc est dicere: Ubi ego sum, ibi ponite: date mihi, ego servo. Homo, da Patri, crede Deo: quia & heredi Pater, & Deus homini creditum non negabit: tenere tua non potest, quia sua dedit.

Te Deum laudamus.

Oratio ut in Breviario.

DIE V. JUNII.

Septima die infra oct. Sancti Ferdinandi.

In secundo Nocturno.

De Sermone Sancti Joannis Chrisostomi.

Unde supra, Paulo post.

Lectio iv.

QUantum autem sit pietatis argumentum, quod Deus illum tanto magistratu dignum judicavit, audi, Christus excitatus a morte, quid dicit Petro? Postquam enim illum interrogasset: Petre amas me? Isque respondisset: Tu Domine scis, quod amo te, dicit illi: Si diligis me, pasce oves meas. Hoc autem dicebat, non solum ut nobis certissime declararet, quantum ipse diligeret Petrus: verum etiam, ut palam faceret; quantum haberet be-

nevo-

nevolentiam erga suas oves. Itaque si quis voluerit illi commendatus esse, curam habeat ovium illius, publicam quærat utilitatem, fratrum suorum salutem prospiciat.

℞. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

NULLUM enim officium hoc Deo charius est, & ob id alicubi dicit: Simon, Simon, expetivit te Satanas, ut cribraret te tamquam triticum, sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Quid igitur hujus sollicitudinis curæque præmium mihi rependis? Eandem curam, quam nobis impendit, reposcit. Nam, & tu, inquit, aliquando conversus confirma fratres tuos. Neque prorsus alia res est, quæ perinde declarat doceatque quis sit fidelis, & amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat sollicitudinem.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

HÆC omnes audiant & monachi, qui montium occuparunt cacumina, quique in modis omnibus se ipsos mundo crucifixerunt, quo pro viribus Ecclesiarum præfectos adju-

vent, horumque curas leniant precibus, concordia, charitate; scientes quod nisi modis omnibus opitulentur iis, qui tot periculis objiciuntur, per gratiam Dei, totque negotiorum curas sustinent, quibuscumque possunt rationibus auxiliantur, quamquam procul habitantes, & victus sors ipsis perisset, & tota in scopulum impègisset sapientia.

℞. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 12.

IN illo tempore, dixit Jesus Discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

De Homilia S. Petri Chrysostoli.

Ex Serm. 23.

AUdistis hodie, quemadmodum Dominus Pastoralis jubilo clangorem tubæ celestis adjunxit, ut diu inclinatatas ovium mentes ad divina tolleret, cæleste protinus promoveret ad regnum. Acquisivit humilitas, superbia quod ami-

amisit: & grex pusillus, ac mitis, totas, & varias edomuit propria mansuetudine feritates: pusillus grex vicit, ac fregit tot genera bestiarum, quot diversitates subdidit jugo Christi nationum.

℞. Iste est. Pag. 46.

Lectio. viii.

GRex pusillus, ac mitis diu contentus occidi, diu devorari passus est, donec gentilis sævitia sanguine saciata, vel carnibus, Evangelici pabuli suavitate, & divini fontis fluente degustans, totum contagium sæculi evitaret, & pastum: atque in hominem rediret ex bestia, qui ex homine fuerat dilapsus in bestiam. Hoc sensisse antè Prophetas, hoc Apostolos implisse, hoc pertulisse martyres constat, attestante illo qui dicit: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis. Ut verò iste grex novi ordinis aggrederetur prælium, ubi vivit ille, qui fuit occisus; imitatus est suum Regem, illum securus est Agnum, qui sicut ovis ad occisionem ductus est.


℞. Sint lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

Tibi ergo Rex tibi sacerdos, tibi pastor, tibi

sacrificium, tibi ovis, tibi agnus, tibi totum factus est, qui fecerat totum. Et qui sibi numquam, tibi toties immutatur, propter te varias monstratur in formas, qui manet unica suæ maiestatis in forma. Et quid plura? dat se tibi Deus homo, ut ferre potes; quia ut est, tu non potes sustinere.

Te Deum laudamus.



DIE VI. JUNII.

IN DIE OCTAVA

S. Ferdinandi.

*Omnia ut in die Festi, præter
Lectioes quæ sequuntur.*

*Lect. i. Noct. de Scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno.

De Sermone Sancti Bernardi
Abbatis.

Sermon. 2. de S. Victore.

Lectio iv.

GAudete in Domino, dilectissimi, qui inter continua suæ pietatis beneficia indulsit hominem mundo, cujus multi salvarentur exemplo. Iterum dico gaudete, quòd factus de medio appropriavit Deo, ut multò plures ejus intercessionis

sione

sione salventur. In terris visus est, ut esset exemplo: in coelum levatus est, ut sit patrocinio. Hic informat ad vitam, illic invitatur ad gloriam. Factus est mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, totum in nos transferre desiderat, & supplicantis affectum, & supplicationis fructum. Quid enim querat sibi, qui nullius eget?

℞. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

HÆc dies gloriosæ migrationis ejus, dies lætitiæ cordis ejus: exultemus, & lætemur in ea. Introivit in potentias Domini, gaudeamus: quia nunc potentior est ad salvandum. Hodie Ferdinandusposito corpore, tanto alacrior, quanto expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloria Sanctorum. Hodie despecto mundo, & mundi principe triumphato, supra mundum victor ascendit, accipiens de manu Domini coronam victoriæ. Ascendit autem cum imensa suppellectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus. Sedet veteranus miles, debita jam suavitate, & securitate quietus: securus qui-

dem sibi, sed nostri sollicitus. O venerandam etiam ipsis Angelis sanctitatem, quam pari studio, etsi dispari voluntate, & mali fugitant, & frequentant boni. Nec facile dixerim, quid virum astruat sanctiorem, horum favor, aut pavor illorum.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

OMiles emerite, qui Christianæ militiæ duris laboribus Angeliæ felicitatis requiem commutasti: respice ad imbelles, & imbecilles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios, & spirituales nequitias tuis laudibus occupamur. Quam pium, quam dulce, quam suave, ò Ferdinande, in hoc loco afflictionis & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari Nomen tuum, & memoriale num, favus distillans in labiis captivorum, mel, & lac sub lingua eorum, qui tui memoria delectantur. Eja ergo fortis at hleta, dulcis patrone, advocate fidelis, exurge in adiutorium nobis; ut, & nos de nostra ereptione gaudeamus, & tu de plena victoria gloriaris.

℞. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum
Lucam.

Lectio vii. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus
Discipulis suis: Nolite time-
re pusillus grex: quia compla-
cuit Patri vestro dare vobis
regnum. Et reliqua.

De Homilla S. Petri Chryso-
logi.

Ex Sermone 25. in initio.

Hodiè Dominus Evangeli-
ci gregis pusilla, & téné-
ra primordia quam blanda
exortatione sit consolatus, au-
distis. Aufert spes anxias, du-
bios tollit eventus, omnemque
propellit, & excludit timorem,
quando in exordio ipso reg-
num nascentibus pollicetur.
Quis de victu, quis de vestitu,
quis de plebejo censu, & ver-
nalis cespitis vilitate suspirat,
de regno certus, de domina-
tione securus? Satis sibi invi-
det, qui elevatus ad summa,
ipse se ad humilia dejicit, ad
egéna deponit.

Rz. Iste est, qui, Pag. 46.

Lectio viii.

Sed scire convenit, Pater
iste qui est, vel qualis est,
vel quod regnum suis filiis re-
promittit. Quis sit iste Pater,

quotidiè te confitentè cogno-
cis, cum clamas: Pater nos-
ter, qui es in Coelis. Qualis
autem sit, ipsa operum mag-
nitudine pervidisti. Ex nihilo
fecit coelum, terram solidavit
ex liquido, montes statuit ad
statéram, mária intra legiti-
mos terminos sola præcepti
auctoritate conclusit. Verum
si regni, quod promittit pusil-
lis, desideras nosse qualitatem,
ipse áperit, sic dicendo: Sinite
párvulos venire ad me; talium
est enim regnum coelorum:
Esse in Coelo, mirum est: in
coelo vivere, est majestatis.

Rz. Sint lumbi vestri. Pag. 46.

Lectio ix.

Quid ergo cum terra illi,
qui possidet coelum?
quid illi cum humanis,
qui indeptus est jam divi-
na? Nisi forte placent gemi-
tus, eliguntur labores, ama-
tur pericula, péssima mors
delectat, & illata mala bonis
sunt gratiora collatis. Sed vi-
deamus, quod dat Pater tan-
tus consilium regnaturis. Ven-
dite quæ possidetis, & date
elemósynam. Si victuros vos,
si regnuros, si vos jam di-
vites esse creditis in supernis,
ubi futuri, quò migraturi, ubi
regnaturi estis: vos illa, quæ
vestra

vestra sunt, jam præcedant:
opes miseras misericordia
computate: quæ humana sunt
in divina convertite.

Te Deum laudamus.



DIE X. JUNII.

In Festo Sanctæ Margaritæ
Reginæ Scotiæ Viduæ.
Semiduplex.

*Omnia de Communi Sancta-
rum, nec Virginum, nec Mar-
tyrum, præter ea, quæ hic ha-
bentur propria.*

ORATIO.

DEus, qui Beatam Mar-
garitam, Reginam, exi-
mia in pauperes charitate mi-
rabilem effecisti: da, ut ejus
intercessione, & exemplo, tua
in cordibus nostris charitas
jugiter augeatur. Per Dñum.

*In primo Nocturno: Lectiones
de Scriptura occurrentes.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Margarita, Scotorum Re-
gina, paterno Angliæ
Regum, materno Cesarum
sanguine clarissima, illustrior
adhuc fuit Christiana virtute.
Hæc in Hungaria nata, ubi
pater tunc tēporis exulabat,
post exactam summa cum pie-

tate puerilem ætatem, uná
cum genitore, qui à sancto
Eduardo patruo, Anglorum
rege, ad paterni regni fasti-
gium vocabatur, in Angliam
venit: mox, alternante pa-
rentum fortuna, ex Angliæ lit-
tore solvens, vi tempestatis
expulsa, seu veritús divinæ pro-
videntiæ consilio deducta est
in oram maritimam Scotiæ.
Ibi cum ex matris imperio
Malcholmo, tertio Scotorum
regi, egregiis ejus dotibus cap-
to, nupsisset, sanctimonix, ac
pietatis operibus, triginta,
quibus regnavit, annis toti
regno mirificè profuit.

Rz. Propter veritatem. Pag. 48.

Lectio v.

Inter regales delicias corpus
afflictationibus, ac vigiliis
mácerans, magnam noctis par-
tem piis precationibus extra-
hebat. Præter alia jejunia, quæ
identidem usurpabat, inté-
gros quadraginta dies ante
natalitia festa tanta cum se-
veritate jejunare consuevit, ut
ne in gravissimis quidem do-
loribus intermiserit. Divino
cultui addictissima, templa
plurima, & coenobia par-
tim ex integro excitavit,
partim resarcivit, & sacra
suppellectili, ac largo censu

Gg 2 dita

ditavit. Regem conjugem ad meliorem frugem, & ad similia suis exercitationibus opera saluberrimo exemplo traduxit, liberosque omnes tam sanctè, & feliciter educavit, ut eorum plerique quemadmodum, & Agatha mater, & Christina soror, sanctissimum vitæ genus amplexi sint. Universi demùm regni felicitati cõsulens, à vitijs omnibus, quæ furtim irrepserant, populos expurgavit, eisque mores Christiana pietate dignos restituit.

℞. Dilexisti justitiam. Pag. 48.

Lectio vi.

Nihil tamen æquè in illa mirabile fuit, ac flagrantissima charitas erga proximos, præsertim egénos, quorum numerosis grégibus non modò stipem áfatim suppeditare, verum etiam trecentis quotidie materna benignitate dapes præbere, flexis genibus in morem ancillæ ministrare, regiis manibus pedes abluere, & pressis etiam osculis ulcera fovere, solempne habuit. His porrò, aliisque piis sumptibus non regias tantum vestes, & pretiosa monilia distraxit, sed ipsum non semel exhaustit ærarium. Toleratis demùm ad pa-

tientia miraculum acerbissimis doloribus, animam semetri corporis ægrotatione purgatam, Autori suo quarto Idus Junii reddidit. Quo temporis momento facies ejus diuturni morbi macie, ac palóre foedata, insólita quadam venustate reffloruit. Miris etiam post mortem prodigijs clara, & Clementis Decimi auctoritate in Scotiæ Patronam accepta, ubique terrarum religiosissimè colitur.

℞. Fallax gratia. Pag. 48.

In tertio Nocturno, *Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile est regnum cœlorum thesauro, ut in eodem communi.*

DIE XII. JUNII.

In Festo S. Joannis à S. Facundo Confessoris Duplex.

Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter sequentia.
ORATIO.

Deus auctor pacis, & amator charitatis, qui Beatum Joannem Confessorem tuum mirifica dissidentes componendi gratia decorasti, ejus meritis, & intercessione concede: ut in charitate divi-

na firmati, nullis tentationibus ab ejus integritate divellamur. Per Dñm. nostrum.

In primo Nocturno, *Lectio- nes de Scriptura occurrentes.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Joannem Sahaguni in Hispania nobili genere natum, parentes cum diu prole caruissent, pijs opéribus, & orationibus à Deo impetrarunt. Ab ineunte ætate egregium futuræ sanctitatis specimen dedit; nam è loco superiori ad ceteros pueros crebrò verba faciebat; quibus eos ad virtutem, & Dei cultum hortabatur, eorumque dissidia componebat. In patria monachis S. Facundi Ordinis S. Benedicti primis litterarum rudimentis imbuendus traditur. Dum iis óperam daret, curavit Pater, ut Párochus Ecclesiam administraret, quod munus juvenis nullis rationibus adduci potuit, ut retineret. Inter familiares Episcopi Burgensis adscriptus, ob spectatam ipsius probitatem intimus ei fuit, ab eoque Présbyter, & Canonicus factus, multis beneficijs auctus est. Sed relicta aula Episcopi, ut Deo quietius serviret, omnibus Ecclesiæ proventibus ab-

dicatis, se cuidam Sacello ad-dixit, ubi sæpè quotidie faciebat, ac de rebus divinis magna cum auditorum ædificatione frequenter concionabatur. ℞. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

Postea studiorum causa Salmanticam profectus, in célebre Collegium Divi Bartholomæi cooptatus, Sacerdotis munus ita exercuit, ut simul optatis studiis incumberet, & in sacris etiam concionibus assiduè versaretur. Cum verò in gravissimum morbum incidisset, arctioris disciplinæ voto se obstrinxit, quod ut redderet, cum prius cuidam pauperi penè nudo ex duabus, quas tantum habebat vestes, meliorem dedisset, ad Coenobium Sancti Augustini severiori disciplina tunc maximè florens, se contulit, in quo admissus, obedientia, animi demissione, vigilijs, ac oratione provectiores anteibat. Triclinii curam cum ipsi demandata esset, vini doliolum, ipso attingente, omnibus Monachis per annum abundè suffecit. Exacto tyrocini anno, Præfecti jussu munus concionandi suscepit. Salmanticæ id temporis adeo cruentis factionibus divina,

humanaque omnia permixta erant, ut singulis propèmodum horis cædes fierent, & omnium ordinum, ac præsertim nobilium sanguine non viâ solùm, & fora, sed templa etiam redundarent.

R. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

AT Joannes tum concionibus, tum privatis colloquiis civium animos demulcens, ad tranquillitatem urbem reduxit. Virum principem graviter offendit, quod illius in subditos sævitiam increpasset. Qua de causa equites duos immisit, qui eum in itinere confoderent. Jamque ad ipsum propinquaverant, cum stupore divinitus immisso, simul cum equis immobiles steterunt, donec ad pedes sancti viri provoluti, sceleris veniam precarentur. Ipse quoque princeps repentino terrore perculsus, jam de salute desperaverat, cum revocato Joanne, facti poenitens, incolumitati redditus est. Factiosi etiam homines, cum eum fustibus peterent, brachiis diriguere, nec antè redditæ vires, quam delicti veniam precarentur. Christum Dominum, dum Sacrum faceret, presentem conueri, atque ex ipso Divinita-

tis fonte coelestia mysteria haurire solitus. Abdita cordis inspicere, ac futura rarè eventu præ sagire, frequens illi fuit; Fratrisque filiam septennem mortuam excitavit. Denique mortis die prænuntiato, & Ecclesiæ Sacramentis devotissimè susceptis, extremum diem clausit: multis ante, & post obitum miraculis gloriosus: Quibus ritè probatis, Alexander Octavus Sanctorum numero eum adscripsit.

R. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papæ super Evangelium: Sicut dumbi vestri, de eadem Communi.

DIE XVI. JUNII.

In Festo S. Joannis Franciscæ Regis Confessoris. Semid. antè 24. Maii.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

DEus, qui ad plurimos pro salute animarum perfectos labores Beatum Joannem Franciscum Confessorem tuum mirabili charitate, & invicta patientia decorasti:

COR-

concede propitius, ut ejus exemplis instructi, & intercessionibus adjuti æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dominum nostrum, &c.

In primo Nocturno: Lectio- nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Joannes Franciscus Regis nobili genere natus in oppidulo Narbonensis Galliæ, cui nomen Fonscopertus, eximia sanctitatis à teneris annis indicia præbuit. In eo jam tum eluxere mira morum innocentia, flagrans Orationis studium, pudor, & modestia singularis. Societatem Jesu ingressus Tolosæ anno ætatis decimo nono, humilitate, obedientia, charitate, odio sui, ceterisque vitæ Religiosæ virtutibus exceluit. Absolutis studiis, totum se procurandæ animarum saluti penitus devovit. Asperos Vivariensium, Velaunorum, & Forensium montes, & ingentes Helviorum tractus, glacie, nivibusque ferè perpetuis horridos, eorumque colonos, inscitia, rusticitate, barbarie intractabiles, suscepit excolendos, eo successu, ut innumerabiles homines, aut Calviniana lue-

infectos, aut perditis moribus corruptos, ad Catholicam fidem, & ad christianam pietatem traduxerit.

R. Honestum. Pag. 46.

Lectio v.

Campestribus Missionibus hyberno tempore perfunctus, æstivo revertebatur Anicium, ibique in Nosocomiis, & in carceribus, in privatis ædibus, in compitis, ac templis omne hominum genus omnibus omnia factus sublevabat. Pauperum greges, corrigatis undique subsidiis, præsertim cum seiret fames, multiplicato etiam non semel per miraculum frumento, sustentabat: Unde illi Patris pauperum cognomen inditum fuit. In flagitiosis hominibus, & perditis presertim mulierculis, è vitiorum coeno educendis, vix credibile est, quot probra, ludibriaque pertulerit, erecto semper, & alacri vultu imperterritus, licet gladiis jùgulo sæpe admotis, alapis ori impactis, & fustibus corpori. Grassante peste infirmos eo morbo laborantes sedulo invisens, ardenti reficiebat charitate. Erga alios blandus, ac beneficus, in se ipse sæviebat acerrimè, ásperis ciliciis, ferreis catenis, cruentis flagella-

tio-

tionibus, somnum breviter in auda tabula, aut humi carpens, semper abstemius, vilissimoque semper victitans cibo, & adeo tenui, ut arcendæ morti potius, quam sustentandæ vitæ sufficeret.

Be. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Divino amore sic erat incensus, ut illum unum spirare, loqui, cogitare videretur. Plures noctis horas orationi dabat, cœlestibus afluens deliciis, & extra se sæpè raptus, rem divinam ea animi attentione, eo vultus ardore faciebat, ut sacrum, quo effervescebat, ignem, etiam in adsistentes diffunderet. Miraculis, aliisque donis supernaturalibus mirè claruit. Tandem vocatus ad præmia laborum, in Vienensis Diœcesis pago, cui nomen est Lalovescus, correptus lethali morbo ex laboribus contracto, cum se vires hyems frigidissima, cœlestibus recreatus illustrationibus, ad æterna gaudia invitatus, spiritum Creatori reddidit anno millesimo sexcentesimo quadragesimo, die trigesima prima Decembris, vitæ suæ quadragesimo quarto. Ejus sepulchrum incredibili populorum per asperos montes

undique confluentium concursu, ob sanctitatis, & miraculorum famam, quæ maxime percrebescebat, summa devotione est frequentatum. Quibus omnibus permotus Clemens XI. Pontifex maximus, Joannem Franciscum anno millesimo septingentesimo decimo sexto, Beatorum fastis adscripsit. Clemens verò XII. anno millesimo septingentesimo trigesimo septimo novis in dies fulgentem miraculis in Sanctorum Album ritu solemniter retulit decima sexta Junii die, quam ejusdem postea celebrandæ festivitati Benedictus XIV. assignavit.

Be. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium: Sicut lumbi vestri præcincti.

Missa: Os justi, de Communi, cum oratione de Officio.

DIE XVIII. JUNII.

In Festo Sanctorum Martyrum Cyriaci, & Paulæ Virginis.

Duplex.

Omnia de Communi plurimorum Mart. præter ea, quæ hic assignantur propria.

ORA-

ORATIO.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut familia tua, quæ Sanctorum Martyrum tuorum Cyriaci, & Paulæ triumphis gloriatur, fiat in Christi tui amore ferventior: & quos patronos veneratur in terris; pios apud te intercessores habere mereamur in cœlis Per eundem Dominum.

Et fit Commemor. Sanctorum Marci, & Marcelliani Marty. ut in Laudibus.

In primo Nocturno: Lektionen de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Quo tempore immanis illa Diocletiani, & Maximiani persecutionis rabies in Christi quæque membra furens desævit; tanta Martyrum extitit laureata multitudo, quo duravit decennio: ut intra unum mensem decem, & septem millia Christianorum martyrii palmam sint consecuti. Tunc Hispania nostra strenuis Christi militibus abundat, fulget Boetica Sanctorum confessione præclara, carceres, & ergastula replentur Martyrum turmis, tribunalia Christi confessionem resonant, respuantur idola, sanguinem sacrum homines Deo

digni vitæ prodigi fundunt. Aspiceres tunc Hispani Rufinam, & Justam cum Diogeniano pugnare: Casaraugustæ Eneratidem nobilibus sociis stipatam, crudeli Daciano cervices lætissimè tradere; Innumerabilem martyrum corpora illius jussu ibidem igne cremari: Valerium, aliosque sacros Antistites dira pati, & exulare: Toleti Leocadium custodia detentam occumbere: Compluti tenellos Pastorem, & Justum, tabellis litterariis in schola abjectis, spontè Dacianum adire, mortem oppetere, jugulumque carnifici exultantes offerre: Córdoba Aciscum, & Victoriam fratres de Dione triumphare: Malacæ quoque Cyriacum, & Paulam animas pro Christo libentissime dare; alios denique alibi dira supplicia, & mortem pati. Quod longum nimis esset enarrare.

Be. Sancti tui Domine. Pag. 43.

Lectio v.

Præclarissimi ergo athleta Christi Cyriacus, & Paulæ virgo Malacæ pagano judici sistuntur, cui suæ fidei rationem dant: pro qua etiam tuenda, innumera suppliciorum cruciamenta perpessi sunt. Et

Hh

cum

cum ab ea nullatenus dimoveri possent, impius iudex vitam illis addimere tentans, lapidibus impeti mandat. Martyres sacri læti properant ad pugnam, animosi lapides excipiunt, saxis sacra corpora tunduntur, lapidibus obruti occumbunt. Et inter ipsa crepitanter saxa animas cœlo reddiderunt circa trecentisimum salutis annum decimo quarto Kalendas Julij: Sacro Martyrum sanguine nobilis Malacitana Civitas est purpurata. Quæ post sexcentos septuaginta annos à perfidis Mahometanis possessa, in Christianorum ditionem reddiit decima nona Augusti, anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo septimo, catholicis Ferdinando, & Elisabetha regnantibus, qui ipsa die nobilissimam capientes civitatem, ovantes sunt ingresi.

R. Verbera carnificum. Pag. 43.

Lectio vi.

Cum autem præfati Reges Mahometi spurcitiâ ab urbe Malaca expellunt, lætantes pro parta victoria gratias rependant Deo: ac Innocentium Octavum Petri cathedram tunc moderantem, victoriæ adeptæ conscium faciunt.

Quibus pro capta victoria, fideque ad domicilium antiquum restituta, lætus Romanus Pontifex rescribit, certos faciens catholicos Principes Malacitanam urbem sanctorum Cyriaci, & Paulæ martyrii sacratam: quodque Prothomartyri Sthéphano lapidibus obruti fuerunt similes. Quare sacri martyres in tutelares, & patronos ab incolis sunt asciti, sacro illorum nomini templo structo. In quorum celebri festo Clerus, Senatusque solemniter, & frequentiter coactu ad sacram ipsorum ædem convenientes sanctorum Martyrum præciosissimæ in conspectu Domini mortis memoriam, festivis gaudiis quotannis cœlebrant.

R. Tamquam aurum. Pag. 43.

In tertio Nocturno, Homil. S. Gregorii Papæ in Evangelium: Cum audieritis prælia, de Comuni plurimorum Martyrum.

Nona Lectio de Sanctis Marco, & Marcelliano martyr. ut in Breviar. In Laudibus fit commemor. de Ss. Marco, & Marcelliano marty. ut in primis Vesperis.

DIE

DIE XIX. JUNII.
In Festo S. Julianæ de Falconeris Virginis. Dup.

Omnia de Commune Virg. exceptis iis, quæ hic propria ponuntur. Ad Vesperas, & Matutinum.

Hymnus.

Cœlestis Agni nuptias
O Juliana dum petis
Domum paternam desêris,
Chorumque ducis virginum.
Sponsumque suffixum Cruci
Noctes, diesque dum gemis,
Doloris iccta cuspide
Sponsi refers imaginem.

Quin septiformi vûlnere
Fles ad genu Deiparæ
Sed crescit infusa fletu,
Flammasque tollit charitas.

Hinc morte fessam proxima,
Non usitato te modo
Solatur, & nutrit Deus,
Dapem supernam porrigen.

Æterne rerum Conditor,
Æterne Fili par Patrî,
Et par utrique Spiritus,
Soli tibi sit gloria. Amen.

ORATIO.

DEus, qui Beatam Julianam virginem tuam, extremo morbo laborantem, pretioso Filii tui corpore mirabiliter recreare dignatus es:

concede quæsumus; ut, ejus intercedentibus meritis, nos quoque eodem in mortis agone refecti, ac roborati ad coelestem patriam perducamur. Per eundem Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrentes.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

JULIANA ex nobili Falconeris familia, clarissimo patre, qui templum Deiparæ ab Angelo salutata ære suo magnificentè à fundamentis Florentiæ, ut nunc visitur, erexit, matre Reguardata ambobus jam senescentibus, ac ad id tempus sterilibus, nata est anno millesimo ducentesimo septuagesimo. Ab incunabilis non exiguum futuræ sanctitatis specimen dedit; vagientibus quippe labris, suavissima Jesu, & Mariæ nomina ultro proferte audita est. Pueritiâ postmodum ingressa, totam se christianis virtutibus mancipavit, in quibus adeo excelluit, ut beatus Alexius Patruus, ejus institutis, ac exemplis instruebatur, matri dicere non dubitaverit, ipsam non feminam peperisse, sed Angelum; nam ita modesto vultu, animoque ab omni, vel levissima erroris

Hh 2

ma-

macula pura fuit, ut oculos numquam in toto vitæ cursu ad hominis faciem intuendam erexerit, auditoque peccati vocabulo contremuerit; imò, sceleris narratione percussa, illicò propè exanimis corruerit. Expleto nondum decimo quinto ætatis suæ anno, re familiaris, licet opulenta, terrenisque posthabitis auptiis, Deo virginatam in manibus Divi Philippi Penitii solemniter vovit, ab eoque omnium prima religiosum Mantellatarum habitum, ut dicunt, sumpsit.

℞. Propter veritatem. Pa. 47.

Lectio v.

Iulianæ exemplum secutæ sunt plurimæ ex nobilioribus familiis féminae, ac mater ipsa filiae sese religiosè instituendam dedit, ita ut, aucto paulatim numero, Ordinem Mantellatarum instituerit, ac illi piè vivendi leges summa prudentia, ac sanctitate traderit. Ejus virtutes cum optimè perspectas Divus Benitius haberet, morti proximus, nulli melius quàm Julianæ, non fémimas tantùm, sed & totum Servorum Ordinem, cujus propagator, & moderator extiterat, commendatum voluit. Verum ipsa demissè semper de se cogitabat, & cum cetera-

rum esset magistra, in re quaque domestica, licèt villi sororibus famulabatur. Assiduitate orandi integras insumebat dies, in extasim sepius raptata, & si reliquum, in sedandis civium dissidiis, criminosis & via iniquitatis retrahendis, ac inserviendis impendebat ægrotis, quorum quamdòque saniam ex ulcèribus manantem admoto ore lambens, eos sanitati restituebat. Corpus suum flagris, nodosis funiculis ferreis cinctis, vigiliis, humi nudæ cubando, térerè solita fuit. Parcissimè cibo, & hoc villi, quatuor hebdomadæ diebus, & reliquis duobus solo Angelorum pane contenta, excepto die Sabbathi, quo pane solo, & aqua nutriebatur.

℞. Dilexisti justitiam. Pag. 47.

Lectio vi.

Dura hujusmodi vivendi ratione in stomachi morbum incidit, quo ingravescente, cum septuagesimum ætatis annum ageret, ad extremum vitæ spacium redacta est. Diurnæ valetudinis incommoda hilari vultu, constantique animo pertulit: de uno tantùm conquæri audita est, quod cum cibum capere, ac retinere nullo modo posset,

ab

ab Eucharistica mensa ob Sacramenti reverentiam arceretur. Verum his in angustiis constituta, Sacerdotem rogavit, ut allatum Divinum Panem, quem ore sumere nequibat, pectori saltem exterius admoveret. Precibus illius morem gessit Sacerdos; & mirum! Eodem temporis momento, divinus Panis disparuit, & Juliana sereno, ac ridenti vultu expiravit. Res supra fidem tandiù fuit, donec virgineum de more curaretur corpus; inventa enim est circa sinistrum pectori latus carni veluti sigillo impressa forma Hostiæ, quæ Christi crucifixi effigiem repræsentabat. Hujus prodigii fama cæterorumque miraculorum, non Florentiæ tantum, sed totius Christiani orbis venerationem illi conciliavit, ac per quatuor propè integra sæcula aded aucta est, ut tandem Benedictus Papa Decimus tertius in ejus celebritate officium proprium recitare ab universo Ordine B. Mariæ Virginis Servorum jussit; Clemens verò Duodecimus munificentissimus ejusdem Ordinis protector novis in dies miraculis coruscantem sanctarum Virginum catalogo adscripsit.

℞. Afferentur Regi. Pag. 47.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile erit regnum coelorum decem Virginitibus.

Nona Lectio Ss. Gervasii, & Protassi, & commemor. ad Laudes. Missa de Commun. Virg. Dilexisti: In secundis Vesper. commemorat. S. Sylverii Pap. & Martyris.



DIE XXI. JUNII.

In Festo Sancti Aloysij Gonzagæ Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter propria.

ORATIO.

Cælestium donorum distributor Deus, qui in Angélico Juvène Aloysio miram vitæ innocentiam parî cum pœnitentia sociasti; ejus meritis, & precibus concede, ut innocentem non secuti, pœnitentem imitemur. Per Dominum, &c.

Lect. 1. Noct. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Aloysius, Ferdinandi Gonzagæ Castellidnis Stive-

rerum Marchionis filius, festinato propter vitæ periculum baptismo, prius coelo, quam terris nasci visus; primam illam gratiam tam constanter retinuit, ut in ea confirmatus crederetur. A primo rationis usu, quo se Deo statim obtulit, vitam duxit quotidie sanctiorem. Novennis Florentiæ ante aram B. Virginis, quam parentis loco semper habuit, perpetuam virginitatem vovit; eamque, insigni Dei beneficio nulla mentis, aut corporis pugnantentatam servavit. Reliquas animi perturbationes coepit ætate illa tam fortiter comprimere, ut ne primo quidem earum motu deinde incitaretur. Sensus etiam, oculos præcipuè, ita cohibuit, ut non modò illos numquam in faciem intenderit Mariæ Austriacæ quam plures annos inter honorarios Hispaniarum Principis ephebos ferè quodiè salutavit: sed à matris etiam vultu contineret. Homo propterea sine carne, aut Angelus in carne merito appellatus.

Re. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

Adjecit sensuum custodia corporis cruciatum. Tria singulis hebdomadis jejunia,

eaque plerunque modico pane, & aqua tolerabat. Quamquam perpetuum fuisse per id tempus ipsius jejunium vidèri potest; cum ejus prædianferme vix unciam æquarent. Sæpè etiam ter in die se fimoibus, aut catenis cruentabat: flagella quædòque canum loris, cilia equorum calcaribus supplevit. Mollem lectulum clam injectis asserum fragmentis asperabat, eo etiam, ut citius ad orandum excitaretur: magnam quippè noctis partem, summa etiam hieme, solo tectus indusio, pòsitis humi genibus, vel præ languore jacentis, ac pronus, in celestium contemplatione traducebat. Interdium quoque tres, quatuor quinque horas in ea persistabat immotus? donec unam saltem animo nusquam distracto percurrisset. Cujus constantiæ præmium fuit stabilitas mentis inter orandum alio non vagantis; imò perpetua velut éxtasi in Deo defixa. Ei demum ut unice adhereret, victo post triennale acerrimum certamen Patre, & àviti Principatus jure in fratrem translato, Societati Jesu, ad quam celesti voce Matriti fuerat accitus, Romæ se adjuunxit,

Re. Amavit eum. Pag. 46. 46.

Lectio vi.

In tyrocinio ipso virtutum omnium Magister haberi coepit. Exactissima in eo erat legum etiam minimarum custodia, mundi contemptus singularis, implacabile odium sui; Dei verò amor tam ardens, ut corpus etiam sensim absumeret. Jussus propterea mentem à divinis rebus tantisper avèrtere, ocurrentem sibi ubique Deum irritò conatu fugiebat. Mira etiam próximos charitate amplexus, in publicis, quibus alacritè ministrabat, nosocomiis contagiosam luem traxit. Qua lentè consumptus, die quem prædixerat, undecimo kalendas Julii, ætatis anno quarto, & vigesimo jam inchoato cum antea flagellis, cædi, atque humistratus mori postulasset, migravit in coelum. Ibi eum S. Maria Magdalena de Pazzis tanta frui gloria, Deo monstrante vidit, quantam vix esse in coelo credidisset; ipsumque sanctimonia insignem, & charitate martyrem incognitum fuisse prædicavit. Multis etiam, magnisque claruit miraculis. Quibus ritè probatis, Benedictus XIII. Sanctorum

fastis Angelicum Juvènem adscripsit atque ianocentiæ, & castitatis exemplar simul, & patronum studiosæ præsertim juventuti dedit.

Re. Iste homo, Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Matthæum.

Cap. 22. v. 29.

In illo tempore respondens Jesus, ait Sadducæis: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei: in resurrectione enim neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei in coelo. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi. Lib. de Virginit.

Lectio vii.

Virginitas est bona: id ego quoque fateor. Atqui nuptiis etiam melior: & istud tibi assentior: ac si libet, illud adjungam, tanto nuptiis eam præstare, quanto coelum terræ, quanto hominibus Angeli antecelunt; ac, si quid præterea audendum est, etiam magis. Nam, si neque nubunt Angeli, neque uxorem ducunt, non etiam carne, & sanguine coagmentati sunt: in terris præterea

non commorantur; non cupiditatum, aut libidinum perturbationibus sunt obnoxii; non cibi indigent, aut potus; non sunt ejusmodi, ut eos dulcis sonus, aut cantus mollis, aut præclara species possit allicere; nulla denique ejus generis illecebra capiuntur.

℞. Iste est, qui. Pag. 46.
Lectio viii.

AT humanum genus, cum natura beatis illis meatibus inferius sit, omni vi, studioque contendit, ut, quoad ejus fieri potest, illas assequatur. Quomodo? Non nubunt Angeli, at neque etiam virgo. Assistentes illi semper ad Deum, eidem inserviunt, & istud ipsum virgo. Quod si virgines, quandiu corporis ónere deprimuntur, quemadmodum Angeli in coelum nequeunt ascendere; illud eo vel máximo solatio compensant, quod modò spírítu, & corpore sancti sint, coeli Regem recipiunt. Vides ne virginitatis præstantiam? Quomodo terrarum incolas sic afficiat, ut qui corpore vestiti sunt, eos incorporeis mentibus exaquet?

℞. Sint lumbi. Pag. 46.
Lectio ix.

Qua enim, quæso, re differabant ab Angelis Elias,

Eliséus, Joannes, veri hi virginitatis amatores? Nulla nisi quod mortali natura constabant. Nam cetera si quis diligenter inquirat, hi nihilominus affecti reperientur, quàm beatæ illæ mentes, & id ipsum, quo inferiore conditione videntur esse, in magna est eorum laude ponendum. Ut enim terrarum incolæ, & ii, qui essent mortali natura, possent ad illam virtutem vi, & contentione pervenire; vide quanta eos fortitudine, quanta vitæ ratione præditos fuisse oporteat.

Te Deum laudamus.

Missa propria: Minuisti eum. In 2. Vesp. commem. S. Paulini Episcopi.

FESTA JULII.

DIE V. JULII.

In Festo Beati Michaelis & Sanctis, Confessoris. Sacerdotis professi Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

In Hymno mutatur tertius versus.

ORA-

ORATIO.

Misericors Deus, qui B. Michaellem Confessorem tuum morum innocentia, & mirabili charitate præstare voluisti: concede quæsumus ejus intercessione, ut á vitiiis liberati, & igne tui amoris incensi, ad te pervenire mereamur. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno: Lectio- nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Michael á Sanctis Vicis in Hispania Citeriore piis, & honestis Parentibus natus, mundum ante contempsisse, quàm agnovisse visus est. Penè infans perpetuam virginitatem Deo vovit; cumque rei conscius Pater nuptias illi per jocum proponeret, in lácrymas effusus puer, atque ad Deiparæ Virginis aram confugiens, emissum votum multò etiam ferventius renovabat. Sexennis ad Sanctorum vestigia sectanda in Monsénii speluncam secessit: in qua dum patientis Christi mysteria de genu piis affectibus, lacrymisque prosequitur, ab iis, quos Pater ad eum quærendum submiserat,

depræhensus, domum redire cogitur. Neque tamen de præconcepto severioris vitæ proposito quidquam remisit. Unicuique illi erat rerum coelestium desiderium, perpetua cum Deo consuetudo, innocentis verò carnis maceratio, major quam ut ténera illa ætas ferre posse videretur. Nam singulis hebdomadis ter jejúnans, somnum super sarmentorum fascibus, saxo capiti supposito, carpens, flagellis in se ipsum acerrimè servire, quin etiam aliquando corpusculum, sancti Francisci exemplo in spinarum acervum conjicere, & cruentandum volutare non dubitavit. Quibus, aliisque cruciatuum generibus admirabili illi penitentia prolucebat, quam postea ad hominum stuporem tantò opere adauxit.

℞. Honestum. Pag. 46.

Lectio v.

Anno ætatis duodecimo nondum expleto; solus, & pedes egrediens de domo & cognatione sua, Barcinonem contendit: ibique Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Ordinem inter Calceatos amplexus, quàm primum per ætatem licuit, solemnia vota nuucupavit. Pau-

cis inde post mensibus ad strictiorem Discalceatorum ejusdem Ordinis Familiam se transtulit. In hac nova Regularis disciplinæ palestra mirum est quot, quantisque virtutum incrementis, etiam inter continuas studiorum exercitationes, superioris vitæ sanctitatem cumulaverit. Ea enim religione leges omnes servabat, ut nullam ex iis, vel minimam violasse compertus fuerit. Virginitatem, quam quinquennis Deo voverat, inviolatam undique illibatamque ad obitum usque servavit. Unica, eaque obsoléta utebatur túnica. Asperrimis ciliciis, ferreisque flagris corpus cruciabat. Jejunii cultor perpetuus, & semper abstémus, aliquot per hebdomadam dies sine ullo prorsus cibo, potuque transigebat; reliquis vero parcissimè, ac dūr iter vescabatur. Somno brevissimum temporis spacium indulgens, reliquum noctis dabat piis meditationibus, ac coelestium rerum contemplationi: quarum desiderio ita flagrabat, ut cum de coelesti Patria, aut verba ipsæ faceret, aut dicentem quempiam audiret, extra se rapi omnino videretur.

℞. Amavit eum Pag. 46.

Lectio vi.

CUM Deum toto mentis affectu diligeret, summis eum precibus exorabat, ut sibi cor novum tribueret, in quo purior arderet flamma charitatis. Quo ex tempore cor ejus ineffabilibus coepit affluere deliciis, & novis divini amoris astibus effervescere. Rem divinam facturus eo animi sensu ad aram accedebat, & tanta religione sacris operabatur, ut adstantes ad pietatem magnopere inflamaret, & cum sacramtum Calicem in altum attolleret, à seasibus penè alienatus appareret. Nec minore erga proximos charitate flagrabat: quos & privatis consiliis, & publicis concionibus, & assidua Sacramenti poenitentiae administratione juvare nunquam prætermisit. Cum vero propter hæc non Pópuli modò, sed viri etiam Principes ejus sanctitatem admirarentur, ea tamen erat animi demissione, ut se dæmonibus ipsis deteriorem affirmaret. Tandem cum Fratribus iterum præesset, ad innocentis, ac poenitentis vitæ præmia vocatus, eò quem prædixerat loco, & tempore, purissimum spiritum Deo reddidit Vallisòleti die decima Aprilis, anno Domini millesimo

mo

mo sexcentesimo vigesimo quinto, ætatis vero trigesimo tertio. Quem multis ante, & post obitum miraculis clarum Pius Sextus Póntifex Máximus Beatorum fastis adscripsit.

℞. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti.



DIE VIII. JULII.

In Festo Sanctæ Elisabeth, Reginae Portugaliæ Viduæ.
Dup. 2. clas. cum oct.

Ad Vesperas, Aña. Dum esset Rex, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus, cum ceteris de communi Virginum.

Capitulum. Prov. 31. b.

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spóliis non indigebit.

Hymnus.

Domare cordis impetus Elisabeth Fortis, inopsque Deo, Servire, Regno prætulit.

En súlgidis recepta coeli sedibus,

Sidereque domus
Ditata sanctis gaudiis,
Nunc regnat inter coelites
beatior,

Et premit astra, docens,
Quæ vera sint regni bona,
Patri potestas, Filioque gloria,
Perpetuumque decus
Tibi sit alma Spiritus.
Amen.

ÿ. Ora pro nobis beata Elisabeth. ℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad magnificat: Aña.

Et nunc Reges intelligite erudimini; qui judicatis terram.

ORATIO.

Clementissime Deus, qui beatam Elisabeth Reginam, inter ceteras egregias dotes, bellici furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis eius intercessionem post mortalis vitæ, quam suppliciter petimus pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum: Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum:
* In sanctis operibus beatæ Elisabeth.

IIa

Hym-

Hymnus: Domare, ut supra in Vesperis.

In primo nocturno Añã.

Elevata est magnificentia Elisabeth super coelos.

Psalm. Domine Dominus noster, cum reliq. de communi Virg.

Añã. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex speciem tuam.

Psalm. Coeli enarrant gloriam Dei.

Añã. Accepit benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.

Psalm. Domina est terra: *¶.* Multæ filie congregaverunt divitias.

¶. Tu supergressa es universas.

De parabolis Salomonis.

Lectio i. cap. 3.

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus præterium eius. confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam, & limum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum.

Et de nocte surrexit, & deditque prædam domesticis suis & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit cum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum.

¶. Regali exorta progenie triumphat in coelis Elisabeth triplici circumdata varietate meritorum: * Nam in terra in triplici vitæ gradu posteris imitanda virtutum reliquit exempla.

¶. Virginali staturam, conjugalem, & vidualem inoffenso pede cucurrit. Nam in terra.

Lectio ii.

Gustavit, & vidit: quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus nivis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus, & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, &

ut

vendit, & cingulum tradidit Chananæo.

¶. Os suum aperuit sapientiæ: * Et lex clementiæ in lingua eius.

¶. Quoniam prævenisti eam in benedictionibus dulcedinis. Et lex.

Lectio iii.

Fortitudo, & decor indumentum eius; & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosum non comedit. Surrexerunt filii eius, & beatissimam prædicaverunt: vir eius, & laudavit eam. Multæ filie congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

¶. Desiderium animæ eius tribuisti ei: * Et voluntate labiorum eius non fraudasti eam.

¶. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eam Domine. Et voluntate. Gloria Patri. Et voluntate.

In secundo Nocturno.

Añã. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam deducet te mirabiliter dextera tua.

Psalm. Eructavit.

Añã. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.

Psalm. Deus noster refugium.

Añã. Justitia, & misericordia plena est dextera tua.

Psalm. Magnus Dominus. *¶.* Virga tua, & baculus tuus. *¶.* Ipsa me consolata sunt.

Lectio iv.

Elisabeth Aragoniæ Regibus ortam, Christi anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo, in præaugurium futuræ sanctimonie parentes, præter morem, relicto matris, aviæque nomine, à magna ejus matertera, Turingiæ domina, Sancta Elisabeth, in baptismo nominatam voluere. Ubi nata est, statim patuit, quam felix Regum, regnorumque esset futura pacatrix; natalitia enim ejus lætitia perniciosas avi patrisque dissensiones in concordiam convertit. Pater verò crescentis postea filie admiratus indolem affirmabat fore,

ut

ut una Elisabeth reliquas Aragonorum Regum sanguine creata feminas virtute, longè superaret. Sic coelestem ipsius vitam in contemnendo corporis ornatu, in fugiendis voluptatibus, in jejuniis frequentandis, in divinis precibus assidue recitandis, in charitatis operibus exercendis, veneratus, rerum suarum, regni-que felicitatem, unius filiae meritis referebat acceptam. Tandem ubique nota, & à multis Principibus exoptata, Dionisio Lusitaniae Regi christianis ceremoniis rite est in matrimonium collocata.

R. Audi filia, & vide, & inclita aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: * Et concupiscet Rex decorem tuum.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere, procede, & regna. Et concupiscet.

Lectio v.

Iuncta conjugio, non minorem excolendis virtutibus, quam liberis educandis operam dabat, viro placere studens, sed magis Deo. Mediam ferè anni partem solo pane tolerabat, & aqua: quæ in quodam ipsius morbo divinitus versa est in vinum,

cum id à medicis præscriptum bibere recusasset. Pauperis feminae ulcus horrendum exosculata, derepentè sanavit: Pecunias pauperibus distribuendas, ut Regem latèrent, hiberno tempore in rosas convertit. Virginem cæcam à natiuitate illuminavit: multos alios solo Crucis signo à gravissimis morbis liberavit; plurima id genus miracula patravit. Monasteria, collegia, & templa non modò extruxit, sed etiam magnificè dotavit. In Regnum discordiis componendis admirabilis fuit: in privatis, publicisque mortalium sublevandis calamitatibus indefessa:

R. Manum suam misit ad fortia: * Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.

V. Dispersit, dedit pauperibus, justitia eius manet in sæculum sæculi. Manum suam.

Lectio vi.

Defuncto Rege Dionysio, sicut virginibus in prima ætate, in matrimonio conjugibus, ita viduis insolitudine fuit omnium virtutum exemplar. Illico enim religionis sanctæ Claræ vestibus indū-

duta regio funeri constanter interfuit: ac paulò post Compostellam proficiscens multa ex holoserico, argento, auro, gemmisque donaria pro Regis anima obtulit. Inde reversa domum, quidquid sibi charum, aut pretiosum supererat in sacros, ac pios usus convertit: absolvendoque suo verè regio Conimbricensi virginum coenobio, & alendis pauperibus, & protegendis viduis, defendendis pupillis, miseris omnibus juvandis intenta, non sibi, sed Deo, & mortalium omnium com- modis vivebat. Reges duos filium, & generum pacificatura, Stremotium nobile oppidum veniens, morbo ex itinere contracto, ibidem à Virgine Deipara visitata sanctissimè obiit anno millesimo trecentesimo trigesimo sexto, die quarta Julij. Post mortem multis miraculis claruit, præsertim suavissimo corporis jam per annos fere trecentos incorrupti odore: semper etiam reginae sanctæ cognomento celebris, tandem anno Jubilei, & nostræ salutis millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, totius Christiani orbis concursu, & aplausu ab Ur-

bano Octavo ritè inter Sanctos adscripta est.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contemsi propter amorem Domini mei Jesu Christi: * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.

V. Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria Patri. Quem vidi.

In tertio Nocturno.

Añ. Confessio, et pulchritudo in conspectu eius: sanctitas, & magnificentia in sanctificatione eius.

Psalm. Cantate.

Añ. Annuntiaverunt cœli justitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Psalm. Dominus regavit, exultet.

Añ. Judicavit in justitia, & populos in æquitate.

Psalm. Cantate.

V. Ignis autem ipsam præcedet.

R. Et inflamabit in circuitu inimicos ejus.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis para-

bolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ
Homil. II. in Evangelium.

Cœlorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit: quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, & per ea, quæ usu didicit, quasi confricatus incalescat, ut per hoc quod scit notum diligere, discat et incognita amare. Ecce enim regnum cœlorum thesauro abscondito in agro comparatur, quem qui invenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum.

Ps. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus consideravit semitas domus suæ: * Et loquebatur de testimoniis Domini.

Ps. Gustavit, & vidit quia bona est negotiatio ejus; non extingue ut in nocte lucerna eius. Et loquebatur.

Lectio viii.

Qua in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studium cœlestis desiderii à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsentem etenim vitam, quasi in via sumus, quæ ad patriam pergimus: maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latronum obsident. Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est; sed ut per hoc quod agimus, laudes exterius non quæramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut et de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo soli placere quærimus, semper optemus secretum.

Ps. Invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, & sedibus: * Et divitias nihil e-

dux

dux in comparatione illius.

Ps. Melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissimis. Et divitias. Gloria Patri. Et divitias.

Lectio ix.

Thesaurus autem cœlestus est desiderium, ager vero, in quo thesaurus absconditur disciplina studii cœlestis. Quem profectò agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrenà desideria per disciplinæ cœlestis custodiam calcatur, ut nihil jam quod caro blanditur, libeat: nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER
Horas.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añ. Et concupiscet Rex decorem tuum, quia ipse est Dominus Deus tuus.

Añ. Potens in opere, & sermone lenivit iracundiam Domini, & conciliavit cor Patris ad filium.

Añ. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis.

Añ. Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis.

Capitulum. Prov. 31.

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

Hymnus.

Opes, decusque regium reliqueras
Elisabeth, Dei dicata numini.
Recepta nunc bearis inter Angelos;
Libens ab hostium tuere nos dolis.
Præi, viamque dux salutis indica:
Sequemur. O sit una mens fidelium,
Odor bonus sit omnis actio, tuis
Id innuit rosis operta charitas.
Beata charitas in arce siderum
Potens locare nos per omne sæculum:
Patrique, Filioque summa gloria,
Tibique laus perennis, alme Spiritus. Amen.

Kk

- ¶ Meritis, & precibus Beatae Elisabeth.
 ¶ Propitius esto Domine populo tuo.

Ad Benedictus, Añã.

Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi tui.

Ad Tertiam. Añã. Et concupiscet. *Capit.* Mulierem fortem.

¶ Specie tua.

¶ Adjuvabit.

Ad Sextam Antiph. Potens in opere.

Capitulum. Prov. 31.

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus nivis.

¶ Adjuvabit eam.

¶ Elegit eam.

Ad Nonam Antiph. Quasi stella matutina.

Capitulum. Prov. 31.

Multæ filia congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.

¶ Elegit eam.

¶ Diffusa est gratia.


In secundis Vesperis, Omnia ut in primis præter Añã ad Magnificat. Elisabeth pacis,

& patriæ mater, in coelo triumphans, dona nobis pacem.

¶ Ora pro nobis Beata Elisabeth.

¶ Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio, ut supra.



DIE XV. JULIJ.

In octava S. Elisabeth Vid.
 Duplex.

Omnia ut in die Festi, præter lectiones 1. Noct. quæ dicuntur de Scriptura occurrenti, & Lect. 2. & 3. Nocturni, quæ dicuntur, ut infra.

In secund. Nocturno.

De sermone sancti Augustini Episcopi.

Unde supra Cap. 12.

Lectio iv.

Duplicia pallia fecit viro suo. Jam acclamat: credo, quod agnoscitis quæ sunt duplicia pallia. Laudes sunt, laudes fidei, laudes confessionis, laudes prædicationis. Quare duplicia? Christum laudas, Deum laudas, & hominem, dupliciter lauda, simpliciter lauda. Dupliciter quia homo est, & Deus: simpliciter ut non sis fictus. Confitere Deum, confitere homi-

minem: lauda Deum in homine, lauda hominem in Deo. Texuit pretiosissimum illud pallium laudis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Texuit, & aliud pallium, propter conversationem inter homines quotidianam: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.

¶ Audi filia. pag. 254.

Lectio v. Cap. 16.

Hic ergo ista laboriosa vigilans, sollicita, severe castigans domum suam, surgens de noctibus, iatuens lucernam ne extinguatur, in tribulatione fortis, nondum receptis promissis pavens, brachia sua in fenum confirmans, non pigrum panem manducans. Ob labores istos quasi paupertatis, & necessitatis sæcularis, quid erit, quia in diebus novissimis lætata est? Quid erit? Audite: propter quam spem ardeat lucerna nostra tota nocte, nunc audite. Surrexerunt filii ejus, & ditati sunt. Mordò in paupertate vivimus, in paupertate vigilamus: & cum morimur, in paupertate dormimus: sed surge-

mus, & ditabimur. Quæ illæ divitiæ sunt Angelorum? Unam vestem habent lucis: numquam teritur, numquam sordidatur. Si filius es mulieris hujus, attende quando tibi divitiæ promittantur. Surrexerunt filii ejus, & ditati sunt, parati resurrectionis divitias accipere. Noli has amare, ut merearis ad illas venire.

¶ Manum suam pag. 254

Cap. 17. & 18. Lectio vi.

Et vir ejus laudavit eam. Multæ, inquit, filia fecerunt potentiam. Laudes sunt, quibus eam laudat vir ejus. Quæ filia quibus hæc comparatur? Non comparatur. Tu autem superasti. Attendite ergo vos, jam in fine lectionis sumus. Multæ filia fecerunt potentias, multæ locutæ sunt linguis, scierunt omnia sacramenta, fecerunt virtutes multas, domonia excluderunt, res suas pauperibus distribuerunt, corpora sua ignibus tradiderunt: inflata sunt, quia charitatem non habuerunt. Tu autem superasti, & superposuisti omnes, non solum flore, sed, & fructu grava abundans. Date illi de fructibus manuum suarum. Quid date? Ve-

nite benedicti Patris mei. De quibus fructibus manuum ejus? Esurivi enim, & edistis mihi manducare. Et quod illi deinde negotium erit, finitis laboribus? Et laudetur in portis vir ejus. Ipse erit portus laborum nostrorum, videre Deum, laudare Deum.

℞. Regnum mundi, pag. 255.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 13*

IN illo tempore dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

De Homilia sancti Augustini Episcopi.

Unde supra, quæst. 16.

IDeo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova, & vœtera. Utrum ista conclusione exponere voluit, quem dixerit thesaurum in agro absconditum? Quoniam sanctæ Scripturæ intelligun-

tur, quæ nomine duorum Testamentorum novi, & veteris concluduntur: quemadmodum apud alium Evangelistam gladium bis acutum tali conclusione videtur exponere.

℞. Os suum. pag. 256.

Lectio viii.

AN quia in parabolis ista locus est, & cum quæsisset ab eis utrum intellexissent, responderunt, se intellexisse? Fortasse ista similitudine ultima patris familias proferentis de thesauro suo nova, & vœtera, ostendere voluit, eum doctum habendum esse in Ecclesia, qui etiam Scripturas veteres parabolis explicatas intellexit, ab istis nobis accipiens regulas: quia, & ista Dominus per parabolas enuntiavit, quamvis ipse Christus esset finis illorum, id est, ut in eo illa vetera complerentur.

℞. Invocavi. pag. 256.

Lectio ix.

UT si ipse, in quo illa complentur, & manifestantur, per parabolas adhuc loquitur donec ejus passio velum discindat, ut nihil sit occultum quod non reveletur: multò magis illa,

quæ

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

quæ ad commendandam tantam eius salutem, tam longè de illo scripta sunt, parabolis operta esse noverimus: quæ cum Judæi ad litteram acciperent, noluerunt esse docti in regno cœlorum, neque transire ad Christum, ut auferretur velamen quod supra cor eorum positum est. Te Deum laudamus.

—
DIE XV. JULII.

In festo Sancti Camilli de Lellis, fundatoris Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis. Duplex.

Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter sequentia.

ORATIO.

DEus, qui Sanctum Camillum ad animarum in extremo agone luctantium subsidium singulari charitatis prærogativa decorasti: ejus, quæsumus meritis Spiritum nobis tuæ dilectionis infunde, ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad cælestem mereamur coronam pervenire. Per Dóminum. In unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus.

In primo Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

CAmillus Bucclanici Theætinz Diœcesis oppido ex nobili Lelliorum familia natus est, matre sexagenaria, cui gravidæ visum est per quietem, puerulum Crucis signo in pectore munitum, & ágmini puerorum idem signum gestantium præeuntem se peperisse. Adolescens rem militarem secutus sæculi vitiis aliquandiu indulsit; donec vigésimum quintum agens ætatis annum tanto supernæ gratiæ lumine, divinæque offensæ dolore correptus fuit, ut uberrimo lacrymarum imbri sic perfusus, antæctæ vitæ sordes indesinenter abstergere, novumque induere hominem firmiter decreverit. Quare ipso, quo id contigit, Purificationis Beatissimæ Virginis festo die ad Fratres Minores, quos Capuccinos vocant, convolans, ut eorum numero adscriberetur, summis precibus exoravit. Voti semel atque iterum compos factus est; sed foedo ulcere, quo aliquando laboraverat, in ejus tibia iterato recrudescente, divinæ providentiæ majora de eo disponentis consilio hu-

humiliter se subiecit, sui que victor, illius Religionis bis expetitur, & susceptum habitum bis dimisit.

ꝫ. Honestum fecit. Pag. 46.
Lectio v.

Romam profectus in Nosocomium, quod insanabilem dicitur, receptus est; cujus etiam administrationem ob perspektas ejus virtutes sibi demandatam summa integritate, ac solitudine vere paterna peregit. Omnium egrorum servum se reputans, eorum sternere lectulos, sordes tergere, ulceribus mederi, agonique extremo piis precibus, & cohortationibus opem ferre solemne habuit: quibus in numeribus præclara præbuit admirabilis patientiæ, invictæ fortitudinis, & heroicæ charitatis exempla. Verum cum animarum in extremis periclitantium, quod unice intendebat, levamini subsidium litterarum plurimum conferre intelligeret, triginta duos annos natus in primis grammaticæ elementis tyrocinium inter pueros iterum subire non erubuit. Sacerdotio postea rite initiatus, nonnullis sibi ad junctis sociis prima jecit Congregationis Clericorum Re-

gularium infirmis ministrantium fundamenta; irrito conatu obnitente humani generis hoste. Nam Camillus coelesti voce è Christi crucifixi manus etiam de ligno avulsas admirando prodigio protendentis, simulacro emissa mirabiliter confirmatus Ordinem suum à Sede Apostolica approbari obtinuit, sodalibus quarto obstrictis maxime arduo voto, infirmis quos etiam pestis infecerit, ministrandi. Quod Institutum, quam foret Deo acceptum, & animarum saluti proficuum, Sanctus Philippus Neri, qui Camillo à sacris confessionibus erat, comprobavit: dum ejus alumnis decedentium agoniam ferentibus Angelos suggerentes verba sæpius se vidisse testatus est.

ꝫ. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Artioribus hisce vinculis agrotantium ministerio mancipatus, mirum est, qua alacritate, nullis fractus laboribus, nullis deterritus vitæ periculis, diu, nocturneque ad supremum usque spiritum, eorum commodis vigilaverit. Omnibus omnia factus, vilissima quæque officia

demisissimo obsequio, flexisque plerumque genibus, veluti Christum ipsum cerneret in infirmis, hilari, promptoque animo arripiebat; utque omnium indigentis præsto esset, generalem Ordinis Præfecturam, coelique delicias, quibus in contemplatione defixus affluebat, sponte dimisit. Paternus vero illius erga miseros amor tum maxime effulsit, cum & Urbs contagioso morbo primum, deinde extrema annonæ laboraret inopia, & Nolæ in Campania dira pestis grassaretur. Tanta denique in Deum & proximum charitate exarsit, ut Angelus nuncupari, & Angelorum opem in vario itinerum discrimine experiri promereretur Prophetiæ dono, & gratia sanitatum præditus, arcana quoque cordium inspexit; ejusque precibus nunc cibaria multiplicata sunt, nunc aqua in vinum conversa. Tandem vigiliis, jejuniis, & assiduis attritus laboribus, cum pelle tantum, & ossibus constare videretur, quinque molestis æquè ac diutinis morbis, quos misericordias Domini appellabat, fortiter toleratis, Sacramentis munitus, Romæ inter suavissima Jesu, & Ma-

riæ nomina, ad ea verba: Mitis, atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qua prædixerat hora, obdormivit in Domino pridie Idus Julii anno salutis millesimo sexcentesimo decimo quarto, ætatis suæ sexagesimo quinto, quem pluribus illustrem miraculis Benedictus Decimus Quartus solemniter Sanctorum fastis adscripsit.

ꝫ. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 83. in Joan. Evang.

Quid putamus, Fratres mei; numquidnam solum ejus de ista dilectione mandatum est, qua diligimus invicem? Nonne est & aliud majus, ut diligamus Deum? Aut verò de sola Deus nobis dilectione mandavit, ut alia non requiramus? Tria certe commendat Apostolus, dicens: Ma-

nent

neant autem Fides, Spes, Charitas, tria hæc: major autem horum Charitas. Et si in charitate, hoc est in dilectione concluduntur duo illa præcepta, major tamen dicta est esse, non sola. De fide igitur nobis quam multa mandata sunt, quam multa de spe: quis potest cuncta colligere, quis enumerando sufficere? Sed intueamur quod ait idem Apostolus: *Plenitudo legis charitas.*

℞. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

Ubi ergo Charitas est, quid est, quod possit deesse? Ubi autem non est, quid est, quod possit prodesse? Dæmon credit, nec diligit, nemo diligit, qui non credit. Frustra quidem, sed tamen potest sperare veniam qui non diligit: nemo autem potest desperare qui diligit. Itaque ubi dilectio est, ibi necessario Fides, & Spes: & ubi dilectio proximi, ibi necessario etiam dilectio Dei. Qui enim non diligit Deum, quomodo diligit proximum tamquam se ipsum: quandoquidem non diligit & se ipsum? Est quippe impius, & iniquus: Qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit, sed odit animam suam.

℞. Sint lumbi vestri. Pag. 46.

Lectio ix.

Hoc ergo præceptum Domini teneamus, ut nos invicem diligamus; & quidquid aliud præcepit, faciemus: quoniam quidquid est aliud, hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione, qua se invicem diligunt homines: nam ut discerneretur, adjunctum est, sicut dilexi vos. Ut quid enim diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo: ad hoc ergo & nos invicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus à ceteris, qui non ad hoc se invicem diligunt, quia nec diligit. Qui autem se propter habendum Deum diligunt, ipsi se diligunt: ergo ut se diligant, Deum diligunt. Non est hæc dilectio in omnibus hominibus: Pauci se propterea diligunt, ut sit Deus omnia in omnibus.

Te Deum laudamus.

DIE XVI. JULII.

In festo Triumphi S. Crucis
dup. maj.

*Ad Vesperas Omnia ut in
Breviario in Festo Exalta-*

tionis S. Crucis 14. Septembris præter sequentia.

Añã. O magnum Pietatis opus! mors mortua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit.

Añã. Salva nos Christe Salvator per virtutem Crucis, qui salvasti Petrum in mari, miserere nobis.

Añã. Crucem tuam adoramus Domine: et sanctam resurrectionem tuam laudamus, et glorificamus: ecce enim propter Crucem venit gaudium in universo mundo.

Añã. Ecce Crucem Domini, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David, alleluia.

Añã. Tuam Crucem adoramus Domine, tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nobis, qui passus es pro nobis.

Capitulum Galat. 6.

Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

℥. Adoramus te Christe; & benedicimus tibi.

℞. Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Deus, qui per Crucem tuam populo in te credenti triumphum contra inimicos concedere voluisti: quæsumus, ut tua pietate, adorantibus Crucem, victoriam semper tribuas & honorem. Qui vivis.

Ad Matutinum Invitatorium.

Regem Dominum, qui pendit in ligno. Venite adoremus, *Psalms.* Venite exultemus.

Pange lingua, ut in 14. Septembris.

Hymnus.

In primo Nocturno.

Añã. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinuit: quæ sola digna fuit portare pretium hujus sæculi.

Psalms. Domine Dominus noster, cum reliquis quæ habentur in primo Nocturno in Commun. *Virginum.*

Añã. O Crux admirabilis, evacuatio vulnerum, restitutio sanitatum.

Psalms. Coeli enarrant.

Añã. Adoramus te Christe & benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemisti mundum.

Psalm. Domini est terra.
 ✠. Hoc signum Crucis erit
 in Cælo.

℞. Cum Dominus ad judi-
 candum venerit.

Lectioes.
Quicumque. *Ut in Bre-
 viario die 3. Maii.*

℞. I. O Crux benedicta *
 Quæ sola fuisti digna portare
 Regem coelorum, & Dómi-
 num.

✠. O Crux gloriosa, ó Crux
 veneranda. Quæ sola.

℞. II. O Crux gloriosa, ó
 Crux veneranda, ó lignum
 pretiosum, & admirabile sig-
 num: * Per quod & diabo-
 lus est victus, & mundus
 redemptus.

✠. O Crux admirabilis, eva-
 cuatio vûlnerum, restitutio
 sanitatum. Per quod.

℞. III. Hoc signum Cru-
 cis erit in cælo, cum Do-
 minus ad judicandam vene-
 rit: * Tunc manifesta erunt
 abscondita cordis nostri.

✠. Cum sederit Fílius ho-
 minis in sede majestátis suæ,
 & cœperit judicare sæculum
 per ignem. Tunc manifesta.
 Gloria Patri. Tunc manifesta.

In secundo Nocturno.

Añã. Salvator mundi sal-

va nos: qui per Crucem &
 Sanguinem tuum redemisti
 nos, auxiliare nobis, te de-
 precamur Deus noster.

Psalmus. Deus noster re-
 fugium: *ut in secundo Noc-
 turno Commun. Virginum.*

Añã. Crux benedicta nitet,
 Dominus qua carne pependit,
 atque cruore suo vûlnera nos-
 tra lavit.

Psalm. Omnes gentes, *ut in
 secundo Nocturno Commun.
 Apostolorum.*

Añã. Nos autem gloriari
 oportet in Cruce Domini
 nostri Jesu Christi.

Psalm. Magnus Dominus,
*ut in secundo Nocturno Com-
 munitatis Virginum.*

✠. Adoramus te Christe &
 benedicimus tibi.

℞. Quia per crucem tuam
 redemisti mundum.

*Ex Roderico Archiepisco-
 po Toletano.*

Lectio iv.

Alfónsus Castellæ Rex
 cognomento Bonus, cu-
 piens damna Christianis á
 Mauris (Baticam, totámque
 illam Australem Hispaniæ
 plagam possidentibus) illáta
 resarcire, (semel enim ab
 eis fuerat superatus) mag-
 num conflavit exercitum: Re-
 ges

Lectio v.

Nonnulla sunt in via óbi-
 ter expugnata óppida
 ignobilia. Sed quinto déni-
 que die Calatrabam, quæ
 firmo Maurorum præsidio te-
 nebatur, primo impetu cá-
 piunt. Alarcos deinde ducunt;
 ubi se Rex illis Navarræ con-
 júnxit. Maurorum Rex, qui
 ingentem Giennium contráxe-
 rat exercitum, ubi nostros
 cômperit in radicibus món-
 tium consedissee, equitatus par-
 tem præmisit, quæ montium
 ad angustias incompositos in-
 sidiis exciperet: ipse lentio-
 ri gradu cum reliquo subsé-
 quitur exercitu. Alfonsus ta-
 men Rex, equitum jam tur-
 mam miserat ad summamón-
 tium occupanda, qui fuga-
 tis strénue Mauris, Montis
 planitiem (Navas Tolosa vo-
 cant) tenere, castris lo-
 cum delegere. Latus Alfon-
 sus, quod cacumina sui mon-
 tium profligatis hostibus te-
 nuisset, omnem jubet exer-
 citum eò conscendere. Diffi-
 cilis ádmodum erat ascensus,
 sed á peritis locorum turma-
 tum ducti, ad fastigia mon-
 tis omnes evaserunt, & eo
 die proximoque prælio absti-
 nuerunt. Nocte média, quæ

L12 diem

diem á superato monte secúndam est consecúta, Christiani voce præcónis jubentur mentes per sacramentalem confessionem mundáre, córpora curáre; arma, equos expedire, signum pugnae prima luce intenti expectare. Quod tam ómnia plausu gratulationeque exceptum est, ut noctem, quod tarda iret, incusarent.

℞ V. Crux alma fulget, per quam salus reddita est mundo. * Crux expellit omne crimen, alleluia.

℣. Crux vincit, Crux regnat. Crux expellit.

Lectio vi.

ORta luce, & á multis sacra accépta Eucharistia, ab aliis Archiepiscopali benedictione loco communionis suscepta, Alfonso eductis ómnibus copiis aciem instruxit: curas inter Reges ac Próceres partivit. Haud támen potest summum dici, quem quisque locum tenuerit, quam quisque partem tuendam accéperit: satis ex eventu perspicuum est, ómnia præclarissimi Ducis Alfonsi múnia fortissimè sapientissimèque obiisse. Consentis ígitur manibus (ut re-

liqua nunc prætermittamus) ácrius pugnatum est, ancépsque diu victoria fuit, ádeo ut Alfonso Rex ad Toletanum Antistitem diceret: Eja Archiepiscope, hic nos, hic moriamur. Cui Archiepiscopus: nequaquam moriemur, ó Rex, imó feliciter vincemus. Quod & faventibus Súperis factum est. Nam Mauri vícti, ac occisione occisi sunt. Rex eorum cum quatuor equitibus prælio fuga se subduxit. Ducénta millia Maurorum occisa memorantur, cum ex nostris viginti quinque solum fuerint desiderati. Miraque in hoc prælio contigerunt. Numerus primum occisorum in tanta paucitate Christianorum. Crux item in medio conflictu, cum nostri maxime laborare videntur, Alfonso, quam plurimisque aliis visa est in áere. Preterea Crux, quæ præsulem ante Toletanum de more gestabatur, bis (incólumí signífero Domínico Paschasio Toletánae Ecclesiæ Canónico) áciem hostium sublata penetravit. Denique ad præsentiam imáginis Beatæ Virginis Mariæ, quæ in vexillis régis depícta erat, ingens Maurorum multitudo co-

rruit

rruit. Quare, & quod Christianis symbolum ac insigae Crux erat, Triumphus sanctæ Crucis hæc præclára victoria appellata est, obventa décimo séptimo Kalendas Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo.

℞. VI. Tuam Crucem adoramus Domine, tuam gloriosam recólimus passionem: * Miserere nobis, qui passus es pro nobis.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi: quia per Crucem tuam redemisti mundum. Miserere. Gloria Patri. Miserere.

In tertio Nocturno.

Añ. O Crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare regem cælorum, & Dominum.

Psalm. Cantate Domino canticum novum: cantate, cum reliquis de tertio Nocturno Commun. Virginum.

Añ. Hoc signum Crucis apparebit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit.

Psalm. Dominus regnavit, exúltet.

Añ. Super omnia ligna cedrorum, tu sola excelsior,

in qua vita pependit, in qua Christus triumphavit, & mors mortem superavit in æternum.

Psalm. Cantate Domino. ℣. Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi.

℞. Psalmum dicat nómini tuo.

Lectioes de Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Cum audieritis prælia et sediciones, ut in Communi plurimorum Martirum extra tempus Paschale.

℞. VII. Per signum Crucis de inimicis nostris, * Liberos Deus noster, alleluia.

℣. Salva nos Christe Salvator per virtutem Crucis. Libera nos. *Bélio.* Divinum auxilium.

℞. VIII. Ecce Crucem Domini, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda, * Radix David, alleluia.

℣. Crux benedicta, in qua triumphavit Rex Angelorum. Radix. Gloria Patri. Radix.

Ad Laudes, omnia ut in 14. Septembris præter sequentia.

Añæ. ut in Vesperis.

Capitulum. Galat. 6. d.

Mihi autem: *ut in Vesperis.*

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℞. Quia per crucem tuam redemisti mundum.

AD BENEDICTUS. *Añã.*

O Crux gloriosa, ò Crux veneranda, ò lignum pretiosum, & admirabili signum, per quod & diabolus est victus, & mundus redemptus.

ORATIO.

Deus, qui: *ut in Vesperis.*

AD TERTIAM.

Añã. Salva nos.

Capitulum. Gala. 6. d.

Mihi autem, *ut supra.*

℞. br. Hoc signum Crucis. * Erit in Cœlo. Hoc signum.

℣. Cùm Dominus ad iudicandum venerit. Erit in cœlo. Gloria Patri. Hoc signum.

AD SEXTAM.

Añã. Crucem Tuam adoramus.

Capitulum. Philip. 2.

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

℞. brev. Adoramus te Christe, * Et benedicimus tibi. Adoramus.

℣. Quia per Crucem tuam redemisti mundum. Et benedicimus. Gloria Patri. Adoramus.

℣. Per signum Crucis de inimicis nostris.

℞. Libera nos Deus noster.

AD NONAM.

Añã. Tuam Crucem.

Capitulum. Philip. 2. d.

In nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

℞ brev. Per signum Crucis, * De inimicis nostris. Per signum.

℣. Libera nos Deus noster. De inimicis. Gloria Patri. Per signum.

℣. Hoc signum Crucis erit in cœlo.

℞. Cùm Dominus ad iudicandum venerit.

In secundis Vesp. Omnia ut in primis præter Añã. ad Magnificat.

Añã. O Crux benedicta quæ sola fuisti digna portare Regem caelorum & Dominam.

DIE



DIE XVI. JULII.

In Festo Commemorationis solemnis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo. Duplex majus.

Ad Vesperas Añã. Dum esset Rex, cum reliquis Antiphon. & Psalmis, ut in Officio Parv. B. Mariæ. Capitulum. Ab initio. Hymnus: Ave maris stella.

℣. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

℞. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat

Añã. Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto femineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam solemnem Commemorationem.

ORATIO.

Deus, qui Beatissimæ semper Virginis & Genitricis tuæ Mariæ singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti: concede propitius, ut cujus hodie Commemorationem

nem solemnè celebramus officio, eius muniti præsidii ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis. *In fine Hymnorum Completorii, & Horar. dicatur: Jesu tibi sit gloria.*

Ad matutinum. invitatorium. Sancta Maria Dei genitrix virgo: * Intercede pro nobis.

Psalm. Venite exultemus. Hymn. Quem terra.

Antiphonæ, & Psalmi Nocturnorum, ut in Officio Parvo B. Mariæ.

In primo Nocturno leguntur lectiones, ℣. & ℞. ut in festo S. Mariæ ad Nives 5. Augusti:

Ego sapientia habito.

In secundo Nocturno.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

℣. Deus in medio eius non commovebitur.

Lectio iv.

Cum sacra Pentecostes die Apóstoli cœlitus afflâti, variis linguis loquerentur, & invocato augustissimo Jesu nomine, mira multa patrant: viri plurimi (ut fertur) qui vestigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Elisæi institerant, & Joannis

Bap-

Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuere) ad eam venerari coeperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, ubi Elías olim ascendentem nebulam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerint.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion; quasi myrrha electa: * Dedi suavitatem odoris.

R. Et sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans. Dedi.

Lectio v.

AD novum ergo Sacellum sæpè quotidie convenientes, ritibus piis, præcationibus, ac laudibus Beatissimam Virginem velut singularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem, Fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellari coeperunt, eumque titulum Summi Pon-

tifices non modo confirmarunt, sed & Indulgentias peculiariis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, concessere. Nec verò nomenclaturam tantum magnificentissima Virgo tribuit, & tutelam, verum & insigne sacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœlesti hac veste Ordo ille sacer dignosceretur, & a malis ingruentibus protegeretur. Ac demum cum olim in Europa Ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione instarent, astitit Honorio noctu piissima Virgo Maria, planèque jussit, ut institutum, & homines benignè complecteretur.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tamquam Jerúsalem? * Viderunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & Reginae laudaverunt eam.

Y. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt.

Lectio vi.

Non in hoc tantum sacculo Ordinem sibi tam acceptum multis prærogati-

vis

vis beatissima Virgo insignivit; verum, & in alio (cùm ubique, & potentia, & misericordia plurimum valeat) filios in Scapularis societatem relátos, qui abstinentiam modicam, precesque paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro sui stá-tus ratione castitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorii expiantur, solári, ac in coelestem pátriam obtentu suo quanto-tius piè creditur efferre. Tot ergo tantisque beneficiis Ordo cumulatús, solemnem Beatissimæ Virginis commemorationem ritu perpetuo, ad eusdem Virginis gloriam quotànnis celebrandam instituit.

R. Ornatam monilibus filiam Jerúsalem Dominus concupivit: * Et videntes eam filia Sion, beatissimam prædicaverunt, dicentes: * Uguentum effusum nómen tuum.

Y. Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes. Gloria Patri. Unguentum.

In tertio Nocturno.

Y. Elegit eam Deus, & prælegit eam.

R. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. II. d.

IN illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extolens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. IX.

Magnæ devotionis, & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis, & Pharisæis Dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, tanta eius incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut, & præsentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Judæi Sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantiali-que Patri Dei Filium negabant: sic hæretici postea negando, Mariam semper virginem, Sancti Spiritus

Mm

ope-

operante virtute, nascituro cum humanis membris unigenito Dei carnis suæ materiam ministrasse, verum consubstantialemque matri filium hominis fateri non debere, dixerunt.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster.

Ps. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam solemnem Commemorationem. Quia.

Lectio viii.

Sed si caro Verbi Dei secundum carnem nascitis, à carne Virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa venter, qui eam portasset, ubera quæ lactassent, beatificantur. Dicit autem Apostolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt, qui legendum putant: Natum ex muliere, factum sub lege; sed, factum ex muliere: quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde

sed materna traxit ex carne: alioquin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur, his contra Eutychen dictis, extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cuius hæc mulier typum gessit, extollamus, & mentem de medio turbarum, dicamusque Salvatori: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ sicut quidam ait: Enixa est puerpera regem, qui coelum, terramque tenet per sæcula.

R. Beatam me dicent omnes generationes. * Quia fecit mihi Dóminus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Ps. Et misericordia eius à progénie in progenies timentibus eum. Quia fecit. Gloria Patri. Quia fecit.

Lectio ix.

Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt. Pulchrè Salvator attestationi mulieris annuit, non eam tantummodo, quæ Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed, & omnes, qui idem Verbum spi-

ri

ritaliter auditu fidei concipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asseverans esse beatos, quia & eadem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed indè multò beatior, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER

Horas.

Antiphona.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalmus Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Læva eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Añã. Nigra sum, sed formosa filia Jerusalem; ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Añã. Jam hiems transijt, imber abiit, & recessit: surge amica mea, & veni.

Añã. Speciosa facta es, & suavis in delicijs tuis, sancta Dei genitrix.

Capitulum. Ab initio.

Hymn. O gloriosa.

Ps. Diffusa est gratia in labijs tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus Antiphona.

Caput tuum ut Carmelus, & comæ capitis tui, sicut purpura Regis vincta canalibus, alleluia.

Ad Primam: in R. brevi dicitur

Ps. Qui natus es de Maria Virgine.

AD TERTIAM.

Añã. Læva ejus.

Capitulum. Ab initio.

R. breve. Specie tua: * Et pulchritudine tua. Specie tua.

R. Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine tua. Gloria Patri. Specie tua.

Ps. Adiuvabit eam Deus vultu suo.

R. Deus in medio ejus non commovebitur.

Ad Sextam, Añã. Nigra sum.

Cap. Eccles. 24. b.

ET sic in Sion firmata sum & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei

Mmz

hæ-

hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

℞. breve. Adjuvabit eam, Deus vultu suo. Adjuvabit eam.

℥. Deus in medio eius non commovebitur. Deus vultu suo. Gloria Patri. Adjuvabit.

℥. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℞. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Añã. Speciosa.

Capitulum. Eccl. 24. b.

IN plateis sicut cinamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℞. brev. Elegit eam Deus: Et præelegit eam. Elegit eam.

℥. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelegit eam. Gloria Patri. Elegit eam.

℥. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

In secundis Vesperis, Anphona, Psalmi, Capitulum, Hymnus, ℥. & ℞. ut in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Añã.

Gloria Libani data est ei, decore Carmeli, & Saron, allelul.



DIE XIX. JULIJ.

In Festo SS. Justæ, & Rufinæ Sororum Virginum, & Martyrum. Duplex.

Omnia ut in Comm. Virginum, his exceptis, quæ hic assignantur.

AD VESPERAS.

Hymnus.

Salvete claræ Virgines Tutela præsens patriæ, Virtutis, & constantiæ Exemplar admirabile.

Nos vos chalybs rigentibus Dum nectit arcus annulis, Nec laminis candentibus Catasta terret ignea.

Nec confragosa rupium Calcata nudis plantulis Fregère vos dispendia, Sed hinc fides fit ácrior.

Deinde victo sæculo, Coeli subistis átria Rufina fuso sanguine, Et Justa digna nomine.

Rosisque purpurantibus Confessionis inclytæ Intexuistis candida Integritatis lília.

Ergo triumphí nobilis Sacris revinctæ laureis, Palmas refertis duplices. Agnum sequentes prævium.

Te, Dux, corona Martyrum Cum Patre, Christe, & Spiritu

In

In Trinitate simplici Æterna laudent sæcula.

Amen.

℥. Adducentur Regi virginæ post eam.

℥. Proximæ ejus afferentur tibi.

Ad Magnif. in utrisque Vesp. Añã. Prudentes Virgines, aptate vestras lámpades: ecce sponsus venit, exite óviam ei.

ORATIO.

Deus, qui virtutem tuam in vasis fictilibus (etiam fragilis sexus) recondens sanctis virginibus, & Martyribus tuis Justæ, & Rufinæ mirabilem fidei constantiam tribuisti: da nobis earum patrociniis, in tui amore perseverare, & ad cœlestem coronam pervenire. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio de festo præcedenti.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Regem Virginum Dominum: * Venite adoremus.

Psalm. Venite.

Hymnus.

Quid sæve tortor unguis, Judexque fractis, virginum.

Plusquam virilis indolis Miraris indolentiam?

Virtutis hoc altissimæ, Agnosce munus, perfide

Firmissimam constantiam, Qui débili dat sexui.

Sævire in actus fictiles,

Mercesque earum testeas, Sed non potestis condita^s

In his faces extinguere.

Quas ardor almi luminis Accendit & dulcissimus Sponsus cadentes excipit Christus bravium martyrum.

Et nunc precantur sedule Pro gente Patrem, & Filium, Et Spiritum Paraclitum, Qui regnat omne in sæculum. Amen.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Sancto Isidoro, & Breviariis Hispaniæ.

Lectio iv.

Justa, & Rufina sorores, Hispalenses virgines castissimæ, facultatibus pauperes, sed virtutibus locupletes, cum Diocletianus in Christianos sæviret, fictilium mercimonio sese alebant, & tenuitate egenos sustentabant. Religiosè itaque, & in magna concordia domus suæ curam gerentes, vitam inculpatam transigebant. Accidit autem statuto quodam die Hispali Adonia celebrari. In quo festo muliere-

cu-

culæ quædam cum solitis ejulatus, & clamoribus Salambone simulacrum (sic Venerem Syri vocant) in pompa circumferebant, & ab omnibus passim in ejus doemonis cultum aliquid erogari efflagitabant. Quæ cum obiter à sanctis sororibus stipem postulerent, nec quidquam extorquerent, una ex eis quæ idolum bajulabant, omnes fictilium merces indignabunda confregit. Sed sanctæ virgines non fribole rei detrimento commotæ, sed religionis zelo succensæ: nefarium simulacrum à se dejecerunt, quod terræ illisum, & comminutum, fictile etiam se probavit.

℞. Propter veritatem, Pag.

47.

Lectio v.

RE autem ad Diogenianum Provinciæ Præsidentem delata, quasi impietatis reas capi, & ad se adduci jubet. Quæ cum coram eo consisterent, de religione interrogatæ, se Christi famulas, & pro ejus nomine mori paratas esse intrepide responderunt. Admoventur ergo varia, & horribilia cruciatus instrumenta, ac virgines hilares, & Christum invocantes, equuleo suspensæ, ferreis unguis exarantur. Sed

cum in fidei confessione constantes, fessis etiam tortoribus, persistenter, in carcerem traditi, & inde aliquot post dies extrahi jubentur: ut se longo itinere in loca ad montes Marianos sita (quo sibi juris dicendi causa eundem erat) sequerentur, existimans ejus itineris difficultate, earum constantiam vinci posse. Sed divina virtute imbecilli sexui vires suggerente, rupium, & montium prærupta, & aspera nudis pedibus, magna animorum alacritate superarunt, & incolumi fide Hispalim redierunt: ubi cum sævissimis iterum cruciatibus earum fides frustra tentata est. Quorum immanitate, & diuturno carceris situ, & fame, Justa enectæ, Deo Spiritum reddens, ad duplicem coronam evolavit.

℞. Dilexisti justitiam, Pag.

47.

Lectio vi.

RUfina verò ad alia certamina sanctissimæ sorori superstes, Præsidentis jussu, in arenam producta (ut Sanctus Lidorus refert) ferocissimo leoni objecta est. Qui quasi virtutem coelestem agnosceret, illasam eam, & intactam reliquit. Reducta ergo in carcerem, fractis à lictore cervi-

ci-

cibus, gloriosum martyrium in vinculis consummavit. Cujus corpus à carnificibus in eandem arenam tractum, combustum est. Ossa autem à Sabino Hispalensi Episcopo collecta, & in suburbano coemeterio honorificè sepulta sunt cum sororis Justæ corpore, quod è profundo puteo in quem jussu Diogeniani præcipitatum fuerat, idem sanctus Episcopus extraxit.

℞. Afferentur Regi, Pag.

47.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium: Simile erit regnum cælorum decem virginibus. ut in communi.

AD LAUDES.

Hymnus.

ADeste sacræ virgines
Quas cura fecit pervigil
Sponso vocante ad nuptias,
Claras referre lampades.
Jam nigra noctis orbita
Ad manè clarum vertitur,
Vincant timores turbidos
Æterna lucis gaudia.
Aperta vobis janua
Sponsus vocat, succedite,
Sparsasque nostris flētibus
Offerte palmas nobiles.
Offerte fessum sanguinem
Christo immolatæ victimæ,
Quo martyres sanctissimæ

Vestram beastis Hispalim.
Ut ipsæ nostræ Ecclesiæ
Preces benignus audiat,
Et donet indulgentiam
Vestris rogatus civibus.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri, cum Filio,
Et Spiritu Paraclyto.
In sæculorum sæcula.
Amen.

℥. Adducentur Regi virgines post eam.

℞. Proximæ ejus offerentur tibi.

AD BENEDICTUS.

Añã. Prudentes virgines, aptate vestras lampades, ecce Sponsus venit, exite obviam ei. *Oratio. ut supra.*

Missa: Loquebar. Epistola: De Virginibus. Orat. i. propr. Secret. & post Commun. pro plurib. Virgin. & Martyrib.

✠—————✠

DIE XIX. JULII.

In Festo S. Vincentii à Paulo
Confess. Duplex.

Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter sequentia. In Hymno mutatur tertius versus.

ORATIO.

DEus, qui ad evangelizandum pauperibus, & Ecclesiastici Ordinis decorem pro-

promovendum, Beatum Vincentium Apostolica virtute roborasti: præsta quæsumus, ut cujus pia merita veneramur, virtutum quoque instruemur exemplis. Per Dñum.

In primo Nocturno: Læctiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Læctio iv.

Vincentius à Paulo, natione Gallus, Pódi non procul ab Aquis Tarbellis in Aquitania natus: jam tum à puero eximiam in pauperes charitatem præsetulit. A custodia paterni gregis ad litteras evocatus, humanas Aquis, divinas cum Tolosæ, tum Cæsaraugustæ didicit. Sacerdotio initiatus, ac Theologiæ laurea insignitus, in Turcas incidit, qui captivum in Africam adduxerunt: sed in captivitate positus, herum ipsum Christo rursus lucrificavit. Cum eo igitur ex bárbaris oris, opitulante Deipara, sese proripiens, ad Apostolica limina iter instituit, unde in Galliam reversus, Clippiaci primum, mox Castellionis Paroecias sanctissimè rexit. Renunciatus à Rege Primarius sacrorum minister in Galliæ Trirémibus, mirum quo zelo, & ducum, &

rémigum saluti operam posuerit. Monialibus Visitationis à Sancto Francisco Salesio præpositus, tanta prudentia per annos circiter quadraginta eam curam sustinuit, ut maximè comprobaverit iudicium sanctissimi Præsulis, qui Sacerdotem Vincentio digniorem nullum se nosse fatebatur.

*R. Honestum fecit. Pag. 46.
Læctio v.*

Evangelizandis pauperibus, præsertim ruricolis ad decrepitam usque ætatem indefessus incubuit, eique Apostólico óperì tum se, tum alumnos Congregationis, quam sub nomine Presbyterorum sæcularium Missionis instituit, perpetuo voto à Sancta Sede confirmato, speciatim obstrinxit. Quantum autem augendæ Cleri disciplinæ laboraverit, testantur erecta majorum Clericorum Seminaria: collatio eorum de divinis inter Sacerdotes frequentia: & sacræ Ordinationi præmittenda exercitia: ad quæ, sicut, & ad pios laicorum secessus, instituti sui domicilia libenter patere voluit. Insuper ad amplificandam fidem, & pietatem Evangelicos misit Operarios, non in solas Galliæ

Pro-

Provincias, sed et in Italiam, Poloniam, Scotiam, Hyberniam, atque ad Bárbaros, & Indos. Ipse verò, vita functo Ludovico Decimotertio, cui morienti hortator ástitit, à Regina Anna Austriaca matre Ludovici Decimiquarti, in Sanctius Concilium accitus, studiossimè egit, ut non nisi digniores Ecclesiis, ac Monasteriis præficerentur: Civiles discordiæ, singularia certamina, serpentes errores, quos simul sensit, & exhorruit, amputarentur; debitaque iudicis Apostolicis obedientia præstaretur ab omnibus.

R. Amavit. Pag. 46.

Læctio vi.

Nullum fuit calamitatis genus, cui paternè non occurrerit. Fideles sub Turcarum jugo gementes: infantes expositos: juvenes discoloros: virgines periclitantes: Moniales dispersas: mulieres lapsas: ad triremes damnatos; peregrinos infirmos: artifices invalidos: ipsosque mente captos, ac innumeros mendicos subsidiis, & hospitiiis, etiamnum superstibus exceptit, ac piè fovit.

Lotharingiam, Campaniam, Picardiam, aliasque Regiones peste, fame, belloque vastatas, prolixè refecit. Plurima ad perquirendos, & sublevandos miseros sodalitia fundavit; inter quæ celeberrima Matronarum cœtus, & latè diffusa sub nomine charitatis puellarum societas; puellas quoque tum de cruce, tum de providentia, ac Sanctæ Genovefæ ad sequioris sexus educationem, erigendas curavit. Hæc inter, & alia gravissima negotia, Deo jugiter intentus, cunctis affabilis, ac sibi semper constans, simplex, rectus, humilis ab honoribus, divitiis, ac deliciis semper abhorruit, auditus dicere; rem nullam sibi placere, præterquam in Christo Jesu, quem in omnibus studebat imitari. Corporis demùm afflictatione, laboribus, senioque attritus, die vigesima septima Septembris, anno salutis supra millesimum, sexcentesimo sexagesimo, ætatis suæ octogesimo quinto, Parisiis in domo Sancti Lázari, quæ caput est Congregationis Missionis, placidè obdormivit, quem virtutibus, méritis, ac miraculis clarum Clemens

Na

Duo-

Duodecimus inter Sanctos re-
tulit, ipsius celebritati die
decimanona mensis Julii quo-
tannis assignata.

R. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Ho-
milia S. Gregorii Papæ in
Evangelium: Designavit Do-
minus, ut in Communi Evan-
gelistarum.

R. vii. Iste est. Pag. 46.

R. viii. Sicut lumbi. Pag. 46.

Missæ: Justus ut palma
florebit.

DIE XX. JULII.

In Festo Sanctæ Liberatæ
virginis, & marty-
ris. Duplex secundæ
classis.

Omnia de Communi Virg.
& Martyr. præpter ea, quæ
sequuntur.

In i. Vesperis.

Ad Magnificat Antiph.

Gloriosum sanctæ Libera-
tæ triumphum solemniter ce-
lebremus, quæ in Cruce
pendens infernum vicit, &
tyranorum tormenta supera-
vit. Alleluia.

ORATIO.

Beatæ Liberatæ virginis,
& martyris tuæ, quæ-
sumus Domine precibus, &

meritis adjuvemur: ut quæ
pro tui nomis confessione, &
pudicitæ defensione in Cruce
pendit, ab inimicorum in-
sidiis sua nos protectione de-
fendat. Per Dominum.

In primo Nocturno.

Lect. De libro Eccle-
siastici.

Confitebor tibi Dñe. Ut in
Communi Virg. 2. loco.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Lucius Catellius Severus
Præses Galleciæ, & Lu-
sitanæ, & ejus terræ Regu-
lus, idolorum cultor, ex
Calsia conjunge, eidem fal-
sæ religioni dedita, uno par-
tu (ut multarum in Hispa-
nia Ecclesiarum fert tradi-
tio) novem edidit filias. Quæ
cum existimaret, hoc posse
contra eam aliquam violati-
tori, et intemperantis vitæ
excitari suspicionem, obste-
tricæ severè indixit, ut ocul-
tè illam tot filiarum turbam
in flumen projiceret. Illa ve-
ro consilium detestata, in
proximum vicum progressa,
novem puellas totidem nu-
tricibus alendas tradidit, &
quibus sacro fonte lustratæ
Genivera, Uvilgefertis seu
Li-

Liberata, Victoria, Eumelia,
Germana, Gemma, Martia,
Basilissa, ac Quiteria nuncupa-
tæ, totas se Deo conceptæ
virginitatis voto consecra-
runt.

R. Propter veritatem. Pag.
47.

Lectio v.

Interea dira persecutio
Christianum nomem ur-
gebat, & ad Balchagiam
Catellii sedem progressa (quæ
hodiè dicitur Bayona Tu-
densis) cultores idolorum
impulit, ut virgines sacras
comprehenderent, & Catel-
lio patri sisterent puniendas.
Qui de genere, & religione
sciscitatus, Christianas, & fi-
lias suas esse cognovit. Cum
autem omnia illis regia li-
beralitate promitteret, om-
niaque supplicia judicis se-
veritate minaretur, ut eas
à studio Christianæ religio-
nis abduceret, & maternæ
preces, & lacrymæ his om-
nibus accèderent: nihilomi-
nus sacræ virgines omnes in
ea, quam susceperant, fi-
de constantes permanse-
runt.

R. Dilexisti justitiam. Pag.
47.

Lectio vi.

Cum autem pater nihil

proficeret, & in filiarum cæ-
dem raperetur furore, illæ
tametsi martyrii cupidæ, pa-
tris tamen grave peccatum
vitare cupientes, ab ejus
statuerunt sese potestate sub-
ducere, quod fecere non si-
mul omnes, sed seorsum aliæ
aliò dilapsæ, ubi variis lo-
cis martyrium subjerunt. Uvil-
gefertis verò, seu Liberata
cum aliis Christianis in ere-
mum secessit, ubi asperri-
mè vivens, silvestri cibo se-
mel ad vesperam quotidie
reficiebatur; donec compre-
hensa iterum ab impiis ido-
lorum cultibus, ad sacrile-
gum idolorum cultum, & im-
pudiciam fuit instigata; illa
verò, nec sororum nece per-
culsa, nec minis, aut cru-
ciatibus deterrita, tortoribus
se lata obtulit. Et post va-
ria tormentorum genera, in
Lusitania ad Castraleuca pro-
fide, & pudicia decertans, in
cruce meruit martirii palmam
adipisci, circa annum Do-
mini centesimum trigessi-
mum nonum: cujus corpus
in amplissimo templo Segun-
tino honorificè cònditum, sum-
ma colitur religione, & po-
pulorum frequentia.

R. Afferentur Regi. Pag.
47.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 33*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrisost.

Homil. 48. super Matt. ca. 13.

Sicut granum sinapis, & fermentum, sic duæ parabolæ istæ thesauri atque margaritæ parum inter se differunt: illud enim ambabus his denotatur, quoniam oportet prædicationem Evangelii omnibus ceteris antepone-
re. Et illis quidem (fermenti dico atque sinapis) magna Evangelii virtus ostendebatur, quæ omnino totum orbem terrarum, erat superatura: hæc verò posteriores summi esse pretii significant; sicut enim sinapis extenditur; sic quasi margarita pretiosissimum est, ac infinitas exhibet commoditates, ut thesaurus.

R. Hæc est virgo. Pag. 47.

Lectio viii.

NEC illud solum dicimus, quia cetera abjicienda sunt omnia, & sola prædicationis Evangelii retinenda; verum etiam magno id esse cum gaudio faciendum. Sanè, qui renuntiationem bonorum facit, is nullam jacturam, sed quæstuosissimam facit mercaturam. Perpendis quomodo in mundo abdita, atque celata prædicationis summa felicitas recondita? Nisi ergo cunctas res tuas vendideris, non emes: nisi curiose quæras, non invenies. Duo hæc quippè nobis ad salutem necessaria sunt, secularium rerum contemptus, & jugis vigilantia.

R. Media Nocte. Pag. 47.

Lectio ix.

Quærenti enim (inquit) bonas margaritas, & cum invenisset unam pretiosam, vendidit quæcumque habebat, ac emit eam. Una quippè veritas, nec in multis scinditur partes: ac veluti qui margaritam habet, novit se divitem esse, etiam si aliis ignotum nonnumquam illud sit, cum parvo in lo-

cu-

Deinde fit commemoratio Sanctæ Praxedis Virginis.



DIE XXII. JULII.

In Festo Sancti Hieronimi Æmiliani, Congregationis Somaschæ, Fundatoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter sequentia.

ORATIO.

DEUS misericordiarum Pater, per merita, & intercessionem Beati Hieronimi quem Orphanis adiutorem, & patrem esse voluisti, concede: ut spiritum adoptionis, quo filii tui nominatur, & sumus, fideliter custodiamus. Per Dominum.

In primo Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Hieronimus est gente Patricia Æmiliana Venetiis ortus, à prima adolescentia militiæ addictus, difficillimis Republicæ temporibus Castro novo ad Quarrum in montibus Tarvisinis præficitur. Arce ab hostibus cap-

culo margarita reconditur: sic & in prædicatione veritatis, qui ei adhærent, totoque animo illam amplectuntur, opulentos esse non ignorant, quamvis infideles, thesaurum non agnoscentes, fidelium opes contemnant.

Te Deum laudamus.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

Quamvis plurimis blandimentis, & minis sancta Liberata expectaretur, ut fidem Christianam, pudicitiamque desereret: stabilis, & firma in agone permansit, & in Cruce impollutum spiritum Deo reddidit.

Deinde fit commemoratio S. Margaritæ Virg. & Mart.

In secundis Vesperis.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

O felix Liberata, à tyrannorum sevitia liberata! O gloriosa Uvilgerfortis, quæ ubique fortis in certamine repta es! O Patrona admiranda civitatis, & diocesis Seguntinæ, fac nos tuis precibus ad gaudia coelestia, quibus frueris, pervenire.

capta, ipse in teterrimum carcerem detruditur, manibus, ac pedibus vinctus, cui omni humana ope destituto Beatissima Virgo, ejus precibus exhorata, clemens adest, vincula solvit, & per medios hostes, qui vias omnes obsederant, in Tarvissi conspectum incolumen ducit. Urbem ingressus, ad Deiparam, cui se voverat, manicas, compedes, catenas, quas secum detulerat, in accepti beneficii testimonium suspendit. Reversus Venetias, coepit pietatis studia impensius colere, in pauperes mire effusus, sed puerorum praesertim misertus, qui parentibus orbat, egeni, & sordidi per urbem vagabantur, quos in aedes a se conductas recepit de suo alendos, & Christianis moribus inbuendos.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

PER eos dies Venetias apulerant beatus Cajetanus, & Petrus Carafa postmodum Paulus Quartus, qui Hieronimi spiritu, novoque instituto colligendi Orphanos probato, illum in incurabili Hospitali adduxerunt,

in quo Orphanos simul educaret, atque aegrotis pari charitate inserviret. Mox eorumdem hortatu in proximam continentem profectus, Brisiae primum, deinde Bergomi, atque Novocomi Orphanotrophia, erexit, Bergomi praesertim, ubi praeter duo, pro pueris unum, & pro puellis alterum, domum excipiendis novo in illis regionibus exemplo, mulieribus a turpi vita ad poenitentiam conversis, aperuit. Somaschae demum subsistens, in humili pago Agri Bergomensis ad Venerae ditionis fines, sibi, ac suis ibi sedem constituit, formamque induxit Congregationis, cui propterea a Somascha nomen factum, quam subinde auctam, & propagatam, nendum Orphanorum regimini, & Ecclesiarum cultui, sed ad majorem Christianae Republicae utilitatem. Adolescentium in litteris, & bonis moribus institutioni in Collegiis, Academiis, Seminariis addictam Sanctus Pius Quintus inter Religiosos Ordines adscripsit, ceterique Pontifices privilegiis ornarunt.

R. Amavit eum. Pag. 46.

Lec-

Lectio vi.

ORphanis colligendis intentus Mediolanum proficiscitur, atque Ticinum, & utrobique collectis agminibus puerorum, tectum, victum, vestem, magistros, nobilibus Viris faventibus, provide constituit. Inde Somascham redux, omnibus omnia factus, a nullo abhorrebat opere, quod in proximi bonum cedere pervideret. Agricolis immixtus per agros sparsis, dum se illis adiutorem in metendis frugibus praebet, mysteria fidei explicabat, puerorum capita porrigine foeda abstergens & patienter tractans curabat, putridis rusticorum vulnibus medebatur eo successu, ut gratia curationum donatus censeretur. In monte, qui Somaschae imminet, reperta specu, in illam se abdidit: ubi se flagellis cadens, dies integros jejunos transigens, oratione in plurimam noctem protracta, super nudo saxo brevem somnum carpens, sui alliorumque noxarum poenas luebat. In hujus specus interiori recessu ex arido silice extillat aqua precibus Servi Dei, ut constans traditio est, impe-

trata, quae usque in hodiernam diem jugiter manans, & in varias regiones delata, aegris sanitatem plerumque conciliat. Tandem ex contagione, quae per omnem vallem serpebat, dum aegrotantibus inservit, & vita functos propriis humeris ad sepulturam defert, contracto morbo, annos natus sex, & quinquaginta, quam paulo ante predixerat, pretiosam mortem obiit anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo: quem pluribus in vita, & post mortem miraculis illustrem benedictus Decimus quartus Beatorum, Clemens vero Decimustertius Sanctorum fastis solemniter adscripsit.

R. Iste homo. perficit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Mathaeum.

Lectio vii. Cap. 19. b.

IN illo tempore: Oblati suat ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi:

Homilia 62. in Matthaeum.

CUR discipuli pueros abiegebant? Dignitatis causa.

sa.

sa. Quid ergo ille? Ut doceat illos modeste sapere, fastumque mundanum conculcare, & suscipit, & ulnis complectitur, talibusque regnum cœlorum pollicetur, id quod etiam dixit superius. Et nos igitur si volumus hæredes esse cœlorum, hanc virtutem cum diligentia magna sectemur. Hoc est enim Philosophiæ culmen, simplicem esse cum prudentia: hæc vita est Angelica. Anima enim puerulo omnibus animi morbis vacua est: non memoriam retinet injuriarum, sed eas inferentes adit, ut amicos, ac si nihil factum esset. Et quamvis à matre verbèribus cœdatur, eam semper quarit, & omnibus anteponit.

℞. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

SI Regiam ipsi ostendas diademate ornatam, non præfert eam matri pannis detritis vestitæ, malletque illam incultam videre, quam Regiam mirifice amictam. Nam quod suum, quod alienum est, non ex paupertate, vel divitiis, sed ex amore existimare solet, & nihil plus requirit, quam necessaria, atque ut lacte repletus est, statim à mam-

ma abscedit. Non eisdem, quibus nos, ærumnis præmitur, nec pecuniarum jactura, rebusque similibus, nec iisdem, quibus nos, fluxis rebus lætatur, neque corporum pulchritudinem miratur. Ideo dicebat: Talium est enim regnum cœlorum, ut ex proposito voluntatis illa operemur, quæ ex natura sua pueri faciunt.

℞. Siat lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

Quia enim Pharisæi non aliunde, quam à nequitia, & arrogantia ad agendum ferebantur, ideo ubi que discipulos suos simplices esse jubet, illosque subiadicat, dum hos instituit. Nihil enim ita superbiam parit, ut principatus, & primi consessus. Quoniam igitur discipuli per totum terrarum orbem multum honoris consecuturi erant, ipsorum animos prævenit, nec sinit eos humanum quid pati, nec honorem à vulgo expetere, vel ante alios sese efferre. Nam etiamsi hæc parva videntur esse, at malis ingentibus causam præbent: sic enim instituti Pharisæi in malorum calmen ascenderunt; salutationes, primos consessus, & medios requirentes, hinc in

ar-

ardentem gloriæ cupiditatem, iudè verò in impietatem, lapsi sunt.

Te Deum laudamus.

DIE XXIV. JULII.

Vigilia S. Jacobi Apostoli Hispaniarum Patroni.

Lectio Sancti Evangelii secundum Marcum.

IN illo tempore: Ascendens Jesus in montem vocavit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum. Et fecit, ut essent duodecim cum illo. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In Marc. Cap. 16.

Certi utique gratia mysterii, ut videlicet mundi salutem, quam verbo prædicarent, suo quoque numero commendarent. Ter etenim quaterni duodecim faciunt; & ter quaterni ad prædicandum sunt missi Apostoli, ut per universas quadrati orbis plagas baptizarent Gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Unde & de civitate sancta Jerusalem descendente de cœlo à Deo scriptum est; Quia erant ei ab oriente portæ tres, & ab Aquilone

portæ tres, & ab Austro portæ tres, & ab Occasu portæ tres. Ubi figuraliter ostenditur, quod prædicantibus Apostolis, Apostolorumque successoribus, cunctæ per orbem nationes in fide Sanctæ Trinitatis Ecclesiam essent ingressuræ.

ORATIO.

DA quæsumus omnipotens Deus, ut Beati Jacobi Apostoli tui, quam prævenimus, veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum.

DIE XXV. JULII.

In Festo Sancti Jacobi Apostoli Hispaniarum Patroni. Dup. 1. Clasis.

AD VESPERAS.

Ant. Accedit ad Jesum, cum reliquis. Pag. 24.

Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica & loco, ultimi: Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. Fratres, puto.

Hymnus: Defensor alme.

Pag. 27.

℞. In omnem terram exiit sonus eorum.

℞. Et in fines orbis terræ verba eorum.]

Co

AD.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Misit Herodes Pag.

21.

ORATIO.

ESTO Domine. Pag. 21.

AD MATUTINUM.

*Omnia de Communi Apostolorum præter propria.**In primo Nocturno.**Lectioes: Sic nos existimet homo, de eodem Communi.**R. I. Procedens Jesus. Pag. 22.**R. II. Vocavit ad se. Pag. 22.**R. III. Cum venisset. Pag. 22.**In secundo Nocturno.**Lectioes: Jacobus Zebedæi filius &c. cum R. R. ut in Pag. 27.**In tertio Nocturno.**Homilia S. Joannis Christostomi in Evangelium: Accessit ad Jesum: cum R. R. Pag. 28.*AD LAUDES, ET PER
Horas.*Omnia prout in Pag. 24. 25. et 26. ut extra Tempus Paschale.**Ad Vesperas Añæ. de Lau-**dibus: Psalmi de secundis Vesper. Apostolorum. Capitulum et Hymnus ut in primis Vesper.**Y. Annuntiaverunt opera Dei.**R. Et facta ejus intellexerunt.**Añã. O Beatum Apostolum. Pag. 27.*

ORATIO.

Ut supra.



DIE XXVII. JULII.

*In festo Sancti Pantaleonis Martyris. Semidup.**Omnia de communi unius Martyris præter sequentia.**Ad Vesp. Añæ.**In tormentis, ut in Laudibus.**Psalm. Dixit Dominus Domino meo: Cum reliquis de Comm. Martyr. Capit. & Hym. de communi.**Añã. ad Magnific.***G**loriosus Pantaleon, coelestem medicum toto dilexit corde, & moriens pro Christo vivit in coelo coronatus.

ORA-

ORATIO.

Deus, qui B. Pantaleonem martyrem tuum varia tormenta superare fecisti, & pro persecutoribus exorare; concede propitius, ut qui ejus imploramus auxilium, misericordiae tuae sentiamus effectum. Per Dominum nostrum, &c.

AD MATUTINUM.

*Invitat. Hymn. Psalm. & Antiph. de Comm. unius Martyr.**Lect. I. Noct. de Scriptura occurrente.**In secundo Nocturno.*

Lectio iv.

Pantaleon Nicomediensis filius Eustorgii Gentilis, & Eubulae Christianae, medicam artem ab Euphrosino didicit: cum autem Hermolaus Presbyter ex modestia vultus, ex incessu, & serenitate oculorum altè de illo judicasset, illum accersivit, & coepit in cor fluentia divinae Fidei infundere. Crede mihi dixit: Aesculapii, & Hipocratis medicamenta par-

va sunt, & parùm prodesse possunt, quinimo ipsi Dij, quos colit Maximianus sunt vana omninò fabula: Unus autem solus verus Deus est Christus, in quem si credideris, eius sola invocatione omnes morbos fugabis, quæ verba servabat in corde, jugitè meditabatur, & suavitè allectus ad Hermolaum, ut ad magistrum hilaris, quotidie ventitabat. Cum autem quadam die videret puerum mortuum, & propè eum viperam quasi ostendentem, quod mortem fecisset, intra se dixit: si vera sunt dicta Hermolai, invocato nomine Christi, puer iste vivet, & bœlua morietur, quod ut cogitavit, accidit, & statim infusa luce securitatis, omnis caligo discessit, & benedicens Deum, æstuansque desiderio sacri Baptismi, ab Hermolao gaudens suscepit.

R. Honestum fecit Pag. 39.

Lectio v.

Non multo post cæco visum restituit, & patri Eustorgio tenebras impietatis solvit, qui Idola calcans, & verum Deum confessus baptizatur. Mortuo patre, egenis opem, & languen-

tibus sanitatem largiebatur, quare ad Maximianum deferunt, qui primum honore, & blanditiis atrahere studet, deinde misatur mortem, & dura supplicia, si Dijs non offerrat sacrificium; sed, cum omnia invicto animo respiceret, in ligno suspenditur, ferreis laniatur unguibus, & lampades ignis lateribus eius admoventur: at illo orante, apparuit Christus, dulcibus verbis illum recreans, & illico lassatae sunt manus lictorum, extinctae lampades, & plumbum liquatum, in quod postmodum, Tyrano jubente injectus fuit, in naturalem mutatur frigiditatem; sed quid non tentat ingeniosa crudelitas! Mandat, ingentem lapidem collo alligari, sicque in mare dimitti: sed lapis non secus, ac folium leve supernatat, & Pantaleon firmiter super undas graditur; non cessit tantis prodigijs Tyranni obsecrata mens, sed feris insanius jubet ad feras produci. Crudèle spectaculum! Sed spectabile coelo: confluit tota civitas, congregiuntur cum Athleta ferae, at illae tamquam ratione utentes, & induta humanitatem, quam

exuerat Imperator, reverenter ad martyrem accedunt, blandiuntur, pedesque illius lingua tangentes, veluti contendebant, quoniam prima ad eum accederet, & non prius recederet, quam martyr ei manum imposuisse, & ei benedixisset.

R. Desiderium animæ Pag. 40.

Lectio vi.

Quo viso, clamabant multi: dimittatur justus; magnus est Deus Christianorum, qui quidem solus, & verus est: sed Maximianus, nec edoctus a feris pietatem, nec tanto lumini cedens, imperat Pantaleonem in locum editum ferri, & rotæ alligatum, in præcepserat declive dimitti. At rota ultrice, & plures Deorum opprimente cultores, illæsus evasit. Quare gladio occidit jussit. Accessit lictor, oleæ plantæ illum alligat, sed, cum exequeretur ictum, conversa fuit ferri acies ceræ similis: quo miraculo stupefacti lictores ad pedes martyris provoluti veniam precantur, Christum aperte confitentes, sed tandem, ne periret gloria martyrii, caput abscinditur, & statim lac pro sanguine fluxit,

fluxit, & planta oleæ, cui alligatus fuerat, fructibus onusta apparuit. Cum autem quidam fideles convenissent, sacrum corpus in suburbano cujusdam Scolastici reverenter reponunt, quem in vita tantis prodigijs Dominus illustraverat, post obitum innumeris honoravit: inter quæ præclarum illud, quod sacer ejus cruor, qui ampulla servatur Ravelli in Regno Neapolitano, & Romæ a primis vesperis festi usque ad diem sequentem, in quo Ecclesia celebrat eius martyrium, cum coagulatus antea existat, mirum in modum liquefieri, & undequaque fluidum moveri, cunctis cernentibus, quotannis conspicitur. Quod etiam accidit in portione sanguinis, qui in Monasterio Regali Incarnationis Monialium S. Augustini Matriti inter pretiosiora pigmenta asservatur.

R. Stola jucunditatis Pag. 40.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium: Nihil est opertum, ut in
Pag. 209.

R. verò VII. Corona aurea. Pag. 40.

R. VIII. Hic est vere
Martir. Pag. 40.

AD LAUDES ET PER
Horas.

Antiphona.

In tormentis apparuit Christus, Pantaleonem miram dulcedine perfundens.

Psalm. Dominus regnavit:
Cum reliquis de Dominica.

Antiphona.

Ego enim, ait Christus in habitu Hermolai, tecum sum in omnibus, quæ propter me pateris.

Antiphona.

Cum pro lictoribus exoraret, audivit de coelo: ultra non vocaberis Pantaleon, sed Pantaleemon, id est misericors, quia multi per te misericordiam consequentur.

Antiphona.

Lacte, & cruore martyris collum fluit, pro quo cruorem, & quam Christus fuderat.

Antiphona.

Pantaleon varie cruciatus jùgiter canebat: sapè expugnaverunt me à juventute mea, etenim non poterunt mihi.

Cap. Hyun. & vers. de
Communi unius Mart.

Antiphona. Ad Benedictus.

Dixit Maximianus Panta-
leoni: Quænam est ars
præstigiæ, quæ tibi ex-
tinxit lampades, & satellitibus
vires abstulit? Ad quæ
respondit: meæ præstigiæ
Christus est.

Orat. ut supra.

In secundis Vesp. Añæ.
de Laudib. Psalmi, ut in 2.
Vesp. unius Mart.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Recordatus fuit miseri-
cordiæ Domini, & in
conspetu astantium factus est
illi adjutor.

Missa. Lætabitur. Evang.
Nihil est opertum: Ut in
Officio.

FESTA AUGUSTI.

DIE I. AUGUSTI

Octava Sancti Jacobi Apos-
toli.

Offitium fit sicut in die,
præter ea, quæ hic ponuntur.

In primo Nocturno. Lectiones
de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lec-
tiones. Fundamenta eius Pag.
35.

IN III. NOCTURNO.

Homil. Sancti Ambrosii Epis-
copi: Potestis bibere Calicem
in Evangelium: Accessit ad
Jesum. Pag. 36. sed ex 8.
et 9. Lection. fit una, ut no-
na Lectio sit de SS. Macha-
bæis.

DIE II. AUGUSTI.

In Festo S. Petri Episcopi
Oxomensis, & Confessoris.

Duplex

Omnia de Comm. Conf. Pontif.
exceptis his, quæ sequuntur.

ORATIO.

DA, quæsumus omnipo-
tens Deus: ut beati Pe-
tri Confessoris tui, atque
Pontificis veneranda solem-
nitas, & devotionem nobis
augeat, & salutem. Per Do-
minum.

In primo Nocturno: Lectiones
de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Historia Bernardi Ar-
chiepiscopi Toletani sub Pas-
chale 2. tempore Alfonsi VI.
His-

Hispaniarum Regis, & aliis
Oxomensis Ecclesiæ monu-
mentis.

Lectio iv.

Petrus Bituricensem è
Gallia, Bernardus To-
letanus Antistes, Roma per
Galliam (suum natale solum)
Toletum rediens, cum aliis
viris doctrina, & pietate præ-
stantibus, secum, ut eorum
ministerio in Ecclesiæ regi-
mine uteretur, adduxit. Pers-
pecta autem Petri prudentia,
singularique in omnia per-
peritia, eum primo Archi-
diacoenum Toletanum insti-
tuit: in cuius munere ita se
singulari omnium, & præ-
cipue sui Præsulis approba-
tione gessit, ut altioris lo-
ci, & regiminis dignissimus
fuerit iudicatus. Anno itaque
Domini millesimo centesimo
primo, Paschale secundo su-
mo Pontifice, ipsius Bernar-
di opera, post expulsos Sa-
racenos ex Arebæis, in qui-
bus ad fines Celtiberiæ sita est
Oxoma, & Toletum ab eo-
rum tyranide armis Alphon-
si Sexti Hispaniarum Regis
vindictatum, primus Episcopus
Oxomensis creatur. Divinitus
autem datus, & præfectus Ec-
clesiæ, potius quam hu-
manitus ex eo certissime ju-

dicandus est; quia, cum Sa-
racenorum vi, temporumque
injuria per trecentos plus mi-
nus ante annos Pastorum so-
latio, & præsentia destituta,
Oxomensis Ecclesia perman-
sisset: ipse Petrus admirabi-
li sanctitate, & incredibili
celeritate omnia ita dispo-
suit, ut numquam talia pa-
sa Oxomensis Ecclesia vide-
retur.

Æ. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Præfectus itaque suæ Ec-
clesiæ, primum antiqui
templi tanti temporis decur-
su colapsi fundamenta explo-
rat, ipsamque reficit, & in
pristinum statum cum ingenti
brevitate restituit. Veterem
Diocesium instaurat, prædi-
catione verbi divini, assi-
dua oratione, disciplinæ se-
veritate cum pia quadam mo-
deratione Clerum instituit:
ut mores Christiani, & Cle-
ri sanctitas, maxime eluce-
rent. Distinctas item Paro-
chias prædicatione, Sacerdo-
rum institutione, effusa in
pauperes misericordia, visi-
tando frequenter circuibat.
Multis etiam editis miracu-
lis, antiquum nascentis Ec-
clesiæ Christianæ splendorem

suscitare videbatur: ex his referentur quædam monumentis majorum, & receptis historiis consignata. In his est Oxomensis civis admirabilis à dæmone liberatio: is enim potens, & dives ob illatas Oxomensis Ecclesiæ graves injurias excommunicatus, in Episcopum Oxoma in Villam sancti Stéphanii proficiscentem hostili animo armatus irruit, uade à dæmone subito correptus, de equo, cui insedebat, dejectus: & in terra spumans tandiù volutatur, donec oratione, & precibus sancti Episcopi à dæmone opprimente liberatur: & ad pristinam sanitatem revocatus, pœnitens ad Ecclesiam confugit. Aquam item de illicis ramis in Villa Fresnillo sui Episcopatus subito defluxisse, ut sitientes cômities Episcopi, & de via lassii sub umbra ejusdem arboris reficerentur. Multos præterea gravi ægritudine laborantes, pristinae sanitati restitutos precibus à Domino impetravit.

Æ. Posui adjutorium. Pag.

45.

Lectio vi.

HIS piis, & sanctis operibus intentum Episcopum ad

funus Alfonsi Regis in Abbatia sancti Facundi ritè procurandum, evocatum, & deinde redeuntem Oxomam, febris periculosa Palentia occupat; adhibitis autem à Petro Palentino Episcopo omnibus humanitatis officiis, nihilominus instare sibi mortem Oxomensis intellexit: & dæmonem sibi apparentem in ipso mortis articulo his verbis répulit: Quid hic agis nequam? Nulla tibi pars debetur, nonne confunderis, volens occupare, quæ tua non sunt? Et benedicta tunc à seipso more Ecclesiastico aqua aspersum compescuit, & fugavit. Deinde Palentino Episcopo dubitanti, an corpus illius post mortem propter Maurorum frequentes irruptiones Oxomam tuto deferri posset (ut obnixè petierat ab eo Oxomensis) respondit, ipsum bono animo esse: futurum enim, ut nulla vi hostium, neque incursionem impediretur, vel in profectioe, vel in réditu, ut eventu ipso probatum est. Sacramentis igitur Poenitentia, Eucharistia, & Unctionis debite susceptis, fronti signo crucis impresso, & circumstantes benedicens,

COM

composito vultu, Palentia clarus miraculis migravit ad Dominum, cum per sex annos, & quatuor plus minus menses Ecclesiam sanctissimè gubernasset. Cujus corpus Oxomam delatum honorifico sepulcro conditum est, multis ad illud Religionis, & voti causa confluentibus.

Æ. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno: Lektionen de Homilia S. Gregorii Papæ super Evangelium: Homo peregrinè proficiscens, de eodem Communi.

Nona Lectio ex duabus una, & commemorat. in Laudibus S. Stephani Papæ, & Martyris.

DIE IX. AUGUSTI.

In Festo Sanctorum Martyrum Justi, & Pastoris.
Duplex secundæ clas.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Justus, & Pastor, cum reliquis de Laudib. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dom. & loco ultimi Psalmi:

Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum Rom. 8.

FRatres, existimo, quod non sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis: Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.

Hymnus B. Isidori.

ECCE Justus, ecce Pastor, Ambo: juncti sanguine, Quos piæ fraternitatis Iunxerat germanitas. Iunxit æqualis sacratae Passionis unitas.

Hi tamen scholis retenti. Dum instruuntur litteris Audientes quod tyrannus Intrat urbem persequens, Illicò scholam relinquunt, Et tabellas abnuunt.

Appetunt cursu deinde Præsidi præsentiam, (do. Et Crucem Christi sequentibus) Corpus armant débile, Quò triumphos passionis Expedirent fortiter.

Hoc repente Daciano Nuntiantes iniquiunt. Ecce advenire Christum Profitentes parvulos, Mortis ultrò passionis, Atque cædes perpeti.

Cóncitans adest hic præses.

Pp

Tür-

Turbidus, sævitiam,
 Ad suos truces ministros
 Teneantur, clamitat:
 Fustibus, jubens, tenella
 Dissecari corpora.
 Tunc sacratas ambo voces
 Alloquuntur invicem;
 Tempus est jam temporales
 Ferre poenas corporis,
 Quo futuro perfruamur
 Gaudio cum Angelis.
 Audiens mox Dacianus
 Martyrum constantiam,
 Excitatus in furore.
 Dicit hanc sententiam:
 Ut perempti ambo fratres,
 Morte dira intercident.
 Protinus eos furentes,
 Pertrahunt satellites,
 Ad locum campi patentem,
 Quem ferunt laudabilem,
 Ense illic verberantur,
 Laureantur sanguine.
 Laus tibi per omne tempus,
 Trinitas indifferens,
 Laus, honor, virtusque
 summa,
 Singularis gloriæ,
 Quæ Deum te sæculorum,
 Personet per sæcula. Amen.
 ¶. Latamini in Domino, &
 exultate justi.
 ¶. Et gloriamini omnes rec-
 ti corde.

Ad Magnificat, Añã.
 Fortissimi pueri Justus, &

Pastor, in campum lauda-
 bilem adducti, pro Christo
 plusquam virili constantia,
 dato collo, martyrio coro-
 nati sunt.

ORATIO.

DEUS, lactentium fides,
 spes infantium, chari-
 tas puerorum, qui per ino-
 centum tuorum Justus, & Pas-
 toris laudem cunctos provo-
 cas ad salutem: infunde no-
 bis, quæsumus, puritatem
 lactentis infantie, ut, dum
 sensu justitiæ parvulis adæ-
 quamur, in illa remunera-
 tione fidelium cum sanctis pa-
 riter gloriemur. Per Domi-
 num.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Regem gloriæ, qui bea-
 tos hodiè Justum, & Pasto-
 rem coronavit. * Venite ado-
 remus.

Psalm. Venite.

Hymnus.

DIVINO agente spiritu,
 qui infirma mundi robo-
 rat,

Ad vincla, flagra, & vulnera,
 Fratres tenelli convolant.
 Vix Justus annum septimum,
 Nonumque Pastor égerat,
 Et jam cruento in prælio
 Uterque mundum vicerat.

Mi-

Minas uterque Præsidis.
 Uterque sprevit verbera,
 Et colla uterque lactea
 Stricto mucroni subdidit.
 Incensa nempè charitas,
 Quam Christus armat, fovet
 Quamvis tenello in corpore,
 Nescit malis succumbere.
 In hoc triumpho nobili
 Divina virtus émicat,
 Quæ infirma sæcli déligit,
 Confundat ut fortissima.
 Sit laus potestas, gloria,
 Uni, trinoque nûmini,
 Quod cæde, & ore infantium
 Invitat ad coelestia. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Añã. Cum Dacianus Præ-
 ses dira Christianis supplicia
 minaretur, Justus, & Pas-
 tor pueri mira alacritate se-
 se martyrio obtulerunt.

Psalm. Beatus vir.

Añã. Ira exardescens, &
 rubore suffusus Dacianus in-
 fantes martyres fustibus cæ-
 di, & excruciaci crudèlitér
 jussit.

Psalm. Quare fremuerunt
 gentes.

Añã. Non flagris, non mor-
 te deterriti, ad martyrium pro
 Christo perferendum, se mu-
 tuò roborabant.

Psalm. Domine, quid mul-
 tiplicati.

¶. Latamini in Domino,
 & exultate justi.

¶. Et gloriamini omnes
 recti corde.

In primo Nocturno, Lect. B.
Pauli ad Romanos. Fratres,
 debitores, ut in communi plu-
 rimorum Martyrum.

¶. I. Beati Martyres Jus-
 tus, & Pastor teneris annis
 ætatis suæ mortem perdidit,
 & vitam æternam in-
 venerunt: * Quia solum vitæ
 dilexerunt auctorem.

¶. Infantia computabatur
 in annis, sed senectus erat ve-
 nerabilis, non annorum nu-
 mero computata. Quia.

¶. II. Ingressus tyrannus Con-
 plutum, omnes Christianos
 perquiri jubet, qui aut idólis
 sacrificent, aut cruciatibus
 acerbissimis interficiantur:
 Justus, & Pastor ultrò se of-
 ferunt: * Quia magno deside-
 rio pro Christo morienderant
 incensi.

¶. Projectis tabellis, quibus
 prima litterarum rudimenta
 continebantur, in domum ju-
 dicis properant. Quia.

¶. III. Videte, ne contem-
 natis unum ex his pusillis: *
 Angeli enim eorum semper
 vident faciem Patris mei, qui
 in cœlis est.

¶. Qui scandalizaverit unum

de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Angeli. Gloria. Angeli.

In secundo Nocturno.

Añã. Dixit Justus: noli frater Pastor hanc temporalem pertimescere passionem; nam qui nos ad tantam gratiam vocavit, vires cruciatibus pares præstabit.

Psal. Domine, quis habitabit.

Añã. Dignè, frater Juste sic te decet hortari, ut justitiam, quam nomine præfers, simul cum tuo fratre suscipias.

Psal. Conserva me Domine.

Añã. Hi sunt, qui acceperunt benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.

Psalm. Domini est terra.

¶ Exultent justi in conspectu Dei.

℞. Et delectentur in lætitia.

Ex lib. S. Isidori, & lib. Ildephonsi de viris illust.

Lectio iv.

Justus, & Pastor, germani fratres, Complutenses, illustre Christo Domino testimonium dederunt, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus: Nam cum Dacianus Præ-

ses, Complutum ingressus, Christianos omnes perquiri jubéret, ut, aut fidem Christi detestati, idolis sacrificarent, aut acerbissimis cruciatibus interficerentur, Justus, & Pastor púeruli magno sunt pro Domino moriendi desiderio incensi. Itaque projectis tabellis, quibus prima litterarum rudimenta continebantur, quo Christum melius discerent, é ludo litterario, neque vocati, neque appellati, in domum judicis properant, Christianos se esse públicè profitentur, & pro Christi fide supra ætatem, & corporis vires læti, atque alacres tormentorum cruciatibus sese ultrò offerunt. Quos Dacianus tamquam pueros jubet verberibus ab ea mente deterreri.

℞. iv. Justus sic fratrem Pastorem alloquebatur; ne timeas frater mortem corporis, nec dira tormenta, quæ nos circumstant: * Nam Deus ille, qui nos ad tantam gratiam vocare dignatus est, dabit vires cruciatibus pares.

¶ Non te deterreant tormenta, quæ nobis parata sunt, quasi tenella nostra ætate graviora. Nam Deus.

Lectio v.

Dum ad verbera ducuntur, mutuo se ad supplicia fortiter subeunda novelli agni cohortabantur. Nam Justus minor natu, timens fortè, ne de sua frater constantia diffideret, sic prior Pastorem alloquitur: Nihil, Pastor frater, timeas mortem corporis, quæ nos circumstat: nec tormenta, quæ nobis parata sunt, quasi tenella nostra ætate graviora; excipe júgulo securus gladium: nam Deus ille, qui nos ad tantam gratiam vocare dignatur, dabit etiam vires cruciatibus pares. Ad hæc Pastor; meritò, Juste frater, sic te decet hortari, ut justitiam, quam nomine præfers, re ipsa præstes, ejusque fructus tecum una percipias. Ego verò libenter socium me tibi præbebo martyrii, ut tecum hujus certaminis gloriam adipiscar. Quorum sermones cum satellites ad Dacianum retulissent, véritus ille, ne reliqui Christiani tanto excitarentur exemplo, ejusque crudelitas, si in certamen descenderet, á pueris vinceretur, extra oppidum, procul ab hominum frequentia, sanctissimos pueros abripi jubet, & silentio occidi.

℞. Propter testamentum Domini, & leges paternas, Justus, & Pastor perstiterunt in amore fraternitatis: * Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides.

¶. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia.

Lectio vi.

Itaque in campum, qui Laudabilis est appellatus, adducti, octavo Idus Augusti gladio feriuntur. Et, ut á majoribus accépimus, jugulati sunt super lápidem, qui Compluti in honore est, & adhuc servat sacrati martirii impressa vestigia. Post discessum Daciani, Christiani beatissima puerorum corpuscula eo ipso loco honorificè sepelierunt, quæ, durante persecutione, & novis deinceps semper bellis Hispania exagitata, oblivioni traduntur, donec longo post tempore Asturiæ Toletano Archiepiscopo, viro sanctissimo divinitus comonstrata sunt. Qui coelestem thesaurum pro dignitate æstimans, Complutum venit, eumque pretioso túmulo cõdidit: tantaque veneratione prosecutus est, ut, Toletana sede relicta, primus Complutensem Episcopatum constituerit, ac reli-

reliquum vitæ tempus in honorandis sanctissimis pueris collocarit, neque amplius se ab eis divelli passus sit: quorum reliquæ multis, & illustribus miraculis claruerunt.

℞. vi. Innocentes pro Christo Infantes occisi sunt ab impio tyranno, pueri fratres jugulati sunt, ipsum sequuntur agnum sine macula: * Et dicunt semper, Gloria tibi Domine.

℥. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Et dicunt. Gloria. Et dicunt.

In tertio Nocturno.

Añã. Neque vocati neque appellati Justus, & Pastor in domum iudicis properant, Christi fidem confitentes.

Psal. Exultate iusti.

Añã. Qui adhuc lactentis teneritudine agebantur infantia, ultra vires viriliter dimittant. Alleluia.

Psal. Benedicam Dominum.

Añã. Deus adjutor noster in tribulationibus: propterea non timebimus, dum turbabitur terra.

Psal. Deus noster refugium.

℥. Iusti autem in perpetuum vivent.

℞. Et apud Dominum est merces eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. ii.*

In illo tempore: Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 8. de verb. Domini
tom. 10.

Quid est hoc fratres? A contrario sensu intelligite. Abscondisti hæc, inquit, à sapientibus, & prudentibus: & non dixit: Revelasti ea stultis, & imprudentibus: sed ait, abscondisti quidem à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Sapientibus, & prudentibus irridendis, arrogantibus falso grandibus, verè autem tumentibus, opposuit non sapientes, non prudentes, sed parvulos. Qui sunt parvuli? Humiles. Ergo abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus.

℞. vii. Sacrilegi Præsidis Daciani minas perhorrescunt viri, infantes contemnunt: * Et per infirma mundi fortia confunduntur.

℥.

℥. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra. Et per.

Lectio viii.

Nomine sapientium, & prudentium superbos intelligi posse, ipse exposuit, cum ait: Revelasti ea parvulis. Ergo abscondisti non parvulis. Quid est: non parvulis? Non humilibus; quid est: non humilibus, nisi superbis? O via Domini! Aut non erat, aut latèbat, ut revelaretur nobis. Undè Dominus exultavit, nisi quia revelatum est parvulis? Debemus esse parvuli: nam si voluerimus esse magni quasi sapientes, & prudentes, non nobis illud revelatur.

℞. viii. Hæc est vera fraternitas, quæ numquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine, secuti sunt Dominum: * Contemnentes aulam regiam, pervenerunt ad regna cœlestia.

℥. Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum. Contemnentes. Gloria Patri. Contemnentes.

Lectio nona de vigilia Sancti Laurentii.

Te Deum.

AD LAUDES, ET PER
Horas, *Añã.*

Justus, & Pastor fratres pueri, cum Præsidis sevitiæ viri perhorrescerent, spontè ad martyrium cucurrerunt.

Psal. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Pastor, & Justus fratres: cum pueri adhuc litteris imbuerentur, projectis in schola tabellis, veram sapientiam sunt secuti.

Añã. Justus Pastorem alloquitur: Noli, frater, mortem corporis, nec tormenta, quæ nobis parata sunt, pertimescere.

Añã. Dixit Pastor Justo fratri, libenter me tibi martyrii socium præbeo, ut simul hujus certaminis gloriam consequamur.

Añã. Pueri, & juvenes, senes cum junioribus laudent nomen Domini, alleluia.

Capitulum. Rom. 8.

Fratres, existimo, ut supra.

Hymnus.

Sacra victorum monumenta fratrum
Súpplīci voto renovamus, & te,
Martyrum virtus, canimus,
qui in illis

Chris-

Christe triumphas.
Hodiè duplex tibi consecratur
Victima, hostili temerata cul-
tro,

Utraque internas animante vi-
res uritur igne.

Ultrò ad immitem properat
tyrannum,

Utraque intentos cupit ire in
enses,

Nulla vis cogit júgulum mi-
naci Sùbdere ferro.

Proderunt una genitricis alvo,
Tempore ad palmam rapiun-
tur uno,

Et duplex agnus laniatus unam
Imbuit aram.

Excipe ex nostris Deus alme
templis

Vota solemnè geminata ritu,
Quique adhuc stillat véteri
recentem

Morte cruórem.

Gloria æterno Genitori, & ejus
Sit coæternæ Sòboli, jugisque

Laus Paraclito, qui ab utro-
que manat

Numine sacro. Amen.

✠. Exultabunt Sancti in gloria.

✠. Lætabuntur in cubilibus
suis.

Ad Benedictus. Aña.
Super petram duæ victimæ
Christo gratissimæ Justus, &
Pastor jugulati sunt, & cor-
pora eorum in pace honorifi-
cè sepulta sunt, alleluia.

Oratio, ut supra.
*Et fit commemoratio Vigi-
liæ Sancti Laurentii, & S.
Romani.*

AD TERTIAM.
Aña. Pastor, & Justus.

Capitul. Existimo, ut supra.

✠. *brev. Lætamini in Do-
mino: * Et exultate Justi.*
Lætamini.

✠. Et gloriâmini omnes
recti corde. Et exultate. Glo-
ria Patri. Lætamini.

✠. Exultent justi in cons-
pectu Dei.

✠. Et delectentur in lætitiâ.

AD SEXTAM.

Aña. Justus Pastorem.
Capitulum. Rom. 8.

SCimus autem quoniam di-
ligentibus Deum omnia
cooperantur in bonum, iis qui
secundum propositum vocati
sunt sancti.

✠. *brev. Exultent justi: **
In conspectu Dei. Exultent.

✠. Et delectentur in lætitiâ:
In conspectu. Gloria Patri.

Exultent.

✠. Justi autem in perfe-
ctum vivent.

✠. Et apud Dominum est
merces eorum.

AD NONAM.

Aña. Pueri, & juvenes.

Ca-

Capitulum. Rom. 8.

Quis ergo nos separabit à
charitate Christi? Tri-
bulatio? An angustia?
An fames? An nuditas? An
periculum? An persecutio? An
gladius?

✠. *brev. Justi autem: * In
perpetuum vivent. Justi.*

✠. Et apud Dominum est
merces eorum. In perpetuum.

Gloria Patri. Justi.

✠. Exultabunt sancti in
gloria.

✠. Lætabuntur in cubili-
bus suis.

*Vesp. seq. de S. Laurentio
comm. præc. ex Decret. 17.
Febr. ann. 1781.*

*Aña. Isti sunt duo novelli
agni, qui nec minis iudicis
deterriti, nec virium teneri-
tate defessi, usque ad mor-
tem tormenta passi sunt; alle-
luia.*

✠. Exultabunt sancti in
gloria.

✠. Lætabuatur in cubili-
bus suis.

*Oratio. Deus lactentium,
ut supra.*

DIE XII. AUGUSTI.

In Festo Sanctæ Claræ virg.
Duplex.

*Omnia de Communi Virgin.
præter sequentia.*

ORATIO.

EXaudi nos Deus salutaris
noster: ut sicut de B. Cla-
ræ virginis tuæ festivitate
gaudemus: ita piæ devotionis
erudiamur affectu. Per Domi-
num.

*Et fit commemoratio Octa-
væ S. Laurentii.*

*In primo Nocturno: Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CLara, nobilis virgo, Assi-
sii nata in Umbria, sanctum
Franciscum concivem
suum imitata, cuncta sua bona
in eleemosynas, & pauperum
subsidia distribuit, & conver-
tit. De sæculi strepitu fugiens
in Campestrem declinavit Ec-
clesiam, ibique ab eodem B.
Francisco recepta tonsura,
consanguineis ipsam reducere
conantibus fortitè restitit. Et
denique ad Ecclesiam sancti
Damiani fuit per eundem ad-
ducta, ubi ei Dominus plures
socias aggregavit, & sic ipsa
sacrarum Sororum Collegium
instituit, quarum regimen,
nimia S. Francisci debita im-
portunitate, recepit. Suum
monasterium sollicitè ac pru-
dentè in timore Domini, ac
plena Ordinis observantia an-

nis quadraginta duobus mirabiliter governavit: ejus enim vita erat aliis eruditio, & doctrina, unde ceteræ vivendi regulam didicerunt.

℞. Propter veritatem. Pag.

47.

Lectio v.

UT carne depressa, spiritu convalesceret; nudam humum, & interdum sarmen-
ta pro lecto habebat, & pro pulvinari sub capite durum lignum. Una tunica cum mantello de vili, & hispido panno utebatur, aspero cilicio nonnumquam adhibito juxta carnem. Tanta se frænabat abstinentia, ut longo tempore tribus in hebdomada diebus nihil pénitus pro sui corporis alimento gustaverit: reliquis autem diebus tali se ciborum parvitate restringens, ut aliæ, quomodo subsistere poterat, mirarentur. Binas quotannis (ante quam ægrotaret) quadragesimas solo pane, & aqua refecta jejunabat. Vigiliis insuper, & orationibus assidue dedita, in his precipue dies, noctesque expendebat. Diutinis perplexa languoribus, cum ad exercitium corporale non posset surgere per se ipsam, sororum suffragio levabatur, & fulcimentis ad tergum ap-

positis, laborabat propriis manibus, ne in suis etiam esset infirmitatibus otiosa. Amatrix præcipua paupertatis, ab ea pro nulla unquam necessitate discessit, & possessiones pro sororum sustentatione à Gregorio Nono oblatas constantissimè recusavit.

℞. Dilixisti justitiam. Pag.

47.

Lectio vi.


MUltis, & variis miraculis virtus ejus sanctitatis effulxit. Cuidam de sororibus sui monasterii loquelam restituit expeditam. Alteri aurem surdam aperuit: Laborantem febre, tumentem hydropsi, plagatam fistula, aliasque aliis oppressas languoribus liberavit. Fratrem de Ordine Minorum ab insanie passione sanavit. Cum oleum in monasterio totaliter defecisset, Clara accepit urceum, atque lavit, & inventus est oleo beneficio divinæ largitatis impletus. Unius panis medietatem ad eò multiplicavit, ut sororibus quinquaginta suffecerit. Saracenis Assisium obsidentibus, & Claræ monasterium invadere conantibus ægra se ad portam afferri voluit, unaque vas, in quo sanctissimum Eucharistiæ Sacra-

men-

℞. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri in Evangelium: Nolite timere pusillus grex, de eodem communi, secundo loco.

Nona Lectio, & comm. in Laud. de Vig. S. Bartholomæi Apostoli.



DIE XXVII. AUGUSTI.

In Festo S. Theresiæ Secundo.
Duplex.

Omnia tam in Officio, quam in Missa prout in principalibus ejusdem festo ad diem XV. Octobris, exceptis iis, quæ sequuntur. In Hym. Hæc dies, qua candida dicit. Felix dies qua.

ORATIO.

DEus, qui illibata præcordia beatæ virginis Theresiæ sponsæ tuæ ignito jaculo transfixisti, & charitatis victimam consecrasti: ipsa interveniente concede, ut corda nostra ardore Sancti Spiritus ferveant, & te in omnibus super omnia diligant: Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate ejusdem, &c.

In primo Nocturno: Lektionen de Scriptura occurrente.

In

In secunda Nocturno.

Lectio iv.

INter ceteras Theresiæ virtutes præcipuè emicuit dilectio Dei, quæ aded in corde ejus exarsit, ut Confessarii ipsius Theresiæ tanquam non hominis, sed Cherubim propriam admirarentur, & celebrareat; quam etiam Dominus noster Jesus Christus multis visionibus, & revelationibus mirabiliter auxit: quandoque enim data dextera, clavoque extenso, illam in sponsam suam adoptavit: atque his verbis alloqui dignatus est: deinceps, ut vera sponsa meum zelabis honorem: jam ipse sum totus tuus, & tu tota mea.

R. Propter veritatem. Pag.

47.

Lectio v.

ALiquando etiam Angelum vidit ignito jaculo sibi præcordia transverberantem: Quod ipsa enarrat his verbis: videbam ad sinistram meam Angelum astantem corporali specie: non erat magnus, sed parvus, formaque pulcherrima, ac vultu sic accenso, & flagrante, ut videretur ex supremis, qui penitus exardent, sive ex iis qui Seraphim dicuntur. Aspiciebam

eum in manibus gestare longum jaculum aureum, & in extremo cuspidis parum ignis: jaculo autem non semel cor meum transverberabat usque ad viscera: hæc verò mihi videbatur secum asportare, cum jaculum educeret, exindeque me prorsus relinquere Dei amore æstuantem. Erat quidem tam vehemens dolor vulneris, ut me compelleret in gemitus iteratos prorumpere, & aded excellens suavitas quam in me hic dolor intensissimus efficit, quod desiderabile non sit, ut auferatur, nec animæ quidquam placeat, nisi Deus ipse.

R. Dillexisti justitiam, Pag. 47.

Lectio vi.

EX quibus cœlestibus donis divini amoris flamma in ejus corde aded exæstuabat, ut maximè arduum votum à Deo edocta emiserit, efficiendi semper quidquid perfectius esse, & ad majorem Dei gloriam pertinere, intelligeret. Quin etiam post mortem cuidam Moniali per visum manifestavit, se non vi morbi, sed ex intolerabili divini amoris incendio vita excessisse.

R. Afferentur Regi. Pag. 47.

In

*In primo Nocturno, Lectio-nes de Scriptura occurrente.**In secundo Nocturno.*

Lectio iv.

Josephus Calasanctius à Matre Dei Petraliæ in Aragonia nobili genere natus à teneris annis, futuræ in pueros charitatis, & eorum institutionis indicia præbuit. Nam adhuc parvulus eos ad se convocatos in Mysteriis fidei, & sacris precibus erudiebat. Humanis, divinisque literis egregiè doctus, cum studiis Theologicis Valentia operam daret, nobilis potentisque foemina illécebris fortiter superatis, virginitatem, quam Deo voverat, inoffensam insigni victoria servavit. Sacerdos ex voto factus à compluribus Episcopis in Castellæ novæ, Aragoniæ, & Cataluniæ Regnis in partem laboris adscitus, expectationem omnium vicit, pravis ubique moribus emmendatis, Ecclesiastica disciplina restituta, inimicitiis cruentisque factionibus mirificè extinctis. At coelesti visione, & Dei voce frequenter admonitus, Romam profectus est.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

R

Lectio

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium: Simile erit regnum coelorum decem virginibus, de eodem Communi.

Missa: Dillexisti: de Communi. Virginum, præter orationem quæ est ut supra.



DIE XXVII. AUGUSTI.

In Festo S. Josephi Calasancij à Matre Dei, Conf. & Fundatoris Ordin. Cleris. Reg.

Pauper. Matris Dei.

Schol. Piarum.

Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pontif. præter ea, quæ sequuntur. In Hymn. Vesperar. & Matut. dicatur: Hac die latus méruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEus, qui per Sanctum Josephum Confessorem tuum, ad erudiendam spiritum intelligentiæ, ac pietatis juventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es: præsta quæsumus, nos ejus exemplo, & intercessione ita facere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Lectio v.

IN urbe summa vitæ asperitate, vigiliis, & jejuniis corpus affligens, in orationibus, & cœlestium rerum contemplatione dies, noctesque versabatur, septem ejusdem Urbis Ecclesiis singulis fere noctibus obire solitus: quem inde morem complures annos servavit. Dato piis sodalitatibus nomine, mirum, quanto ardore pauperes, infirmos potissimum, aut carceribus detentos, eleemosynis, omnique pietatis officio sublevaret. Lue Urbem depopulante, una cum Sancto Camillo, tanto fuit actus impetu charitatis, ut præter subsidia ægrotis pauperibus large collata, ipsa etiam defunctorum cadavera suis humeris tumulanda transferret. Verum cum divinitus accepisset, se ad informandos intelligentiæ, ac pietatis spiritu adolescentulos, præcipuè pauperes, destinari; Ordinem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum fundavit, qui peculiarem curam circa puerorum eruditionem ex proprio instituto profiterentur; ipsumque Ordinem Clementi Octavo, Paulo Quinto, aliisque Summis Pontificibus magnopere

probatum, brevi tempore per plurimas Europæ Provincias, & Regna mirabiliter propagavit. In hoc autem tot labores persessus est, ac tot ærumnas invicto animo toleravit, ut omnium voce miraculum fortitudinis, & S. Jobi exemplum diceretur.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

Quamvis ordini universo præsser, totisque viribus ad animarum salutem incumberet, numquam tamen intermissit pueros, præsertim pauperiores, erudire, quorum Scholas verrere, eosque domum comitari consuevit. In eo summæ patientiæ, & humilitatis munere, valetudine etiam infirma, duos, & quinquaginta annos perseveravit; dignus propterea, quem crebris Deus miraculis coram Discipulis illustraret, & cui Beatissima Virgo cum puero Jesu, illis orantibus, benedicente appareret. Amplissimis interim dignitatibus repudiatis, prophetia, abdita cordium, & absentia cognoscendi donis, & miraculis clarus, Deiparæ Virginis, quam singulari pietate, & ipse ab infantia coluit, & suis maximè

mè commendavit, aliorumque coelitem frequenti apparitione dignatus, cum obitus sui diem, & Ordinis tunc prope eversi restitutionem, atque incrementum prænuntiasset, secundum, & nonagesimum annum agens, Romæ obdormivit in Domino, octavo Kalendarum Septembris anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo. Ejus cor, & lingua post sæculum integra, & incorrupta reperta sunt. Ipse vero multis post obitum quoque signis à Deo illustratus, primum à Benedicto Decimoquarto Beatorum cultu decoratus fuit, ac deinde à Clemente Decimotertio Pontifice Maximo inter Sanctos solemniter est relatus.

℞. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno, Lectio S. Evangelii secundum Matth.

Lectio vii. Cap. 18.

In illo tempore: Acceserunt Discipuli ad Iesum dicentes: quis putas major est in Regno coelorum? Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysost.

In Cap. 18. Matth. Hom. 60.

Videte, ne aliquem istorum contempseritis parvulo-

rum, quia eorum Angeli Patris mei faciem semper aspiciunt, & quia ego propter eos veni, & hæc Patris mei voluntas est, ad tuendos conservandosque pusillos, diligentiores nos reddit. Perspicis quam ingentia in tutelam tenuium mania erexerit, & quantum studium curamque habeat, ne perdantur: tum, quia supremas decipientibus eos penas statuit: tum, quia summam pollicetur mercedem his, qui curam eorum suscipiunt, idque tam suo, quam Patris exemplo corroborat.

℞. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

Dominum igitur etiam nos imitemur, & nihil pro fratribus omittamus, etiam eorum, quæ humilia, vilisque nimium videntur; sed si administratione nostra etiam opus fuerit, quamvis tenuis, atque abjectus quidem, cui administrandum sit, fuerit, quamvis ardua nobis res, atque laboris plena esse videatur, omnia hæc pro fratribus salute tolerabiliora, facilioraque, oro, videantur. Tanto enim studio, tantaque cura Deus dignam esse animam ostendit, ut neque


filio suo perpecerit.

R. Siat lumbi. Pag. 46.

Lectio ix.

SI non est nobis satis ad salutem, quod virtuose ipsi vivamus, sed oportet aliorum salutem re ipsa desiderare, cum neque nos recte vivamus, neque alios hortemur, quid respondebimus? Quæ nobis spes salutis reliqua erit? Quid majus, quam animis moderari quam adolescentulorum fingere mores? Omnia certe pictore, omnia certe statuario, ceterisque hujusmodi omnibus excellentiorem hunc duco, qui juvenum animos fingere non ignoret.

Te Deum laudamus.



DIE XXX. AUGUSTI.

In Festo S. Rosæ à Sancta Mariæ virginis. Duplex.

Omnia de Communi Virginum, præter sequentia.

ORATIO.

Bonorum omnium largitor Omnipotens Deus, qui Beatam Rosam coelestis gratiæ rore præventam, virginitatis, & patientiæ decore lodiis florescere voluisti; da nobis famulis tuis, ut, in odorem suavitatis eius currentes, Christi bonus odor

effici mereamur. Qui tecum vivit, & regnat.

In primo Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Primus Americæ Meridionalis flos sanctitatis virgo Rosa, Christianis parentibus Litæ progénita, mox ab incunabulis claruit futuræ sanctimonix indicium; nam vultus infantis mirabiliter in Rosæ effigiem transfiguratus, huic nomini occasionem dedit, cui postea Virgo Deipara cognomen adjecit, jubens vocari deinceps Rosam à Sancta Maria. Quinquennis votum perpetuæ virginitatis emisit. Adultior, ne à parentibus ad nuptias cogeretur, clam sibimet venustissimam capitis casariem præscidit. Juniis supra humanum modum addicta integras quadragesimas transegit pane abstinentens, ac dietim solis quinque granulis mali citrini vitans.

R. Propter veritatem. Pag. 47.

Lectio v.

Habitu Tertii Ordinis S. Dominici assumpto, pristinas vitæ austeritates dupli-

cavit: ob longo, asperrimoque cilicio sparsim minusculas acus innexuit: sub velo coronam densis aculeis introrsus obarmatam interdum, noctuque gestavit. Sanctæ Catharinæ Senensis ardua premens vestigia, catena ferrea, triplici nexu circumducta, lumbos cinxit. Lectulum sibi é truncis nodosis composuit, horumque vacuas commissuras fragminibus testarum implevit. Cellulam sibi angustissimam struxit in extremo horti angulo, ubi coelestium contemplationi dedita, crebris disciplinis, inedia, vigiliis, corpusculum extenuans, at spiritu vegetata, larvas dæmonum, frequenti certamine victrix impavidè protrivit, ac superavit.

R. Dilexisti justitiam. Pag. 47.

Lectio vi.

Agritudinum tormentis, domesticorum insultibus, linguarum morsibus dirè agitata, nondum satis pro merito se affligi querebatur. Per quindecim annos ad plusculas horas desolatione spiritus, & ariditate miserimè contabescens, forti animo tulit agones omni morte amariores. Exinde coepit supernis abundare deliciis, illustrari visionibus,

colliquescere seraphicis ardoribus. Angelo tutelari, Sanctæ Catharinæ Senensi, Virgini Deiparæ inter assiduas apparitiones mirè familiaris, à Christo has voces audire meruit: Rosa cordis mei, tu mihi sponsa esto. Denique sponsi hujus paradiso feliciter inveciam, plurimisque ante, & post obitum miraculis coruscantem, Clemens Decimus, Pontifex Maximus, Sanctarum Virginum cathalogo ritu solemnè adscripsit.

R. Afferentur Regi, Pag. 47.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii in Evangelium: Simile erit regnum coelorum, de commun. Virg.

Nona lectio, & commemoratio in Laudibus Ss. Martyrum Felicis, & Adauldi.



DIE XXXI. AUGUSTI.

In Festo S. Raymundi Nonnati, Conf. Duplex.

In Hymn. ad Vesp. & Matut. dicatur: Hac die lætus meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

Deus, qui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum captivitate, Beatum Raymundum Confessorem tuum

mira-

mirabilem effecisti: ejus nobis intercessione concede, ut à peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita liberis mentibus exequamur. Per Dominum nostrum.

Lectioes primi Nocturni:
Beatus vir, qui inventus est sine macula, ut in *Communi Confessoris non Pontificis.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

RAymundus, Nonnatus cognomento dictus, quia præter communem naturæ legem, & mortuæ matris dissecto latere in lucem eductus fuit. Portelli in Catalonia piis, & nobilibus parentibus ortus, ab ipsa infantia futuræ sanctitatis indicia dedit. Nam puerilia oblectamenta, mundique illecebras respiciens ita pietati operam dabat, ut omnes in puero adultam virtutem admirarentur. Crescente verò ætate, litterarum studiis incubuit: sed mox jubente patre vitam ruri agens, sacellum sancti Nicolai in Portelli finibus situm crebro adibat, ut sacram Deiparæ Imaginem, quæ in eo summa fidelium veneratio- ne etiam nunc colitur, visita- ret. Ibi effusus in preces ipsam Dei parentem; ut se in filium

adoptaret, viamque salutis, ac scientiam sanctorum edocere dignaretur, enixe deprecabatur.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

NEC defuit votis ejus benignissima Virgo, ab ipsa enim intellexit gratissimum sibi fore, si Religionem sub titulo de Mercede, seu de Misericordia Redemptionis Captivorum, ea suggerente nuper fundatam, ingrederetur. Qua monitione percepta, Barchinonam statim profectus, illud tam præcellentis erga proximum charitatis institutum amplexus est. Regulari igitur militiæ adscriptus, virginitatem, quam pridem Beatæ Virgini consecraverat, perpetuò coluit, ceterisque virtutibus enituit, charitate præsertim erga Christianos, qui sub potestate Paganorum miseram in captivitate vitam degébant. Hos, ut redimeret in Africam missus, cum jam multos à servitute liberasset, ne consumpta pecunia, aliis item in proximo abnegandæ fidei discrimine constitutis deesset, se ipsum pignori dedit. Sed, cum ardentissimo salutis animarum desiderio

suc-

succensus, plures Mahometanos suis concionibus ad Christum converteret, in arctam custodiam à barbaris conjectus, variisque suppliciis cruciatus, mox labiis perforatis, & sera ferrea clausis, crudele martyrium diù sustinuit.

R. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

OB hæc, & alia fortiter gesta, sanctitatis ejus fama longè, latèque diffusa est: qua permotus Gregorius Nonus in amplissimum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium Raymundum adscripsit: sed vir Dei in ea dignitate ab omni pompa abhorrens, religiosæ humilitatis tenacissimus semper fuit. Romam verò pergens, statim ac Cardonam pervenit, extremo morbo confectus, Ecclesiasticis Sacramentis muniti summi precibus postulavit. Cumque morbus ingravesceret, & Sacerdos diutius tardaret, Angelorum ministerio, sub specie Religiosorum sui Ordinis apparentium, salutaris Viatico refectus fuit. Quo sumpto, et gratis Deo peractis, migravit ad Dominum Dominica ultima Augusti, anno millesimo ducentesimo quadragesimo. Mortui corpus

cùm circa locum sepulturæ contentio orta esset, arcæ inclusum, et mulæ cæcæ impositum, ad sacellum Sancti Nicolai Dei nutu delatum fuit, ut ibi tumularetur, ubi prima jecerat sanctioris vitæ fundamenta. Illic constructo sui Ordinis Coenobio, à confluentibus voti causa ex universa Catalonia fidelibus populis honoratur variis miraculis, & signis gloriosus.

R. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Conf. non Pontif.

FESTA SEPTEMBRIS.

DIE II. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Antonini Martyris.
Duplex.

Omnia de Communi unius Marty. præter ea, quæ bis sunt propria.

ORATIO.

OMnipotens sempiternus Deus, qui hunc diem B. Antonini martyris tui solemnitate clarificas: exaudi preces populi tui, & præsta, ut quæ fideliter expetit, eo sufragante consequi mereatur. Per Dominum nostrum.

In

*In primo Nocturno Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Antoninus regali genere ortus, cum à prima ætate Christianam Religionem cõleret, parentibus orbatus, à Theodorico patruo Tolosæ Rege infideli, Pamia (quod est Gallia Narbonensis oppidum) educatus est. Delato autem ad Regem, quod Christianus esset, inde discẽdens, Romam venit; postea Salernum profectus, ibi duodeviginti annos apud pios, & doctos viros in secessu eremitico mansit. Sacris deinde ordinibus initiatus, Diaconatum suscepit. Quo ex tempore coepit quam plurimis clarere miraculis, ita ut cæcis visum, surdis auditum, mutis loquellam restitueret, variis languoribus oppressos sanaret, immundos etiam spiritus ex hominum corporibus ejiceret. Hujusmodi verò miracula, vitæ innocentia, & puritas comitabantur, nec à verbi Dei prædicatione, etiam cum vitæ discrimine, quando se ei præbebat occasio (cum martyrii cupidissimus esset) cessabat. In eo manere cum aliquando siti laboraret, elevatis ad cœlum

oculis, Deum præcatus, baculo, cui innitebatur terram percussit, ex qua illicò fons emanavit, quo ipse, & alii multi sitim extinxerunt.

R. Honestum fecit. Pag. 39.

Lectio v.

Aliquot post annos, ad natale solum reversus, & à patruo susceptus, aliquandiu cum eo vixit, sed iterum, quod Christianus, & Regiæ Majestatis reus esset accusatus, in tenebricosum carcerem (qui Spelunca votiva dicebatur) compedibus ligatus, sine cibo, & potu, conjicitur. Post septem dies Rex carcerem addit, existimans juvenem jam inedia mortuum fuisse, quem cum incolumem invenisset, quinimò puerum nobilem Almachium pondus vinculorum ejus sustentantem comperisset; id magicæ arti tribuens, puerum è rupe præcipitari, & beatum Antoninum gravioribus vinculis astringi jussit. Interim Rex in bello periiit, puer verò præcipitatus, illæsus repertus est, & beatus Antoninus ab Angelo solutis compedibus, (ut alter Petrus) liberatus, liberius coepit Christianos victos in carcere, & extra, in fide Catholica confirmare. Cum autem Theodoro

rico

rico succesisset in Regnum Gallatus, Antonini consanguineus, & majores in Christianos persecutiones excitaret, Antoninus à piis viris ab ira Regis ereptus, Pamiam in solitudinem secëssit, ubi, & Almachium puerum reperit.

R. Desiderium animæ. Pag. 40.

Lectio vi.

Ibi in spelunca (quæ Orientalis dicebatur) propè fontem simul in orationibus, & jeuniis se exercentes, ab omni hominum conversatione semoti, diu commorati sunt. Illis paulò post quidam Joannes Præsbyter divino instinctu, simul futurus martyr adjungitur. Nam cum venatores regii ex insperato eos reperissent, & Antoninum cognovissent, ad Regem deferunt, qui ad se perductum Antoninum, sic alloquitur: Quæ te dementia, Antonine, ccepit, ut tui generis oblitus, tuis præstigiis homines dementes, & regnum nostrum perturbes? Cui Antoninus: Non ego, Gallati, quemquam demento, sed unum Deum, cujus est regnum, & imperium prædico. Tuos autem, quos colis deos, ligneos, & lapideos, ut falsos, & inanes respuo. His verbis ira in-

flammatus Rex, illicò eum cum sociis capite plecti, & in flumen (cui nomen Arégia) prójici jubet. Eorum corpora à Christianis inventa, honorificè condita sunt. Et S. Antonini dexter humerus, cum brachio, qui insimul etiam cum capite, feroci ictu cum feriretur, abscissus fuerat, in Ecclesia Palentina, cujus Patronus existit, ex multo tempore magna cum veneratione asservatur: ad cujus tactum puer mortuus, qui multitudine populi sanctas Reliquias subsequens in sinu matris oppressus fuerat, statim revixit. Cum etiam Sanctius, Castellæ primus Rex, dum venaretur, aprum, qui in antrum confugerat, & cuidam ibidem immàgini inhærebat, ferire vellet, statimque ei brachium obriguisset; comperto, quod illa esset sancti Antonini imago, in cujus honorem locus habebatur, poenitens facti Rex vovit Martyri templum ibi erigere, & illicò brachium pristinae sanitati restituitur. Quare eo loco magnificentissimam Ecclesiam Sancti Antonini nomine ædificavit, ædiculam verò antri, ut hodie visitur, sub ipsa Ecclesia intactam reliquit.

Ss

R.

R. Stola jucunditatis. Pag. 40.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium: Amen, Amen dico vobis. Pag. 82.

DIE II. SEPTEMBRIS.

In Festo Sancti Stephani Hungariæ Regis, Confessoris.
Semiduplex.

In Hymn. Iste Confessor, dicitur: Hac die lætus meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

CONcede quæsumus Ecclesiæ tuæ omnipotens Deus, ut Beatum Stephanum Confessorem tuum, quem regnantem in terris propagatorem habuit, propugnatorem habere mereatur gloriosum in cælis. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Stephanus in Hungariam Christi fidem, & Regium nomen invexit, Regia corona à Romano Pontifice impetrata, ejusque jussu in Regem inuadens, regnum Sedi Apostolicæ obtulit; varia pietatis

domicilia Romæ, Jerosolymis, Constantinopoli, in Hungaria Archiepiscopatum Strigoniensem, Episcopatus decem, admirabili religione, & munificentia fundavit. Par in pauperes amor, & liberalitas, quos veluti Christum ipsum complectens, neminem à se moerentem, ac vacuum unquam dimisit, quin ad eorum inopiam sublevandam, amplissimis facultatibus erogatis, domesticam quoque suppellectilem eximia benignitate frequenter distribuit: suis insuper manibus lavare pauperum pedes, noctu solus, & ignotus nosocomia frequentare, decumbentibus inservire, ac cetera charitatis officia exhibere consuevit: quarum virtutum merito illius dextera, resoluta cetero corpore, incorrupta permansit.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

ORandi studio noctes penè totas ducebat insomnes, atque in cælestium rerum contemplatione defixus, interdum extra sensus raptus, sublimis in aera ferri visus fuit. Perduellium conspirationes, ac validorum hostium impetus, miro prorsus modo, non semel orationis præsidio evitavit.

Sus-

Susceptum ex Ghisella Bavarica Sancti Henrici Imperatoris sorore, quam sibi matrimonio junxerat, Emericum filium tanta morum disciplina, talique pietate enutrivit, quantum ejus postea sanctitas declaravit. Regni verò negotia ita disposuit, ut accitis undique prudentissimis, ac sanctissimis viris nihil unquam sine illorum consilio moliretur. Humillimis interim precibus in cinere, & cilicio Deum deprecans, ut univrsam Hungariæ Regnum, antequam è vita migraret, Catholicum videre mereretur. Verè propter ingens dilatanda fidei studium illius gentis Apostolus nuncupatus, facta à Romano Pontifice ipsi, posterisque Regibus præferendæ Crucis potestate.

R. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

DEi Genitricem, quam ardentissimè venerabatur, amplissimo in ejus honorem constructo templo, Hungariæ Patronam instituit. Ab eadem vicisim Virgine receptus in cælum ipso suæ Assumptionis die, quem Hungari è sancti Regis instituto Magnæ Domine diem appellant. Sacrum ejus corpus suavissimo fra-

grans odore, licori cælesti scattens, inter multa, & varia miracula, Romani Pontificis jussu, nobiliorem in locum translatum est, atque honorificentius conditum. Ejus autem Festum Innocentius Undecimus Pontifex Maximus, quarto Nonas Septembris, ob insignem victoriam ab exercitu Leopoldi Primi Romanorum electi Imperatoris, & Hungariæ Regis eadem die in Budæ expugnatione, ope divina è Turcis reportatam celebrandam instituit.

R. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 19. b.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reverti. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 8. in Luc. 12.

Bonus ordo, ut vocaturus Gentes, & Judæos jussurus interfici, qui noluerunt regnare supra se Christum, hanc præmitteret comparationem

nem, ne diceretur: Nihil de-
derat populo Judæorum, unde
póterat melior fieri: ut quid
ab eo, qui nihil recepit, exi-
gitur? Non mediocris ista est
mna, quam supra mulier
Evangelica, quia non invenit,
lucernam accendit, lumine
quærit admoto, gratulatur in-
ventam.

℞. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

DEnique ex una decem
mnas alius fecit, alius
quinque. Fortasse iste moralia
habet, quia quinque sunt cor-
poris sensus: ille duplicia, id
est, mystica legis, & moralia
probitatis. Unde, & Matthæus
quinque talenta, & duo talen-
ta posuit. In quinque talentis,
ut sint moralia, in duobus
utrumque mysticum, atque
morale. Ita quod numero infe-
rius, re uberius.

℞. Sint lumbi Pag. 46.

Lectio ix.

ET hic possumus decem
mnas, decem verba intel-
ligere, id est, legis doctrinam;
quinque autem mnas, magis-
teria disciplinæ. Sed legisperi-
tum, in omnibus volo esse
perfectam. Non enim in ser-
mone, sed in virtute est reg-
num Dei. Benè autem quia
de Judæis dicit, duo soli mul-

tiplicatam pecuniam déferunt;
non utique æris, sed dispensa-
tionis usuris. Alia est enim pe-
cuniæ fenebris, alia doctrinæ
coelestis usura.

Te Deum laudamus.

DIE IV. SEPTEMBRIS.
In Festo Santæ Rosaliæ Vir-
ginis. Semiduplex.

*Omnia de Communi Virgi-
num præter ea, quæ sequuntur.*

ORATIO.

EXaudi nos Deus salutaris
noster: ut sicut de B. Ro-
saliæ virginis tuæ festivitate
gaudemus; ita piæ devotionis
erudiamur affectu, & ejus in-
tercessione ab iracundiæ tuæ
flagellis misericorditè libere-
mur. Per Dominum nostrum.

*In primo Nocturno: Lektionen
de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Rosalia virgo, orta Pandr-
mi ex nobili genere,
suam originem trahens à Ca-
rolo Magno, in Quisquinæ
montem, quadraginta circi-
ter mille passibus distantem,
sola secédens, paternæ domus
opes, delicias, ac spem majoris
amplitudinis, ob propin-
qui-

quitatem, & benevolentiam
Regum Siciliæ contemnens,
cum tetricæ rupis horrore, &
asperitate commutavit: inque
antrum, cui tunc unicus, &
quidem angustus aditus é su-
periori loco patebat, intrepide
descendit, ea mente, quam
characteribus saxo insculptis ad-
huc patentibus expressit: Ego
Rosalia Sinibaldi Quisquinæ,
& Rosarum Domini filia, amo-
re Domini mei Jesu Christi,
in hoc antro habitare decrevi.
Qua inscriptione, oculis ob-
versante, susceptæ vitæ pro-
positum altiùs cordi infigere,
ac divinæ benevolentis signa
ad castissimæ mentis blandi-
menta vicisim provocare con-
suevit.

℞. Propter veritatem. Pag.
47.

Lectio v.

IN hac specu subterranea
sibi, & mundo emortua,
consepultaque Jesu Christo,
ut soli Deo viveret, diu, noc-
tuque latuit, cavens præcipuè
in montibus paterni principa-
tus, ne fortè agnita in domum,
urbemque patriam adduceretur
invita: callidas doemonum
insidias, quæ asperæ vitæ
tædium, & solitudinis hor-
rorem animo ingerebant, acriter
seviendo in se ferrea ca-

tena, vigiliis, & humi cuba-
tione, forti animo superasse,
antiquæ Icones significant.
Cùmque humanis destituta
præsidiis, nihil solatii aliua-
de hauriret, quam é coelo,
Dominus, qui consolatur, &
coronat Sanctos suos, Ange-
licis deliciis illam sæpiùs re-
creabat.

℞. Dilexisti justitiam. Pag.
47.

Lectio vi.

Celesti deinde consilio ex
antro Quisquinensi, in
horridiorem speluncam Pere-
grini montis, tribus ferè mille
passibus procul Panormo Ro-
salia se transtulit, ut quò dif-
filiorem pugnam secum ipsa
committeret é conspectu do-
mus paternæ, eo laudabilius
de contemptis mundi illéce-
bris triumpharet. Latébat ibi
ad partem lævam angustus
côncavus, quem eadem, post
repertas ejus reliquas, illuc
venanti, cui se videndam præ-
buit, dixit esse suam cellam
peregrinam, ubi multum æta-
tis exegisset. Hic tamquam
columba in foraminibus pe-
træ gemens, in coelestium re-
rum contemplatione defixa ad
perfectissimam divini amoris
normam in solitudine vitam
traduxit, & sanctissimè pere-
grinans

nibus charitatis rosas, & virginitatis liliis coronata, deposuit pridie Nonas Septembris: cujus corpus Urbano Octavo Pontifice maximo divinitus anno Jubilei totius Siciliae plausu repertum, illam a peste liberavit.

xx. Afferentur Regi. Pag.

47.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papae, in Evangelium: Simile erit regnum caelorum decem virginibus, de Communi Virginum.

DIE V. SEPTEMBRIS.

In Festo Commemorationis S. Juliani Episcopi, & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, praeter ea, quae sequuntur.

ORATIO.

DEus, qui nos B. Juliani Confessoris tui, atque Pontificis veneranda Commemoratione laetificas: excita in nobis, quaeumus, ejus spiritum innocentiae, & charitatis, & presta; ut cujus recolimus merita, per ejus ad te gradiamur exempla. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno, Lectiones de Festo S. Juliani 28 Januarii. In tertio Nocturno, Lectiones de Homilia Venerabilis Bedae in Evangelium: Nolite timere pusillus grex, de Communi Confessoris non Pontificis secundo loco. Bz. Bz. de suo Communi.

DIE V. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Laurentii Justiniani Episcopi, & Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis praeter ea, quae sequuntur propria.

In Hymno ad Vesperas, & Matutinum dicatur: Hac die laetus meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DA, quaeumus omnipotens Deus, ut B. Laurentii Confessoris tui, atque Pontificis veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

LAurentius ex illustri Justinianorum familia Venetiis

tiis natus, eximiam vel puerorum gravitatem praese tulit. Exacta inter pietatis officia adolescentia ad castum Verbi, & animae connubium a divina sapientia invitatus, de religiosae vitae instituto capesendo deliberare coepit. Nova itaque militiae clam proludens, praeter alias corporis afflictiones. super nudos cubabat asseres, sedensque velut arbiter hinc inter saeculi blandimenta, paratasque a matre nuptias, illinc claustrales inter austeritates, oculis in Christi patientis crucem conversis, Tu (inquit) es Domine spes mea, ibi posuisti certissimum refugium tuum, ad Canonicorum Sancti Georgii in Alga Congregationem convolvit: ubi novis excogitatis cruciatibus acrius in seipsum, veluti in hostem infensissimum, instaurans bellum, nullam adeo sibi oblectationem indulgebat, ut ne in domesticum unquam hortum nec in paternam quidem domum, nisi cum morienti matri extremae pietatis officia siceis oculis persolvit, exinde intraverit. Par erat obedientiae, mansuetudinis, ac praecipue humilitatis studium, cum abjectissima quaeque coenobii munia sibi ultro desu-

meret, celeberrima per urbis loca, non tam victum, quam ludibria emendicaret, illataeque contumelias, ac calumnias immotus ac silens perferret; assiduae praesertim orationis subsidio, qua saepe per mentis excessum rapiebatur in Deum, tantoque cor ejus aestuabat ardore, ut nutantes etiam Sodales ad perseverantiam, ac Jesu Christi amorem inflammaret.

xx. Inveni David Pag. 44.

Lectio v.

AB Eugenio Quarto patriae Episcopus designatus, quem magna contentione honorem detrectaverat, majori gessit cum laude: nam consueta vivendi ratione nihil admodum immutata, paupertatem quam semper coluerat, in mensa, suppellectili, ac lecto, perpetuo retinuit: modicam domi alebat familiam, quod grandem alteram sibi esse diceret, pauperes Christi significans. Quacumque adiretur hora, praesto omnibus erat, paterna omnes charitate allevabat, non renuens, vel aere se alieno gravare, dum illorum ne inopia deesset; rogatus qua spe id faceret? Domini mei, qui pro me dissolvere facile poterit, respondebat.

bat. Spem autem non confundere divina providentia submissis inopinato subsidiis jugiter declarabat. Plura Virginum Monasteria construxit, quas etiam ad perfectioris vitæ rationem sua vigilantia composuit. Matronis à sæculi pompis, & ornatus vanitate revocandis, Ecclesiasticæ disciplinæ, ac moribus reformandis maximopere studuit: dignus sane qui ab eodem Eugenio gloria, & decus Præsulum coram Cardinalibus vocaretur, & qui à Nicolao Quinto ejus successore, translato è Gradensi civitate titulo, primus Venetiarum Patriarca renuntiaretur.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

L Acrymarum dono insignitus, omnipotenti Deo placationis hostiam quotidie offerebat, quod cum aliquando nocte Dominicæ Nativitatis perageret, Christum Jesum sub pulcherrimi infantis specie videre promeruit; tantumque in eo erat commissi gregis præsidium, ut coelitus aliquando acceptum fuerit, Pontificis sui intercessione, ac meritis stetisse Rempublicam. Prophetiæ spiritu afflatus,

plura humanæ cognitioni prorsus impervia prædixit: morbos ac dæmones suis precibus sæpe fugavit: libros etiam celestem doctrinam, ac pietatem spirantes, gramaticæ penè rudis, conscripsit. Denique cum lethalem incidisset in morbum, & commodiorem domestici lectum seni, atque ægro pararent, aversatus ejusmodi delicias, tamquam à durissima morientis Domini sui cruce plus nimio abhorrentes, consueto in stramine se jussit deponi, & finem vitæ suæ adventare prænoscent, sublatis in coelum oculis, Vénio (inquit) ad te, ò bone Jesu; ac die octava Januarii obdormivit in Domino. Pretiosam ejus mortem testati sunt Angelici concéntus à Carthusiânis quibusdam Monachis auditi, & sacrum cadaver per duos ultra menses inhumatum, suavi fragrans odore, & rubescente facie integrum, atque incorruptum, ac nova post mortem patrata miracula: quibus permotus Alexander Octavus Pontifex Maximus eum Sanctorum numero adscripsit: Innocentius verò Duodecimus quintam Septembris diem, qua vir sanctus ad Pontificiam primò Cathedram fuerat evectus, cele-

celebrando illius Festo assignavit.

R. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Homo peregrè proficiscens, de Communi Confes. Pontif.

DOMINICA

Infraoctavam Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.

In Festo Ss. Nominis ejusdem B. Mariæ. Dup. majus.

Officium ut in Festo Commemorationis B. M. Virginis de Monte Carmelo. Pag. 271. præter sequentia.

Ant. ad Magnific.

Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refove debiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu, sentiant omnes tuum juvâmen, quicumque celebrant tui sancti Nominis Commemorationem.

ORATIO.

Concède, quæsumus omnipotens Deus, ut fideles tui, qui sub Sanctissimæ Virginis Mariæ Nomine, & protectione lætantur: ejus pia intercessione, à cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna pervenire mereantur.

tur in coelis. Per Dominum nostrum.

In secundo Noct. De sermone S. Bernardi Abb. Ex Homilia 2, super missus est, circa finem.

Lectio iv.

ET Nomen, inquit, virginis Maria. Loquamur pauca, & super hoc Nomine quod interpretatum Maris stella dicitur, & Matri virgini valdè convenienter aptatur. Ipsa namque aptissimè sideri comparatur: quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque sui læsione Virgo parturivit filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Jacob orta, cujus radius universum orbem illuminat, cujus splendor, & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora: fovet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara, & eximia stella super hoc mare magnum, & spatiosum necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis.

R. Sicut cedrus Pag. 272.

Lectio v.

O Quisquis te intelligis in hujus sæculi profluvio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quàm per terram ambulare: ne avertas oculos á fulgore hujus sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si jactaris superbiam undis, si ambitionis, si detractationis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis ilecebra naviculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiam fæditate confusus, judicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abyssu, cogita Mariam.

R. Quæ est ista. Pag. 272.

Lectio vi.

IN periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat á corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens, non devias; ipsam rogans, non despéras; ipsam cogitans, non erras; ip-

sa tenente, non corruis; ipsa protegente, non metuis; ipsa duce, non fatigaris; ipsa protipia pérvenis, & sic in temetipso experiris, quam meritò dictum sit: Et nomen virginis Maria. Quod quidem venerabile Nomen, jam pridem in quibusdam Christiani Orbis partibus speciali ritu cultum, Innocentius Undecimus Romanus Pontifex ob insignem victoriam sub ejusdem Virginis Mariæ præsidio, de immanissimo Turcarum Tyrano cervicibus populi Christiani insultante, Viennæ in Austria partam, & in perenne tanti beneficii monumentum, in Ecclesia universali singulis annis Dominica infraoctavam Nativitatis B. V. Mariæ celebrari præcepit.

R. Ornatam monilibus. Pag. 273.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. i. c.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel á Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, & nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homi-

Homilia S. Petri Chrysologi.

Ser. 142. de Annuntiat.

A Udistingis hodie fratres charissimi, Angelum cum muliere de hominis reparatione tractantem. Audistingis agi, ut homo cursibus eisdem, quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit cum Maria Angelus de salute, quia cum Heva Angelus egerat de ruina. Audistingis Angelum de carnis nostræ limo templum divinæ Majestatis arte inefabili constructentem. Audistingis in terris Deum, in coelis hominem sacramento incomprehensibili collocari. Audistingis inaudita ratione in uno corpore Deum, hominemque misceri. Audistingis fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelica exhortatione reborari.

R. Felix namque. Pag. 274.

Lectio viii.

D Enique, ne tanto ponderi celestis fabricæ in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum, virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox præcessit, dicens: Ne timeas Maria: Ante causam dignitas

Virginis annuntiat ex Namine; nam Maria hebræo sermone, latine Domina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, ut Dominatoris Genitricem trepidatio deserat servitutis, quam nasci, & vocari Dominam ipsa sui gemitus fecit, & impetravit auctoritas: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam. Verum est, quia, qui invenit gratiam, nescit timere: Invenisti gratiam.

R. Beatam me dicent. Pag. 274.

Nona lectio de Homilia Dominiæ occurrentis.

Si autem hoc Officium transferatur, nona lectio eo anno erit: Sacramentum reconciliationis nostræ: ex Officio B. Mariæ in Sabbato, mense Septembr.

Ad Benedictus Antiphona.

Beata es Maria, quæ credidisti: perficientur in te, quæ dicta sunt tibi á Domino, alleluia.

In secundis Vesperis.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

DOM. III. SEPTEMBRIS.

In Festo septem Dolorum B.
Mariæ Virginis. Duplex.

Pro omnibus regnis Hispaniarum Regi nostro Catholico subiectis. Ex concessione Sacr. Rit. Congr. sub die 17. Sept. 1735. & ex alio Decreto S. Rit. Congr. sub die 8. Martii 1738. transferri potest quando in dicta Dominica occurrit aliquod Festum altioris Ritus.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Quo abiit dilectus tuus, cum
reliquis de Laudibus.

*Psalm. Dixit Dominus, cum
reliquis de Officio B. M. V.
Capitulum. Thren. 2.*

Cui comparabo te? vel cui
assimilabo te, filia Jeru-
salem? cui exequabo te, &
consolabor te, Virgo filia Sion?
Magna est velut mare contri-
tio tua.

Hymnus.

O Quot undis lacrymarum
Quo dolore volvitur,
Luctuosa de cruento
Dum revulsum stîpîte
Cernit ulnis incubantem
Virgo Mater filium.
Os suave, mitte pectus,

Et latus dulcissimum,
Dexteramque vulneratam,
Et sinistram sauciam,
Et rubras cruore plantas
Ægra tingit lacrymis.

Centiesque, milliesque
Stringit artis nexibus,
Pectus illud, & lacertos,
Illa figit vûlnera,
Sicque tota colliquescit
In doloris ósculis.
Eja, Mater, obsecramus
Per tuas has lacrymas,
Fillique triste funus,
Vulnerumque pûrpuram,
Hunc tui cordis dolorem
Conde nostris córdibus.

Esto Patri, Filioque,
Et coævo Flamini,
Esto summæ Trinitati
Sempiterna glorias
Et pereannis laus honorque
Hoc, & omni sæculo.
Amen.

ÿ. Regina Martyrum, ora
pro nobis.

ÿ. Quæ juxta Crucem Je-
su constitisti.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Nolite me considerare, quód
fusca sim, quia decoloravit
me Sol, filii matris meæ pug-
naverunt contra me.

ORATIO.

Deus, in cujus passione
secundum Simeonis pro-
phe-

phetiam, dulcissimam ánimam
gloriosæ Virginis, & Matris
Mariæ doloris gladius per-
transivit: concede propitius:
ut qui dolores ejus veneran-
do recolimus, Passionis tuæ
effectum felicem consequamur.
Qui vivis.

*Ad Complet. et Horas: Je-
su tibi sit gloria: Qui pas-
sus es pro servulis.*

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Stemus juxta Crucem cum
Maria Matre Jesu. * Cu-
jus animam doloris gladius
pertransivit.

*Psalm. Venite exultemus,
&c. Hymnus.*

IAM toto subitus vesper eat
polo
Et Sol attonitum præcipi-
tet diem,

Dum sævæ recolo ludi-
brium necis,

Divinamque catastrophem.
Spectatrix aderat supplicio
Parens,

Malis unda, gerens cor
adamantinum:

Natus funerea pendulus in
Cruce

Altos cum gemitus dabat.
Pendens ante oculos Natus
atrocibus

Sectus verberibus; Natus
hiantibus

Fossus vulneribus, quot pe-
netrantibus,

Te conficit aculeis?

Heu! sputa, alapæ, verbera,
vûlnera,

Clavi, fel, aloë, spongia,
lancea,

Sitis, spinæ, cruor, quàm
varia pium

Cor pressere tyrannide!

Cunctis interea stat generó-
sior.

Virgo Martyribus: prodî-
gio novo,

In tantis moriens non mo-
reris Parens

Diris fixa doloribus.

Sit summæ Triadi gloria,
laus, honor,

A qua suppliciter, solícita
prece,

Posco Virginei roboris
æmulas

Vires rebus in asperis.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Antiphona.

Multiplicati sunt, qui tri-
bulant me, multi insurgunt
adversum me.

Psalm. 3.

Domine, quid multiplica-
ti sunt, qui tribulant
me? * multi insurgunt ad-
versum me. *Ut in primo Noc-
tur-*

turno Dominicæ.

Añã. Paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Psalmus 10.

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: * transmigra in montem sicut passer? *ut in dicto Nœturno.*

Añã. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Psalmus 30.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum: * in iustitia tua libera me, *ut in Psalterio feria secunda ad Matutinum.*

†. Regina Martyrum, ora pro nobis.

‡. Quæ juxta Crucem Jesu constitisti.

Ex Jeremia Propheta.

Lectio i. Thren. i.

PLorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus, non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Omnes amici ejus spreverunt eam, & facti sunt ei inimici. Vide Domine quoniam tribulus, conturbatus est venter meus: subversum est cor meum in memetipsa quoniam amaritudine plena

sum. Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Audierunt quia ingemisco ego, & non est, qui consoletur me.

‡. Simeon vir justus, & timoratus, dixit ad Mariam: Tuam ipsius animam pertransibit gladius.

†. Ne vocetis me pulchram, sed amaram, quia amaritudine valdè replevit me Omnipotens. Tuam ipsius animam.

Lectio ii. Thren. ii.

CUI comparabo te? vel cui assimilabo te, filia Jerusalem? Cui exequabo te, et consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua: quis meretur tui? plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilaverunt, & moverunt caput suum super filiam Jerusalem: Hæcine est urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium universæ terræ? Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilaverunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: devorabimus.

‡. Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum: * Et esto ibi, usque dum dicam tibi.

†. Vocavi filium meum ex Ægypto,

Ægypto, ut veniat salus in Israel. Et esto ibi.

Lectio iii.

FECIT Dominus quæ cogitavit, complevit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, & lætificavit super te inimicum, & exaltavit cornu hostium tuorum. Clamavit cor eorum ad Dominum super muros filia Sion. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

‡. Fili, quid fecisti nobis sic? * Ego, & Pater tuus: * Dolentes quærebatumus te.

†. Quid est, quod me quærebat? In his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Ego, & Pater tuus. Gloria Patri, &c. Dolentes.

In secundo Nocturno.

Antiphona.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

Psalmus 21.

DEUS Deus meus respice in me: * quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meo-

rum: *ut in feriali Officio ad Primam pro Feria VI.*

Añã. Deus, vitam meam annuntiavi tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Psalmus 55.

Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo: * tota die impugnans tribulavit me. *Ut in Psalterio, Feria quarta ad Matutinum.*

Añã. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte.

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus. *Ut in Psalterio Feria tertia ad Matutinum.*

†. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi.

‡. Inter ubera mea commorabitur.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Ex Sermone de 12. Stellis.

Lectio iv.

Martyrium Virginis tam in Simeonis prophetia, quam in ipsa Dominicæ Passionis historia commendatur. Positus est hic (ait Sanctus Senex de Puerio Jesu) in signum cui contradicetur; & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam, ò Beata Mater,

ter,

ter, animam pertransiuit. Alioquin non nisi eam pertransiens, carnem Filii tui penetraret. Et quidem posteaquam emisit Spiritum tuus ille Jesus, ipsius plane non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam utique animam pertransiuit, ipsius nimirum anima jam ibi non erat, sed tua plane inde nequibat auelli.

℞ Jesum bajulantem sibi Crucem: * Sequebatur turba mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.

℣. Filia Jerusalem super vos ipsas flete, & super filios vestros. Sequebatur.

Lectio v.

TUam ergo pertransiuit animam vis doloris, ut plusquam Martyrem non immerito prædicemus, in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille reuera pertransiens animam, & pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus: Mulier, ecce filius tuus? O commutationem! Joannes tibi pro Jesu traditur, servus pro Domino, discipulus pro Magistro, filius Zebedæi pro filio Dei, homo purus pro Deo

vero. Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio, quando & nostra, licet saxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindit?

℞. Postquam venerunt in locum, qui dicitur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum: * Stabat autem juxta Crucem Jesu Mater ejus.

℣. Tunc beatam illius animam doloris gladius pertransiuit. Stabat autem.

Lectio vi.

NON miremini, Fratres, quod Maria martyr in anima fuisse dicatur. Miretur qui non meminerit, se audisse Paulum inter maxima Gentium crimina memorantem, quod sine affectione fuisset. Longè id fuit à Mariæ visceribus, longè sit à servulis ejus. Sed fortè quis dicat: Numquid non eum præscierat moriturum? Et indubitanter. Numquid non sparabat continuo resurrecturum? Et fideliter. Super hæc doluit crucifixum? Et vehementer. Alioquin quisnam, tu, frater, aut unde tibi hæc sapientia, ut mireris plus Mariam compatientem, quam Mariæ Filium corpore potuit; ista commori-

cor-

corde non potuit. Fecit illud charitas, qua majorem nemo habuit: fecit, & hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit.

℞. Joseph ab Arimathæa: * Petiit corpus Jesu, quod de Cruce depositum: * Suo complexu Mater excepit.

℣. Dolens Sunamitis sinu & genibus suis sustinuit mortuum filium. Petiit. Gloria Patri. Suo.

In tertio Nocturno.

Añã. Intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in oculis immaculatum.

Psalmus 63.

EXaudi Deus orationem meam, cum deprecor: * á timore inimici eripe animam meam. Ut in Psalterio Feria quarta ad Matutinum.

Añã. Anima mea turbata est valdè, sed tu Domine usquequo?

Psalmus. 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripas me. Ut in primo Nocturno Dominicæ.

Añã. Deus adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Psalmus. 45.

Deus noster refugium, & virtus: * adjutor in tri-

bulationibus, quæ invenerunt nos nimis. Ut in Feria tertia ad Matutinum.

℣. Per te salutem hauriamus Virgo Maria.

℞. Ex vulneribus Christi.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 19.

IN illo tempore: Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus, & soror Matris ejus Maria Cléophæ, & Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

De Instit. Virg. cap. 7.

STabat juxta Crucem Mater, & fugientibus viris stabat intrepida. Videte, utrum pudorem mutare potnerit Mater Jesu, quæ animum non mutavit. Spectabat piis oculis Filii vulnera, per quæ sciebat omnibus futuram redemptionem. Spectabat non degeneri Mater spectaculo, quæ non metueret peremptorem. Pendebat in Cruce Filius, Mater se persecutoribus offerebat.

℞. Quis tibi sensus fuit, ò Mater dolorum: * Dum Joseph

Vv seph

seph syndone filium tuum involvit, & posuit eum in monumento?

℣. Considerate, & videte si est dolor sicut dolor meus. Dum Joseph.

Ex ejusd. Epist. 25. ad Eccles. Vercell. prope fin.

Lectio viii.

Maria Mater Domini ante Crucem Filii stabat. Nullus me hoc docuit, nisi Sanctus Joannes Evangelista. Mundum alii concussum in Passione Domini conscripserunt, cœlum tenebris obductum, refugisse Solem, in Paradisum Latronem, sed post piam confessionem receptum. Joannes docuit, quod alii non docuerunt quemadmodum in Cruce positus Matrem appellerit. Pluris putatur, quod victor suppliciorum pietatis officia Matri exhibebat, quam quod regnum coeleste donabat. Nam si religiosum est, quod Latroni donatur venia, multò uberius pietatis est, quod à Filio Mater tanto affectu honoratur.

℞. In toto corde tuo gemitus Matris tuæ ne obliviscaris: * Ut perficiatur propitiatio, & benedictio.

℣. Ave Princeps generosa, Martyrumque prima Rosa,

Virginumque Liliū. Ut perficiatur. Gloria Patri. Ut perficiatur.

Lectio ix. Homiliæ Domini-cæ occurrentis.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES ET PER
Horas.

Añā. Quò abiit Dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quò declinavit Dilectus tuus, & quæremus eum tecum? *Psal.* Dominus regnavit, cum reliquis de Laudibus.

Añā. Recedite à me, amarè flecto, nolite incumbere, ut consolemini me.

Añā. Non est ei species neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus.

Añā. A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas.

Añā. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Capit. Thren. 2.

CUI comparabo te? *ut in Vesperis.*

Hymnus.

Summæ Deus clementiæ,
Septem Dolores Virginis,
Plagasque Jesu Filii
Fac ritè nos revolvere.
Nobis salutem conferant
Deiparæ tot lacrymæ,
Quibus lavare sufficis

To.

Totius orbis crimina.
Sit quinque Jesu vulnerum
Amara contemplatio,
Sint, & Dolores Virginis
Æterna cunctis gaudia.
Jesu tibi sit gloria,
Qui passus es pro servulis.
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula.

Amen.

℣. Maria Virgo per virtutem tot dolorum.

℞. Fac nos gaudere in regno coelorum.

Ad Benedictus.

Añā. Venite, ascendamus ad montem Domini, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

ORATIO.

Deus in cujus passione, *ut in Vesperis.*

AD PRIMAM.

Añā. Quò abiit.

℞. Christe Fili Dei vivi, &c.

℣. Qui passus es propter nostram salutem, &c.

AD TERTIAM.

Añā. Recedite à me, &c. *ut supra.*

Capitulum.

Cui comparabo, &c.

℞. *br.* O vos omnes: * Qui transitis per viam. O vos omnes.

℣. Attendite, & videte si

est dolor sicut dolor meus. Qui transitis. Gloria Patri. O vos omnes.

℣. Defecerunt præ lacrymis oculi mei.

℞. Conturbata sunt omnia viscera mea.

AD SEXTAM.

Añā. Non est ei species, &c. *ut supra.*

Capit. Thren. 1.

Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus.

℞. *br.* Defecerunt: * Præ lacrymis oculi mei. Defecerunt.

℣. Conturbata sunt omnia viscera mea. Præ lacrymis. Gloria Patri. Defecerunt.

℣. Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi.

℞. Inter ubera mea commorabitur.

AD NONAM.

Añā. Fulcite me floribus, &c. *Capit.* Thren. 2.

Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi: neque taceat pupilla oculi tui.

℞. *br.* Fasciculus myrrhæ: * Dilectus meus mihi. Fasciculus.

Vv 2

Ÿ. Inter ubera mea commemorabitur. Dilectus meus mihi. Gloria Patri. Fasciculus.

Ÿ. Anima mea liquefacta est.

R. Ut dilectus locutus est.

In secundis Vesperis omnia ut in primis.

Ÿ. Regia Martyrum, ora pro nobis.

R. Quæ juxta Crucem Jesu constitisti.

AD MAGNIFICAT

Añã. Opprèssit me dolor, & facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligaverunt.

Oratio. Deus, in cujus Passione, ut supra.

Et fit Commem. Dominicæ.



DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Thomæ de Villanova Episcopi, & Confessoris. Duplex.

In Hymn. Iste Confessor, dicatur: Meruit supremos laudis honoris.

Ad Magnificat in utrisque Vesp.

Añã. Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Thomam, Pontificem insignis in pauperes misericordiam virtute docorasti: quæsumus, ut eius intercessione in omnes, qui te depræcantur, divitias misericordiam tuæ benignus effundas. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lektionen de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

THOMAS in oppido Fontisplani Toletanæ Dioceseos in Hispania natus anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo, ab optimis parentibus ineunte vita pietatem, & singularem in pauperes misericordiam accepit, cujus, adhuc puer, complura dedit exempla; sed illud in primis nobile, quod, ut nudos operiret, propriis vestibus non semel seipsum exuit. Exacta pueritia, Compluto (quod missus fuerat, ut alumnus in Collegio majori sancti Ildelfonsi literis operam daret) patris obitu revocatus, universam hæreditatem egenis virginibus alendis dicavit; eodemque

que statim reversus est, & sacræ Theologiæ cursu confecto, adeò doctrina excelluit, ut in eadem Universitate Cathedram ascendere jussus, philosophicas, Theologicasque quæstiones mirabiliter explanaverit: interim assiduis precibus scientiam Sanctorum, & rectam vitæ morumque normam à Domino vehementissimè postulans. Quare divino instinctu Eremitarum sancti Augustini amplexus est institutum.

R. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

GRANATENSIS Archiepiscopus designatus, mira humilitate, & constantia insigne munus rejecit. Verum non multo post Valentinam Ecclesiam, superiorum auctoritate coactus, gubernandam suscepit: quam annis fermè undecim ita rexit, ut sanctissimi, & vigilantissimi Pastoris partes expleverit. Ceterum, consueti vivendi ratione nihil admodum immutata, inexplebili charitati multo magis indulsit, cum amplios Ecclesiæ redditus in egenos dispersit, ne lectulo quidem sibi relicto; nam eum, in quo decumberebat, cum in cælum evocaretur, ab eodem commodatum habuit, cui paulo ante elemosynæ loco donaverat. Obdormivit in Domino sexto Idus Septembris, annos natus octo, & sexaginta. Servi sui sanctitatem adhuc viventis, & exinde post mortem, miraculis Deus testatam voluit: præsertim, cum horreum frumento pauperibus distributo penitus vacuum, repente plenum

R. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

RELIGIONEM professus omnibus religiosi hominis virtutibus, & ornamentis excelluit; humilitate, patientia, continentia, sed ardentissima charitate summè conspicuus: inter varios, & assiduos labores orationi, rerumque divinarum meditationi invicto spiritu semper intentus. Prædicandi onus, utpote sanctimonia, & doctrina præstans, subire jussus, coelesti aspirante gratia, innumerabiles è vitiorum cæno in viam salutis eduxit. Regendis deinde fratribus admotus prudentiam, æquitatem, & mansuetudinem pari sedulitate, ac

in-

inventum est : & cum ejus sepulcrum puer mortuus revixit. Quibus , aliisque non paucis fulgentem signis, Alexander Septimus Pontifex Maximus Sanctorum numero adscripsit, atque ejus memoriam quartodecimo Kalendas Octobris celebrari mandavit.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno Homil. S. Gregorii Papæ in Evangelium: Homo peregre proficiscens, de eodem Communi.

Ad Benedictus, Aña.

Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In Festo Sancti Josephi à Cupertino Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

In primis Vesperis, ad Magnificat, Antiphona. Mortuus sum, & vita mea est abscondita cum Christo in Deo.

ORATIO.

DEUS, qui ad unigenitum Filium tuum exaltatum à terra omnia trahere disposuisti: perfice propitius: ut

meritis, & exemplo Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditate elevati, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit.

In primo Nocturno.

De Epistola secunda Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio i. Cap. 4. b.

DEUS, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur: aporiamur, sed non desituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus: semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

℞. Euge serve bone. Pag. 45.

Lect.

Lectio ii. Cap. 5.

SCimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in coelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes: si tamen vestiti, non nudi inveniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati: eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur à Domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum.

℞. Justus germinabit. Pag. 45.

Lectio iii. Cap. 12.

SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad visiones, & revelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive

extra corpus, nescio, Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium coelum. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum: & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Nam, & si vluero gloriari non ero insipiens: veritatem autem dicam: Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphicet. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libentèr igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

℞. Iste cognovit. Pag. 45.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Josephus à Cupertino ópido in Salentinis Diocesis Neritonensis, anno reparatæ salutis millesimo sexcèntesimo

mo tertio, piis ibidem parentibus ortus, Deique amore præventus, pueritiam, atque adolescentiam summa cum simplicitate, morumque innocentia transegit. A diuturno, molestoque morbo patientissimè tolerato Deiparæ Virginis ope liberatus, se totum pietatis operibus, ac excolendis virtutibus dedit: utque Deo ad majora vocanti se intimius conjungeret, Ordia Seraphice nomen dare constituit. Post varios eventus voti tandem compos factus, apud Minores Conventuales in Cœnobio Cryptulæ, inter Laicos primum ob litterarum imperitiam, deindè inter Clericos divina dispositione connumeratus est. Sacerdotio post solèmnia vota initiatus, perfectiùs sibi vitæ institutum proposuit. Quamòbrem mundanis quibuscumque affectibus, terrenisque rebus penè ad vitam necessariis illicò à se abdicatis, ciliciis, flagellis, catenis, omni demum asperitatum, ac poenarum genere corpus afflixit, spiritum verò sanctæ orationis, altissimæque contemplationis assiduitate dulciter enutrivit. Hinc factum est, ut charitas Dei, quæ jam erat in ejus corde à prima ætate

diffusa, miro, planèque singulari modo in dies corusca-verit.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

ELuxit præcipuè ardentissima ejus charitas in extasibus ad Deum suavissimis, stupendisque raptibus, quibus frequentè afficiebatur. Mirum autem, quòd alienato à sensibus animo, statim ab extasi eum revocabat sola obedientia. Hanc quippe virtutem eximio studio prosequabatur, dicere solitus, se ab ea veluti cæcum circumduci, & mori potiùs velle, quàm non obedire: paupertatem verò Seraphici Patriarchæ ita æmulatus est, ut morti proximus Prælato suo assèrere verè potuerit, se nihil habere, quod more Religiosorum resignaret. Itaque mundo sibique mortuus, vitam Jesu manifestabat in carne sua, quæ dum in aliquibus ex turpitudine obscœnum flagitium sentiebat, prodigiosum de se effluabat odorem; indicium nitidissimæ illius puritatis, quam immundo spiritu vehementissimis tentationibus frustra obnubilare diu conante, servavit illæsam, tum arcta sensuum custodia, tum jugi corporis

poris maceratione, tum denique speciali protectione purissimæ Virginis Mariæ, quam matrem suam appellare consuevit, ac veluti matrem dulcissimam intimo cordis affectu venerabatur, eamque ab aliis venerari exoptabat, ut cum ejusdem patrocinio, sicut ipse aiebat, omnia bona consequerentur.

R. Amavit. Pag. 46.

Lectio vi.

HÆC Beati Josephi solitudo à sua erga proximos charitate prodibat; tanto enim animarum zelo exardebat, ut omnium salutem modis omnibus instantissimè procuraret. Extendens pariter charitatem suam in proximum, sive pauperem, sive infirmum, sive quacumque alia tribulatione vexatum, quantum in ipso erat, illum recreabat. Nec alieni erant ab ejus charitate, qui objurgationibus, probriis, omnisque generis injuriis ipsum appetere: nam eadem patientia, mansuetudine, vultusque hilaritate talia excipiebat, qua tot inter, ac tantas vicissitudines resplenduit, dum vel Moderatorum Ordinis, vel Sacræ Inquisitionis jussu, hac illac errare, versarique coactus est. Quam-

quam verò populi nati sunt, sed viri Principes ejus sanctitatem, ejus charismata admirarentur; ea nihilominus erat humilitate, ut magnum se peccatorem reputans, Deum enixè deprecaretur, ut sua ab eo illustra dona removeret; homines verò exoraret, ut in eum locum mortuum ejus corpus injicerent, ubi memoria sui esset prorsus oblitterata. At Deus, qui ponit humiles in sublime, quique Servum suum, dum viveret, coelesti sapientia, prophetia, cordium perscrutatione, curationum gratia, ceterisque donis, cumulativè exornaverat, ejus quoque mortem iis, quibus ipse antea prædixerat, loco, ac tempore, anno ætatis suæ sexagesimo primo, Auximi in Piceno pretiosam reddidit, sepulchrumque gloriosum. Illum denique etiam post obitum miraculis coruscantem Benedictus Quartusdecimus Beatorum. Clemens Tertiusdecimus Sanctorum fastis adscripsit: ejus autem Officium, & Missam Clemens Quartusdecimus ejusdem Ordinis ad universam Ecclesiam extendit.

R. Iste homo perfecit. Pag. 46.

*In tertio Nocturno.*Lectio S. Evangelii secundum
Matthæum.

Lectio vii. Cap. 22.

IN illo tempore : Loquebatur Jesus Principibus Sacerdotum, & Phariseis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ.
Lib. 2. Homiliar. Hom. 38.
circa medium.

Quia jam, largiente Domino, nuptiarum domum, id est, Sanctam Ecclesiam, intrastis, solerter, fratres, aspiciate, ne aliquid de mentis vestræ habitu Rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est, quod protinus subditur. Intravit autem Rex, ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Quid, fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem baptismata, vel fidem dicimus, quis sine baptismo, & fide has nuptias intravit? Eo enim ipso foris est, qui necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem,

nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali veste non intrat, qui in Sancta Ecclesia assistens fidem habet, sed charitatem non habet. Rectè enim charitas nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se Conditor noster habuit, dum ad sociandam sibi Ecclesiam nuptias venit.

R. Iste est, qui. Pag. 46.

Lectio viii.

Sola quippe dilectione Dei factum est, ut ejus Unigenitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde & Joannes dicit: Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum Unigenitum daret pro nobis. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum, qui in Ecclesia positus Deo credit, jam ad nuptias intravit: sed cum nuptiali veste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certè, fratres, si quis ad carnales nuptias esset invitatus, vestem mutaret congaudere se sponso, & sponsæ ex ipso sui habitus decore ostenderet, inter gaudentes, & festa celebrantes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad Dei nuptias venimus, & cordis vestem mutare dissi-

mu-

mulamus. Congaudent Angeli, cum ad coelum assumuntur electi. Qua ergo mente hæc spiritualia festa conspiciamus, qui nuptialem vestem, id est, charitatem, quæ sola nos speciosos exhibet, non habemus?

R. Sint lumbi vestri. Pag. 46.

Lectio ix.

Sciendum verò est, quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet, & inferiore vestis textitur: ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei, & proximi. Scriptum quippe est: Diliges Dominum Deum tuum: ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Qua in re notandum est, quia in dilectione proximi mensura amoris ponitur, cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Deum autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dicitur: Diliges Dominum Deum tuum: ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota virtute tua. Non enim jubetur quisque quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur: Ex toto; quia ille veraciter Deum diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo necesse est ut cha-

ritatis præcepta, custodiat, quisquis habere in nuptiis vestem nuptialem curat.

Te Deum laudamus.

Si vero hoc Festum occurrat in Quatuor Temporibus, nona Lect. legitur de Homilia illius Ferie.

Ad Benedictus Añã.

Ostendit mihi (Dominus) fluvium aquæ vivæ, splendendum tamquam crystalum procedentem de sede Dei, & Agni.

Et fit Commemoratio Ferie, si venerit in Quatuor Temporibus, ad Laudes tantum.

In 2. Vesp.

Añã: Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei.

W. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio: Deus, qui ad unigenitum, ut supra.

DIE XXIV. SEPTEMBRIS.
In Festo Beatae Mariæ Virginis de Mercede. Duplex
maius.

Omnia dicuntur, ut in Festo S. Mariæ ad Nives 5. Augusti, præter ea que sequuntur.

Xx 2.

ORA-

ORATIO.

DEus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem ad liberandos Christi fideles à potestate Paganorum, nova Ecclesiam tuam prole amplificare dignatus es: præsta quæsumus; ut quam pie veneramur tanti operis Institutricem, ejus pariter meritis, & intercessionem, à peccatis omnibus, & captivitate doemonis liberemur. Per eundem Dominum.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

QUO tempore maior, feliciorque Hispaniarum pars diro Saracenorum opprimebatur jugo, innumereque fideles sub immani servitute, maximo cum periculo Christianæ fidei abjurandæ, amittendæque salutis æternæ infeliciter detinebantur: Beatissima coelorum Regina, tot tantisque benigniter occurrens malis, nimiam charitatem suam, in iis redimendis ostendit. Nam Sancto Petro Nolasco, pietate, & opibus florenti, qui sanctis vacans meditationibus, jugiter animo recogitabat, qua ratione tot Christianorum ærumnis sub Maurorum captivitate degentium succurri posset, ipsamet

Beatissima Virgo serena fronte se conspiciendam dedit, & acceprissimum sibi, ac Unigenito suo Filio fore dixit si suum in honorem instituere tur Ordo Religiosorum, quibus cura incumberet captivos è Turcarum tyrannide liberandi. Qua coelesti visione vir Dei recreatus, mirum est, quo charitatis ardore flagrare coeperit, hoc unum servans in corde suo, ut ipse, ac instituenda ab eo Religio maximam illam charitatem sedulo exercerent, ut quisque animam suam poneret pro amicis, & proximis suis.

℞. Sicut Cedrus. Pag. 272.

LECTIO V.

EA ipsa nocte eadem Virgo Sanctissima Beato Raymundo de Peñafort, & Jacobo Aragoniæ Regi apparuit, idipsum de Religiosis instituendis admonens, suadensque, ut opem pro constructione tanti operis ferrent. Petrus autem statim ad Raymundi pedes, qui ipsi erat à sacris confessionibus, advolans, ei rem omnem aperuit, quem etiam coelitus instructum reperit ejusque directioni se humillime subjecit. At superveniens Jacobus Rex, quam & ipse acceperat à Beatissima Virgine revelationem

exe.

exequi statuit. Undè collatis inter se consiliis, & consentientibus animis in honorem ejusdem Virginis matris Ordinem instituere aggressi sunt sub invocatione Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

℞. Quæ est ista. Pag. 272.

LECTIO VI.

DIE igitur decima Augusti anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo, Rex idem Jacobus eam institutionem, jam pridem ab iisdem sanctis viris conceptam, exequi statuit, sodalibus quarto voto adstrictis manendi in pigra sub Paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus fuerit. Quibus Rex ipse arma sua regia in pectore deferre concessit, & à Gregorio Nono illud tam præcellentis erga proximum charitatis Institutum, & Religionem confirmari curavit. Sed, & ipse Deus per Virginem matrem incrementum dedit, ut talis institutio celerius, ac felicius totum per Orbem divulgaretur, sanctisque viris floruerit charitate, ac pietate insignibus, qui eleemosynas à Christi fidelibus collectas in pretium redemptionis suorum proximorum expenderent, se-

que ipsos interdum darent in redemptionem multorum. Ut autem tanti beneficii, & institutionis debitæ Deo, & Virgini matri referantur gratiæ, Sedes Apostolica hanc peculiarem festivitatem celebrari, & Officium recitari indulsit, cum alia fere innumera eidem Ordini privilegia pariter contulisset.

℞. Ornatam monilibus. Pag. 273.

In secundis Vesperis omnia ut in primis, præter Aliam. ad Magnificat: Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem repperit Deus.



DIE XXV. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Mariæ de Cervellione. Duplex.

Omnia de Communi Virginum præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

DEUS, qui nos conspicias in tot periculis constitutos pro nostra fragilitate non posse subsistere, concede propitius: ut, intercedente beata Maria famula tua, de præsentis vitæ fluctibus educti, ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

In

In primo Nocturno: Lektionen de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Maria nobili familia de Cervellione Barchinone in Hispania nata, & a parentibus in Dei timore primis ab annis enutrita, virginitatem suam, cum decem & octo esset annorum, illi devovit. Ejus vivendi ratio erat, in publicum rarius prodire, ægro- tantibus domesticis sedulo adesse, & in Nosocomiis ter in hebdomada pauperibus ministrare. Annum trigessimum agens, defuncto Patre, habitum Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede prima ex feminis suscipiens, Sanctimonialibus ejusdem Ordinis Ducem, Magistram, & exemplar se præbuit; ac distributo patrimonio in redemptionem Captivorum, professionem in eodem Ordine, una cum voto de laborando pro redimendis Captivis, emisit.

R: Propter veritatem. Pag. 47:

Lectio v.

Matrem vivis sublata, cum aliquot honestis feminis ejusdem Instituti piam sanctamque vitam peregit: so-

lita quotidie mulierum a suis Fratribus redemptarum, ac Barchinonem advenientium pedes in hospitali domo lavare quinquies in hebdomada sacra Eucharistia refici, terque jejunare solo pane, & aqua contenta: quotidianis flagellis insuper, & ferrea catena corpus suum affligens. Silentium quod mira observantia colebat, inanibus verbis numquam infregit, ac parcus indulgens somno, expetebat ab ejusmodi necessitate liberari, ut illo solo frueretur incessanter, quo jucundantur coeli, & Angelli lætantur. Quod diurni temporis supererat ab oratione, & pietatis exercitiis, in pauperes juvandos impendebat; nullum officii genus prætermittens, quo afflictos consolaretur, opressos liberaret, & victos educeret de carceribus.

R: Dilexisti justitiam. Pag. 47:

Lectio vii.

Futuras maris tempestates prænuntiabat: illasque sæpe suis orationibus sedavit: visa aliquoties super undas incidere, quo Fratres Captivorum Redemptores, aliosque in mari periclitantes servaret incolumes; unde ei Mariæ de Subsidio, vulgo de Socos, nomen est inditum. Denique post-

mul-

ORATIO.

Deus, cujus charitas in corde Beati Simonis diffusa, eximio in Sanctissimam Octobris anno salutis millesimo ducentesimo nonagesimo. Ejus corpus, ex quo suavissimus odor manabat, sepultum est in Ecclesia Fratrum Ordinis sui: quod nonagesimo post anno, Episcopo Barchinonensi, Petro Aragoniæ Rege, ceterisque Aula, & Civitatis Primatibus adstantibus, solenni pompa elevatum, incorruptum repertum fuit, ac decentiori loco, ubi religiose colitur, asservatur.

R: Afferentur Regi Pag. 47.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile erit regnum coelorum decem virg. de Comm. Virg. Miss. Dilexisti cum orat. prop.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In Festo B. Simonis de Roxas, Sacerdotis professi, Ordinis Calceatorum SS. Trinitatis Fundatoris Congregationis Ave Maria.

Duplex.

Omnia de Comm. Confessoris non Pontif. præter sequentia.

Deus, cujus charitas in corde Beati Simonis diffusa, eximio in Sanctissimam Filii tui Genitricem cultu, & assiduis misericordiæ operibus enituit: illius intercessionem concede, ut eodem charitatis fervore succensi, & Beatæ Mariæ Virginis tutela protecti, tuam misericordiam consequamur. Per eundem Dominum, &c.

In primo Nocturno: Lektionen de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Vallis Oleti Urbe Castellæ veteris natus est Simon Parentibus piis, æque ac nobilibus. Ab ejus ortu statim licuit videre quoddam futuræ Sanctitatis indicium. Puer namque infans ubi balbutire cœpit, prima ferè auditus est hæc verba proferre, AVE MARIA: quod ut audientibus mirum accidit, ita argumento fuit, eximium olim Divinæ Matris cultorem, clientemque fore. Præagium affirmavit eventus. Magna illi vel adolescentulo pietas, mira in cæpessendis, exequendisque Religionis officiis alacritas, ac diligentia, studium verò col-

len-

lendæ Virginis tantum, ut jam tum eas Angelicæ salutationis voces, in quas primum solvebat linguam, sibi maximè familiares redderet, & tertio quoque verbo usurparet. Elucebat præsertim amor erga pauperes plane admirabilis, ut ipso eorum aspectu commoveretur, nec continere se posset, quia cibos illis clam sibi detractos, & ipsa interdum indumenta tribueret. Talis cum esset adolescens, jam que multum in litteris profecisset, incensus sanctioris vitæ desiderio, Christi Crucem inter Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in eadem Civitate amplexus est.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

TYrocini, ac studiorum spatiis cum laude confectis, vitam deinceps reliquam Fratribus vel docendis, vel gubernandis impendit. Magister proinde appellatus, & cum pluribus Provinciæ Castellanae Cænobiis, tum toti demum Provinciæ Rector impositus. Suis porrò ita præfuit, ut morum inter eos gravitatem, sanctitatemque ad legum normam, atque optima quæque studia

proveheret, paternum alioqui exercens imperium, neque tam potestate, quam exemplo, singulos ad officium impellens. Quæ dum agit domi, nihil interea minus Proximorum salutis prospiciebat foris, idque tum Divini Verbi, tum sacramentorum confessionum ministerio, artibusque aliis charitatis, quibus noviter insistens, incredibile dictum est, quam multos à vitiis ad frugem, vel etiam ad perfectionem christianæ vitæ perduxerit. Præter hæc famelicos Mendicorum greges quotidie ab insita misericordia cogeat, pascebatque, large omnia subministrante Providentia cælesti, cujus sæpe beneficio insperatam accipiebat annonam. Eorum præcipuam sumebat curam qui inter barbaros Mahometanos catenis onusti degunt, hisque redimendis ampla pecuniarum subsidia corrogabat. At sibi metipsi vacabat in primis, studebatque, ut fieret in dies sanctior. Ob id spiritum oratione assidua, rerumque cælestium meditatione excolebat, corpus cilicio flagris, cibi, potusque parcitate dirum in modum excruciat.

R. Amavit Pag. 46.

Lec-

Lectio vi.

Philippo III. Regi, ejusque conjugi Margaritæ apprimè charus ob sanctimoniam opinionem fuit. Datus Regiis liberis adolescentiæ Institutor, id munus gessit egregiè, sed oblatas à Rege Dignitates constantissimè repulit. Isabelæ Reginae à confessionibus, eoque nomine magno apud Aulicos honore habitus: Nosocomia tamen, carceresque victorum frequentare, ægrotis vocantibus diu noctuque præsto esse, ægenis alimenta dividere, calamitosis omnibus opitulari perrexit usque ad extremum, ut vulgo Pater pauperum vocitaretur. Multas vitiorum pestes è populo sustulit, & augendo B. Virginis cultui assiduè intentus, cum alia multa perfecit, tum celeberrimam sodalitatem, quam vocant ab AVE MARIA, Matriti instituit, ac late propagandam curavit. Ejusdem cura, & industria Sanctissimum Mariæ nomen inter Trinitarios Officio proprio celebrari cæptum est. Illum vicissim Virgo Beatissima multis, maximisque ornavit beneficiis, inter quæ illud à Deo impetrasse fertur, ut multas post pugnas, omnis tandem in eo, qui vic-

tor semper evaserat, pravæ libidinis sensus extinctus maneret. Dono tandem prophetiæ, curationum gratia, miraculisque pluribus clarus, qua prorsus prænuntiaverat die, subita vi morbi oppressus occubuit, annos natus duos supra septuaginta. Elatus est funere honorificentissimo, eundemque illi honorem per dies continenter duodecim præcipui Civitatis Ordines præstitere. Cum vero crebri ad ejus sepulchrum concursus fierent, & novis subinde miraculis Venerabilis viri fama inclaresceret, illum CLEMENS XIII. Beatorum fastis adscripsit.

R. Iste homo. Pag. 46.

In tertio Nocturno. Homilia in Evan. Nolite timere, &c. de Communi Confess. non Pontif. 2. loco.

Missa: Justus, &c. de eod. Communi, cum Oratione propria, ut supra.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.
In Festo S. Uvenceslai Mart.
Semiduplex.

Omnia de Commun. unius Martyris præter sequentia.

ORATIO.

DEus, qui B. Uvenceslaum per martyrii palmam à
Yy ter-

terreno principatu ad cœlestem gloriam transtulisti: ejus precibus nos ab omni adversitate custodi, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno: Lectio- nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

UVenceslaus Bohemæ Dux Wratislao patre Christiano, Drahomira matre gentili natus, ab avia Ludmilla femina sanctissima, pie educatus, omni virtutum genere insignis summo studio virginitatem per omnem vitam servavit illibatam. Mater per nefariam Ludmillæ necem regni administrationem assecuta, impiè cum juniore filio Boleslao viveas, concitavit in se Procerum indignationem, quare tyranni, & impii regiminis pertasi, utriusque excusso jugo, Wenceslaum in urbe Pragensi Regem salutarunt.

Bz. Honestum fecit. Pag. 39.

Lectio v.

ILle, regnum pietate magis quam imperio regens, orphanis, viduis, egenis tanta charitate subvenit, ut propriis humeris aliquando ligna indi-

gentibus noctu comportarit, pauperibus humanis frequenter adfuerit, captivos liberarit, carceribus detentos nocte intempesta visitarit, pecuniis, & consilio sæpissimè consolatus. Miti animo Princeps vehementer dolebat, quempiam, etsi reum, morti adjudicari. Summa religione Sacerdotes veneratus, suis manibus triticum serebat, & vinum exprimebat, quibus in Missæ sacrificio uterentur. Nocte nudis pedibus super nivem, & glaciem circuibat Ecclesias, sanguinea, & terram calefacientia post se relinquens vestigia.

Bz. Desiderium animæ. Pag. 40.

Lectio vi.

Angelos habuit sui corporis custodes: cum enim ad singulare certamen adversus Radislaum, Ducem Curimensem, eo fine accederet, ut suorum saluti prospiceret, visi sunt Angeli arma ministrasse, & dixisse adversario: Ne ferias: perterritus hostis, venerabundus præciciens veniam exoravit. Cum in Germaniam profectus esset, Imperator, conspectis duobus Angelis aurea cruce ad se accedentem ornantibus, è solio prosiliens brachiis excepit, regis insigni-

nibus decoravit, eique Sancti Viti brachium donavit. Nihilominus impius frater, matre hortante, convivio exceptum, & postea in Ecclesia orantem, paratæ sibi mortis præcium, adhibitis sceleris comitibus, interfecit. Sanguis, per parietes aspersus, adhuc conspicitur: et, Deo vindice, matrem inhumanam terra absorbit, interfectores variis modis miserè perierunt.

Bz. Stola jucunditatis. Pag. 40.

In tertio Nocturno Homilia S. Hieronymi Presbyteri in Evang. Nolite arbitrari. Pag. 40.

FESTA OCTOBRIS.

DOMINICA I. OCTOB.

In Festo Sanctissimi Rosarii Beatae Mariæ Virginis.

Dup. majus.

Omnia dicuntur de Festo S. Maricæ ad Nives 5. Augusti, præter ea, quæ sequuntur propria.

AD MAGNIFICAT.

Ant. Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, referte flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto femineo sexu:

sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam solemnitatem.

ORATIO.

DEus, cujus Unigenitus, per vitam, mortem, & resurrectionem suam, nobis salutis æternæ præmia comparavit: concede quæsumus, ut hæc Mystera sanctissimo Beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, & imitemur, quod continent, & quod promittunt, assequamur. Per eundem Dominum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Cum Albigenis hæresis per Tolosatium regionem impiè grassaretur, atque altius in dies radices ægeret, Sanctus Dominicus, qui nuper Prædicatorum Ordinis fundamenta jecerat, ad eam convellendam totus incubuit. Id ut præstaret validius auxilium B. Virginis, cujus dignitas illis erroribus impudentissimè petebatur, cuique datum est cunctas hæreses interimere in universo mundo, enixis precibus imploravit: à qua (ut memoriam proditum est) cum monitus esset, ut Rosarium populis prædicaret, velut singulare adversus hæreses, ac vitia præsidium: mirum est, quanto

Y y 2. men-

mentis fervore, & quam felici successu inunctum sibi munus sit executus. Est autem Rosarium certa precandi formula, qua quindecim Angelicarum Salutationum decades, oratione Dominica interjecta, distinguimus, & ad earum singulas totidem nostræ reparationis mysteria pia meditatione recolimus. Ex eo ergo tempore pius hic orandi modus mirabiliter per Sanctum Dominicum promulgari, augerique coepit; quem ejusdem Institutorem, Autoremque fuisse Summi Pontifices, Apostolicis litteris passim affirmarunt.

℞. Sicut cedrus. Pag. 272.

Lectio v.

Innumerabiles porrò fructus ex hac tam salutari institutione in Christianam rempublicam dimanarunt; inter quos victoria illa meritò numeratur, quam Sanctissimus Pontifex Pius Quintus, & ab eo inflammati Christiani Principes apud Echinadas Insulas de Turcarum Tyrannò potentissimo reportarunt. Nam cum illa ipsa die ea victoria relata sit, qua die Sanctissimi Rosarii Sodalitates per universum orbem consuetas supplicationes peragerent, statutasque

preces de more funderent: iis precibus haud immeritò referatur accepta. Quod quidem cum etiam Gregorius Tertiusdecimus testatus esset; ut pro tam singulari beneficio Beatæ Virgini sub appellatione Rosarii perennes gratiæ ubique terrarum haberentur; in Ecclesiis omnibus, in quibus altare Rosarii foret, prima quaque Octobris Dominica Officium ritu duplici majori perpetuò celebrandum indixit: aliique Pontifices Rosarium recitantibus, ejusdemque Rosarii Sodalitatibus indulgentias penè innumeras concessere.

℞. Quæ est ista. Pag. 272.

Lectio vi.

Nuper verò Clemens XI. animo reputans insignem pariter victoriam anno millesimo septingentesimo decimo sexto in Hungariæ Regno à Carolo Sexto in Imperatorem Romanorum electo, de innumeris Turcarum copiis relata, eo die contigisse, quo Festum Dedicationis Sanctæ Mariæ ad Nives celebraretur, atque eodem fermè tempore, quo Sanctissimi Rosarii Confratres publicam, solemnemque supplicationem in Alma Urbe ingenti populi concursu, magna que religione perage-

tes,

tes, fervidas ad Deum preces pro Turcarum depressione fundèrent, ac potentem opem Deiparæ Virginis in auxilium Christianorum humiliter implorarent; eam ob rem, victoriam illam, necnon liberatam paulò post eorundem Turcarum obsidione Corcyrensem Insulam ejusdem Beatæ Virginis patrocinio piè censuit adscribendam. Quàmobrem, ut hujus quoque tan insignis beneficii perennis semper, & memoria extaret, & gratia; Sanctissimi Rosarii Festum eadem die, eodemque ritu celebrandum, ad Ecclesiam universam extendit. Hæc autem omnia Benedictus Decimus Tertius in Breviario Romano novissimè apponi jussit. Sanctissimam ergo Dei Genitricem cultu hoc eidem gratissimo jugiter veneremur, ut quæ toties Christi fidelibus, Rosarii precibus exorata, terrenos hostes profligare dedit, ac perdere; infernos pariter superare concedat.

℞. Ornatam monilibus. Pag.

273.

Nona Lectio & Comm. dicitur de Homilia Dominicæ occurrentis.

In secundis Vesperis omnia ut in primis præter Añam. ad

Magnificat: Beatam me dicent omnes generationes quia ancillam humilem respexit Deus.

✽—————✽

DIE I. OCTOBRIS.

In Festo S. Remigii Episcopi, & Conf. semidup. *ad libitum. In Hymn. Laudis honoris. Omnia de Comm. Conf. Pontif. præter Lectiones 1. Noct. quæ sunt de Scriptura occur. & 4. quæ habetur in corpore Breviarii: reliqua de Communi.*

✽—————✽

DIE V. OCTOBRIS.

In Festo S. Froylani Episcopi, & Confessoris, Patroni Ecclesiæ, & Diocesis Legionensis. Duplex.

(In Cathedral. 2. clas.) omnia de Comm. Conf. Pontif. præter ea, quæ hic habentur propria. In Hymn. Iste Confessor. mutatur tertius versus.

ORATIO.

Deus, qui Beatum Froylanum monastici instituti propagandi studio decorasti, & ex eremo ad Episcopale munus coelesti indicio vocatum miraculis clarum effecisti, concede propitius, ut cujus patrocinio gloriamur, ejus instructuamur exemplis. Per Dominum, &c.

*In primo Nocturno, Lectio-
nes de Scriptura occurrente.
In Ecclesiis Cathed. Lectiones
primi Noct. de Comm. Fidelis
Sermo.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Froylanus Lucae quæ Reg-
ni Galicæ nobilis est ci-
vitas, piis aq̄e ac nobilibus
parentibus decimo nostræ re-
demptionis sæculo natus, à
primâ etate futuræ sanctitatis
specimen dedit. Nam piæ ma-
tris opera educatus, adhuc
adolescens, mundi illécebris
contemptis majorisque perfec-
tionis desiderio illectus, vix
octodecim annos natus, mo-
nasticam vitam professus est.
Quare primum in quemdam
Diocesis Legionensis abditio-
rem locum sese recipiens,
deinde ad Sutrinî montis radi-
ces adiculam sibi extruens,
ibique orationi, jejuniis, jugi-
que corporis castigationi vacans
in coelestium contemplatione
rerum dies, noctesque
suavissimè præteribat. Brevi
tanta ejus sanctitatis fama
percrebuit, ut multis ad eum
concurrentibus, sub regula
Sancti Benedicti monasterium
ædificare compulsus fuerit.
Quos inter discipulos Attila-
rii monasterii à se ædificati

Priorem instituit, qui postea
Zamorensis factus Episcopus
eam Diocesim sanctissimè
gubernavit; eumque post mor-
tem Urbanus Secundus in
Sanctorum numerum retulit.

Be. Inveni David. Pag. 44.

Lectio v.

Nec mirum, Froylanis sanc-
tatem ab omnibus ag-
noscî, & ubique prædicari,
quam vel bruta animalia quod-
admodò persensisse videban-
tur. Sævum siquidem lupum
multis spectantibus coegisse
fertur, jumentî loco substitui,
ut libros prædicationis neces-
sarios deferret, sicque penas
luceret, quod asellum eidem ser-
vientem ministerio, ferox dilaniasset.
Idcirco Ramirus Ter-
tius, qui difficillimis iis tempo-
ribus Legionense Regnum ad-
ministrabat, res suas pene
accisas agnoscens, Froylanum
accersit, eique ingentem vim
pecuniarum elargitus, potes-
tatem dedit erigendi ubicum-
que vellet monasteria in suo
Regno, ut inde monachi pro
ejusdem Regni liberatione ab
armis Saracenorum, ferventes
ad Deum preces effunderent.
Tot, tantisque opibus tam piè
oblatis Froylanus Tabarense
Monasterium ædificavit, aliis-
que permultis circa Æstolæ

Ab.

fluvium instauratis, demum
celebre illud apud Morerolam
excitavit, ubi, ducentis circi-
ter monachis congregatis, ip-
se præfuit, piusque Ramiri
Regis desiderium explevit.

Be. Posui adjutorium. Pag. 45.

Lectio vi.

Veremundo Secundo reg-
nante, qui Ramiro Ter-
tio successerat, Froylanus ex
monacho, renuens licet, &
invitus Legionensis Episcopus
renuntiatus, dum consecraretur,
sub columbæ e coelo ve-
nientis specie Spiritum Sanc-
tum accipere visus est. Post-
quam autem sexdecim circi-
ter annis concreditas sibi oves
prædicatione, & exemplo san-
ctissimè gubernasset, prænun-
ciato sui obitus die, ad cœ-
lestem patriam quinto Nonas
Octobris anno sexto post mil-
lesimum evolavit. Multæ ejus
sacri corporis translationes,
ob temporum difficultatem fie-
ri debuerunt: quarum postre-
ma, cum à Morerolæ coenobio
maxima ejusdem sacri corpo-
ris pars ad Legionensem Ec-
clesiam, cui præfuerat, trans-
ferretur, insigni fuit miracu-
lo illustrata, nam per totam
viam homines, animantes, ip-
sæque arbores meleo liquore
maduerunt. Itaque tam in Mo-

rerolæ monasterio, quam in
Legionensi Ecclesia usque ad
nostram ætatem magna cum
veneratione dictum sacrum
corpus sic divisum colitur:
Ecclesia verò Legionensis tan-
tum Pastorem, à quo innume-
ra accepit beneficia, ut præci-
puum Patronum veneratur.

Be. Iste est, qui. Pag. 45.

*In tertio Noct. Homilia de
Communi primo loco: Homo pe-
regre proficiscens. Nona lect.
& commemoratio Ss. Placidi,
& Sociorum ejus Mart. ut in
corpore Breviarii. Missa Sta-
tuit, de eodem Communi, cum
orat. Offic.*

DIE X. OCTOBRIS.

In Festo S. Francisci Borgiæ
Conf. Duplex 2. clas.

*Omnia de Communi Confesso-
ris non Pontificis, præter se-
quentia.*

*In Hymn. Iste Confessor, di-
citur: Hac die lætus me vit
supremos laudis honores.*

ORATIO.

Domine Jesu Christe, ve-
ra humilitatis, & exem-
plar, & præmium, quæsumus,
ut sicut Beatum Franciscum
in terreni honoris contemptu
imitatorem tui gloriosum effe-
cisti, ita nos ejusdem imita-
tio-

tionis, & gloriæ, tribuas esse consortes. Qui vivis, & regnas, &c.

In primo Noct. Lect. de Comuni Conf. non Pontif. Beatus vir 2. loco.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

FRANCISCUS Gándiæ Dux IV. Joanne Borgia, & Joanna Aragonia Ferdinandi Catholici Nepte genitus post puerilem ætatem inter domesticos mira innocentia, & pietate transactam in aula primum Caroli V. Cæsaris, mox in Cataloniæ administratione admirabilior fuit christianæ virtutis, & vitæ austerioris exemplis. Ad Granatense sepulchrum Isabellam Imperatricem cum detulisset, in ejus vultu, fædè commutato, mortalium omnium caducitatem rélegens, voto se adstrinxit: rebus omnibus, cum primum liceret, abjectis, Regum Regi unicè inserviendi. Inde tantum virtutis incrementum fecit, ut inter negotiorum turbas religiosæ perfectionis simillimam imaginem referens, miraculum Principum appellaretur.

Æ. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

Mortua Eleonora de Castro conjuge, ingressus

est Societatem Jesu, ut in ea lateret securius & præcluderet dignitatibus aditum, interposita voti religionè: dignus, quem, & viri Principes complures in amplectendo superiori instituto fuerint secuti, & Carolus V. ipse in abdicando Imperio hortatorem sibi, aut ducem exitisse, non diffiteretur. In eo arctioris vitæ studio Franciscus jejuniis, catenis ferreis, asperissimo cillicio, cruentis longisque verberationibus, somno brevissimo, corpus ad extremam usque maciem redegit; nullis præterea parcens laboribus ad sui victoriam, & ad salutem animarum. Tot itaque instructus virtutibus à Santo Ignatiò primum Generalis Commissarius in Hispaniis, nec multo post Præpositus Generalis Tertius à Societate universa, licet invitus, eligitur. Quo in munere Principibus, ac Summis Pontificibus prudentia, ac morum sanctitate apprimè charus, præter complura, vel condita, vel aucta, ubique domicilia, Socios in Regnum Poloniæ, in Insulas Oceani, in Mexicanam, & Peruanam Provincias invexit: missis quoque in alias regiones Apostolicis viris, qui prædicatione, sudoribus, san-

gui-

guine, fidem Catholicam Romanam propagarunt.

Æ. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

DE se ita demissè sentiebat, ut peccatoris nomen sibi proprium faceret. Romanam purpuram à Summis Pontificibus sæpiùs oblata invidta humilitatis constantia recusavit. Verrere sordes, emendicare victum ostiatim, agris ministrare in Nosocomiis, mundi, ac sui contemptor, in deliciis habuit. Singulis diebus multas continenter horas, frequenter octo, quandoque decem dabat coelestium contemplationi. Centies quotidie de genu Deum adorabat. Numquam à sacrificando abstinuit: prodebatque sese divinus, quo æstuabat, ardor; ejus vultu sacram Hostiam offerentis, aut concionantis interdum radiante. Sanctissimum Christi Corpus in Eucharistia latens, ubi asservaretur, instinctu coelesti sentiebat. Cardinali Alexandrino ad conjungendos contra Turcam Christianos Principes, Legato comes additus à B. Pio V. arduum iter, fractis jam penè viribus suscepit ex obedientia, in qua, & vitæ cursum Romæ, ut optarat, feliciter consumavit an-

no ætatis suæ sexagesimo secundo, salutis verò millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. A Sancta Theresia, quæ ejus utebatur consiliis vir sanctus; à Gregorio XIII. fidelis Administer appellatus; demum à Clemente X. pluribus magnisque clarus miraculis, in Sanctorum numerum adscriptus.

Æ. Iste homo perficit, Pag. 46.

In tertio Noct. Lectiones de Homilia S. Hieronymi in Evangelium: Ecce nos reliquimus omnia, de Comuni Abbatum.

DIE X. OCTOBRIS.

In Festo S. Ludovici Bertrandi Conf. Dup.

Omnia de Comm. Confessoris non Pontif. præter ea, quæ hic assignantur propria.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Ludovicum, Confessorem tuum per corporis mortificationem, & fidei præconium, Sanctorum gloriæ coæquasti: præsta, ut, quod fide profiteamur, pietatis operibus jugiter impleamus. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

Za

In

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ludovicus Bertrandus Valentiae in Hispania Tarraconensi honestis, piisque parentibus natus, ab ipsa penè infantia sanctitatis, ac poenitentiae tyrocinium inchoavit. Exacta pueritia interdum nuda cubabat humo, noctes sæpè ducebat insomnes, ac in pietatis, & charitatis officia sedulus incumberebat. Mundi contemptu, ac religiosae vitae ardore succensus, parentum artes, quibus eum à sancto proposito dimovere conabantur, mira constantia superavit. Sui tandem voti compos effectus, Praedicatorum Ordini nomen dedit, ubi brevi tantum profecit, ut vel provecioribus ipsis, quamvis Tyro, fuerit exemplo. Emissa professione mirum quot, & quantis virtutum incrementis priorem vitae rationem cumularit. Jeuniis, flagellis, ciliciis vigiliisque carnem domans, mentem jugi orationis pabulo nutrebat, ex quo tantum internae animi modestiae, ac puritatis hauriebat, ut vel in ejus oculis, ac vultu appareret.

R. Honestum fecit, Pag. 46.

Lectio v.

Ad hoc juvenis Novitiorum praefectus institutus, eos ad omnem verbo, & exemplo sanctimoniam efformabat. Ad Occidentales Indos Evangelicus Praedicator missus, quamvis uno tantum Hispanico uteretur idiomate, eum tamen diversae, atque inter se dissitae Nationes, sua veluti loquentem lingua, singulae audiebant, ex quibus innumeros ad Christianam fidem adduxit: ibique venenum non semel sibi à Barbaris propinatum innoxie hausit. Publicam vitiorum objurcationem, tanquam in se unum directam, Nobilis quidam ulturus, mortem Ludovico intat, cum strictus in eum sclopus in Crucifixi formam repente convertitur. Quo miraculo nefarius aggressor permotus, ad sancti viri pedes provolutus, tanti facinoris veniam enixe deprecatur.

R. Amavit eum, Pag. 46.

Lectio vi.

Humilitate, ac patientia usurpabat: Domine hic ure, hic seca, hic non parcas, ut in aeternum parcas. Prophetico afflatus spiritu multa praedixit. Ignem signo Crucis extinxit, tempestatem sedavit, ferarum

im-

impetus cohibuit, mortuis vitam, caecis visum, claudis gressum, surdis reddidit auditum. Tandem durioris poenitentiae laboribus fractus, in morbum incidit, sacrisque mysteriis ritè expiatus, migravit in caelum septimo Idus Octobris, anno millesimo quingentesimo octogesimo primo, aetatis verò suae quinquagesimo quinto. Quem multis etiam post obitum miraculis clarum Paulus Quintus Beatorum, Clemens verò Decimus Sanctorum numero adscripsit. Ejus demum festum Alexander Octavus, instante Rege Catholico, ab universo Ditionis ipsius Clero saeculari sub ritu duplici celebrandum decrevit, sanctumque Confessorem novi regni Granatensis Patronum Apostolica auctoritate declaravit.

R. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii Papae in Evangelium: Sint lumbi vestri praecincti, ut in eod. Comm.

DIE XII. OCTOBRIS.

In Festo Commemorationis B. Mariae de Columna.

Dup. in Hispan.

Omnia ut in Festo S. Mariae

ad Nives 5. Augusti, vel ut in Festo B. V. Mariae de Mercede 24. Septembris, praeter Orationem, & lectiones secundi Nocturni.

ORATIO.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa Beatæ Mariae semper Virginis intercessione à praesenti liberari tristitia, & aeterna perfrui laetitia. Per Dominum nostrum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Sermo S. Augustini Episcopi. *Serm. 18. de Sanctis.*

Adest nobis, dilectissimi optatus dies Commemorationis Beatæ, ac Venerabilis semper Virginis Mariae: ideò cum summa exultatione gaudeat terra nostra, tantæ Virginis illustrata solemnitate. Hæc est enim flos campi, de qua ortum est pretiosum lilium convalium, per cujus partum mutatur natura protoplastorum, deletur & culpa. Praecisum est in ea illud Hevæ infelicitatis elogium, quo dicitur: In dolore paries filios tuos; quia ista in laetitia Dominum peperit. Hevæ lacrymas, Maria gaudium in ventre portavit:

Zz 2

vit:

vit : quia illa peccatorem, ista edidit innocentem.

R. Sicut cedrus. Pag. 272.

Leſtio v.

O Beata Mater, quis tibi digna valeat jura gratiarum, ac laudum præconia repêdere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi pèrdito? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones : & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Accipe, quod offèrimus, redóna, quod rogamus, excusa, quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum. Per te speramus veniam delictorum, & in te, Beatissima, nostrorum est expectatio præmiorum.

R. Quæ est ista. Pag. 272.

Leſtio vi.

ET profecto sperandum nobis, ac præcipuè lætandum est, quibus insigni beneficio, peculiarem suimet obtinendi patrocini fiduciam clementissima Virgo concessit. Ut enim pia, & antiqua traditio habet, cum Jacobus Apostolus, Major nuncupatus, divino consilio in Hispaniam

appulisset, & aliquandiù Cæsaraugustæ substitisset, ipsi cum aliquot discipulis noctu ab Ibèri fluminis ripam oranti, Beata Virgo (dum adhuc in humanis ágeret) apparuit, ibique, ut sacellum extrueret, eidem injunxit. Quare nihil cunctatus Apostolus, discipulis opem ferentibus, ædiculam Deo in ipsius Virginis honorem dicavit. Huic autem, procedentibus sæculis, amplius, & augustius templum accessit, quod à Simulacro Deiparæ, pilæ é mármore superstante, atque ibidem maxima totius Regni pietate, ac frequentia venerato, á Columna olim acceptum nomen, hisce quoque temporibus rétinet. Utque debitus Deo cultus, ac fervens jam erga Virginem populorum devotio uberius in dies incrementum accipiat, Clemens Duodecimus Pontifex Maximus per universas Regi Catholico subjectas Ditiones ejusdem Commemorationis Officium die duodecima Octobris celebrari indulsit.

R. Ornatam monilibus. Pag. 273.



DIE XIII. OCTOBRIS.

In Festo S. Eduardi Regis
Conf. Semidup.

Om-

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

In Hymn. Iste Confessor, dicatur : Hac die latus meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Regem Eduardum Confessorem tuum æternitatis gloria coronasti; fac nos quæsumus, ita eum venerari in terris, ut cum eo regnare possimus in cœlis. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno: Leſtiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Leſtio iv.

EDuardus, cognomento Confessor, nepos Sancti Eduardi Regis, & Martyris, Anglo Saxonum Regum ultimus, (quem futurum Regem Brithualdo viro sanctissimo in mentis excessu Dominus demonstravit) décennis á Danis Angliam vastantibus quæsitus ad necem, exulare cogitur apud Avunculum Normanniæ Ducem: ubi in mediis vitiorum illécebris talem se exhibuit integritate vitæ, morumque innocentia, ut omnibus admirationi esset. Eluxit in eo, vel tum mira pietas in Deum, ac res divinas, fuitque

ingenio mitissimo, atque ab omni dominandi cupiditate alieno; cujus ea vox fertur, malle se regno carere, quod sine cæde, & sanguine obtineri non possit.

R. Honestum fecit. Pag. 46.

Leſtio v.

EXtinctis mox tyrannis, qui fratribus suis vitam, & regnum eripuerant, revocatur in patriam: ubi summis omnium votis, & gratulatione Regno potitus, ad hostilium irarum delenda vestigia totum se convertit, à sacris exorsus, ac Divorum templis, quorum alia à fundamentis erexit, alia refecit, auxitque redditibus, ac privilegiis; in eam curam potissimum intentus, ut refloresceret colapsa religio. Ab Aulæ proceribus compulsus ad nuptias constans est assertio scriptorum, cum virgine sponsa virginitatem in matrimonio servasse. Tantus in eo fuit in Christum amor, & fides, ut illum aliquando inter Missarum solemnias videre meruerit blando vultu, & divina luce fulgentem. Ob profusam charitatem, orphanorum, & egenorum pater pasim dicebatur, numquam lætior, quam cum regios thesauros exhausisset in pauperes.

R.

R. Amavit eum, Pag. 46.

Lectio vi.

Prophetiæ dono illustris, de Angliæ futuro statu multa cœlitus prævidit; & illud in primis memorabile, quod Sweyni Danorum Regis in mare demersi mortem, dum Angliam invadendi animo classem conscenderet eodem quo accidit, momento divinitus intellexit. Joannem Evangelistam mirificè coluit, nihil cuiquam, quod ejus nomine peteretur, negare solitus. Cui olim sub lacera veste, suo nomine stipem roganti, cum nummi deessent, detractum ex digito annulum porrexit, quem Divus non ita multo post Eduardo remisit unà cum nuntio securæ mortis. Quare Rex, indictis pro se precibus ipso, ab Evangelista prædicto, die piissimè obiit, Nonis videlicet Januarii, anno salutis millesimo sexagesimo sexto, quem sequenti sæculo Alexander Papa Tertius miraculis clarum, Sanctorum fastis adscripsit. At ejus memoriam Innocentius Undecimus officio publico per universam Ecclesiam eo die celebrari præcepit, quo annis ab obitus sex & triginta translatum ejus corpus incorruptum, & suavem

spirans odorem, repertum est.

R. Iste homo perfecit, Pag. 46.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Confessoris non Pontificis.

DIE XVII. OCTOBRIS.

In Festo Sanctæ Heduwigis Viduæ. Semidup.

Omnia de Commu. Sanctar. nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ hic habentur.

ORATIO.

DEus, qui Beatam Heduwigem à sæculi pompa ad humilem tuæ Crucis sequelam toto corde transire docuisti: concede, ut ejus meritis, & exemplo discamus perituras mundi calcare delicias, & in amplexu tuæ Crucis omnia nobis adversantia superare. Qui vivis, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Heduwigis Regis clara natalibus, innocentia tamen vitæ longè clarior, Sanctæ Elisabethæ filia Regis Hungariæ matertera, Bertholdi, & Agnetis

netis Moraviæ Marchionum filia, animi ab ineunte ætate moderationem protulit; adhuc enim puellula puerilibus abstinuit; & duodennis Henrico Poloniæ Duci à parentibus nuptui tradita, thalami fide sanctè servata, prolem indè susceptam in Dei timore erudit. Ut autem comodiùs Deo vacaret ex pari voto, & consensu unanimi ad separationem tori virum induxit, quo defuncto, ipsa in Monasterio Trebnicensi Deo, quem assiduis precibus exoraverat, inspirante, Cisterciensem devota sumpsit habitum; in eoque contemplationi intenta, divinis Officiis, & Missarum solemnis à Solis ortu ad meridiem usque assidua assistens, antiquum humani generis hostem fortis contempsit.

R. Propter veritatem. Pag. 48.

Lectio v.

Sæculi autem commercia ni divina, vel animarum salutem attingerent, audire, vel loqui non sustinuit: prudentia in agendis sic emicuit, ut neque excessus esset in modo, nec error in ordine, comis alioqui, & mansueta in proximum. Grandem autem de se triumphum jejuniis, & vigiliis, ves-

tiumque asperitate, austera carnem macerans, reportavit: hinc sublimioribus florens virtutibus christianis, consiliorum gravitate, animique candore, & quiete, in eximium religiosæ pietatis evasit exemplar: omnibus se ultrò subjicere, atque viliora præ cæteris Monialibus alacriter invidia subire, pauperibus etiam flexo genu ministrare, leproso pedes abluere, & osculari ipsi familiare erat, neque illorum ulcera sanie manantia sui victrix abhorruit.

R. Dilexisti justitiam. Pag. 48.

Lectio vi.

Mira fuit ejus patientia, animique constantia; præcipuè verò in morte Henrici Ducis Silesiæ sui, quem maternè diligebat, filii in bello à Tartaris cæsi enituit; potius enim gratias Deo, quam filio lacrymas reddidit. Miraculorum denique gloria precrebuit, puerum enim demersum, & molendini rotis allisum, & prorsus attritum invocata, vitæ restituit, aliaque præstitit, ut ritè iis Clemens Quartus probatis, Sanctorum numero eam adscripserit, ejusque Festum in Polonia, ubi præcipua veneratione, uti Patrona, colitur, die decima quina-

quinta Octobris celebrari concesserit; quod deinde, ut decimaseptima in tota Ecclesia fieret, Innocentius Undecimus ampliavit.

R. Fallax gratia. Pag 48.

In tertio Nocturno: *Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium*: Simile est regnum coelorum thesauro, de *Communi non Virginum*.

—
DIE XX. OCTOBRIS.

In Festo Sancti Joannis Cantii Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic sunt propria.

ORATIO.

DA quæsumus omnipotens Deus: ut Sancti Joannis Confessoris exemplo in scientia Sanctorum proficientes, atque aliis misericordiam exhibentes, ejus meritis indulgentiam apud te consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Hymnus.

Gentis Poloniæ gloria,
Clerique splendor nobilis,

Decus Lycei, & patriæ
Pater, Joannes in aclyre.
Legem superni Numinis
Doces Magister, & facis

Nil scire prodest: sedulo
Legem nitamur exequi.

Apostolorum limina
Pedes viator visitas;
Ad patriam, quam tendimus,
Gressus, viamque dirige.

Urbem petis Jerusalem;
Signata sacro sanguine
Christi colis vestigia,
Rigasque fassis fletibus.

Acerba Christi vulnera
Hærete nostris cordibus,
Ut cogitemus consequi
Redemptionis pretium.

Te prona mundi machina
Clemens adoret Trinitas,
Et nos novi per gratiam
Novum canamus canticum.
Amen.

Ad Matutinum. Hymnus.

Corpus domas jejuniis,
Cædis cruento verbere,
Ut castra pœnitentium
Miles sequaris innocens.

Sequamur & nos sedulo
Gressus Parentis optimi,
Sequamur, ut licentiam
Carnis refrænet spiritus.

Rigente bruma, providum
Præbes amictum pauperi,
Sitim famemque egentium
Esca potuque sublevas.

O qui negasti nemini
Opem roganti, patrium
Regnum tuere, postulant
Cives Poloni, & exteri.

Sit laus Patri, sit Filio,

Ti-

Tibique sancte Spiritus:
Preces Joannes impetret
Beata nobis gaudia. Amen.
In primo Nocturno: *Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Joannes in oppido Kentii Cracoviensis Diocesis, à quo Cantii cognomen duxit, Stanislæ & Anna piis & honestis parentibus natus, morum suavitate, innocentia, gravitate ab ipsa infantia spem fecit maximæ virtutis. In Universitate Cracoviensi Philosophiæ, ac Theologiæ primum auditor, tum per omnes Academiæ gradus ascendendo Professor ac Doctor sacra, quam annis multis traddidit, doctrina mentes audientium non illustrabat modo, sed & ad omnem pietatem inflamabat, simul docens scilicet, & faciens. Sacerdos factus, nihil de litterarum studio remittens, studium auxit Christianæ perfectionis. Utque passim offendi Deum maximè dolebat, sic eum sibi & populo placare oblato quotidie, non sine multis lacrymis incruento Sacrificio satagebat. Ilkusiensem Parochiam annis aliquot egregiè administravit: sed animarum periculo com-

motus, postea dimisit; ac postulante Academia ad pristinum docendi officium rediit. R. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

Quidquid temporis ab studio supererat partim saluti proximorum, sacris præsertim concionibus, curandæ, partim orationi dabat, in qua coelestibus quandòque visionibus, & colloquiis dignatus fertur. Christi verò Passione sic afficiebatur, ut in ea contemplanda totas interdum noctes duceret insomnes, ejusque causa melius recolendæ Hierosolymam peregrinatus sit: ubi, & martyrii desiderio flagrans, Turcis ipsis Christum crucifixum prædicare non dubitavit. Quater etiam ad Apostolorum limina pedes, atque viaria onustus sarcina Romam venit, tum ut Sedem Apostolicam, cui maximè addictus fuit, honoraret: tum ut sui (sic enim ajebat) purgatorii poenas, exposita illic quotidie peccatorum venia, redimeret. Quo in itinere à latronibus olim spoliatus, & numquid haberet præterea interrogatus, cum negasset, aureos deinde aliquot suo insutos pallio recordatus, fugientibus hos etiam clamans obtulit latronibus, qui

Aaa

vi-

viri sancti candorem simul, & largitatem admirati, etiam ablatos ultrò reddidere. Alienæ famæ ne quis detraheret, descriptis Beati Augustini exemplo in pariete versiculis, se, atque alios perpetuò voluit admonitos. Famelicos de suo etiam obsonio satiabat. Nudos autem non emptis modo, sed detractis quoque sibi vestibus, & calcis operiebat, demisso ipse interim usque ad terram pallio, ne domum nudipes redire videretur.

R. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

BRevis illi somnus, atque humi; vestis, quæ nuditatem, cibus, qui mortem dumtaxat arceret: virginalem pudicitiam, velut liliū inter spinas aspero cilicio, flagellis, atque jejuniis custodivit. Quin & per annos ante obitum triginta circiter & quinque ab esu carniū perpetuò abstinit. Tandem dierum juxta, ac meritorum plenus, cum vicinæ, quam præsensit, morti se diu, diligenterque præparasset, ne qua re ampliùs teneretur, si quid domi supererat, id omniò pauperibus distribuit. Tum Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus, dissolvi jam cupiens, & esse cum

Christo pridie Nativitatis ejus in cælum evolavit, miraculis ante, & post mortem clarus. Mortuus ad proximam Academiæ Ecclesiam Sanctæ Annæ delatus est, ibique honorificè sepultus. Auctaque in dies populi veneratione, ac frequentia, inter primarios Poloniæ, ac Lithuanæ Patronos religiosissimè colitur. Novisque conuscans miraculis à Clemente Decimotertio Pontifice Maximo decimoseptimo Kalendas Augusti millesimi septingentesimi sexagesimi septimi solemnī ritu Sanctorum fastis adscriptus est.

R. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evang. Sint lumbi vestri præcincti, ut in Cñi. Confessor. non Pontificis. Ad Laudes. Hymnus. Gentis Poloniæ, ut supra in primis Vesperis.

Ad secundas Vesperas. Hymnus.

TE deprecante, corporum Lues recedit, improbi Morbi fugantur, pristina Redeunt salutis munera. Phtisi febrique & ulcere Diram redactos ad necem, Sacratas morti victimas Ejus rapis è faucibus.

Te

Te deprecante, tímido
Merces abactæ flumine,
Tractæ Dei potentia
Sursum fluunt retrógradæ.
Quum tanta possis, sedibus
Coeli locatus, poscimus:
Responde votis supplicum,
Et invocatus subveni.
O una semper Trinitas!
O Trina semper Unitas!
Da, supplicante Cántio,
Æterna nobis præmia.
Amen.

✽—————✽
DIE XXII. OCTOBRIS.

In Festo S. Salome Viduæ.
Pro Civitate, & Diocesi
Compostelana, Dup. secundæ classis.

Et pro aliis omnibus Dominiis
Serenissimo Regi Catholico
subjectis, Dup. maj.
*Omnia de Communi Sanctarum
nec Virginum, nec Martyrum,
præter ea, quæ sequuntur.*

*In utrisque Vesp. & Laudibus
Hymnus.*

ISta, quam læti colimus fideles
Sedibus celsis superum locatam

Est decus nostrum, quia Mater extat

Alma Jacobi.

Hæc Dei cultrix Salome vocata

Sancta Zebedæo quoque juncta Sancto
Conjugem, charamque domum reliquit
Assecla Christi.
Perstitit constans, Cruce non recessit
Territa, aut illo moriente, fugit
Curat, & funus Domini, & sepulchrum
Fervida visit.

Tu pia, ó nostri genitrix Patroni,
Filii cunctos refove Clientes
Semper, ut nostro capitæ queamus
Vivere juncti.

Sit decus Patri, Genitæque Proli,

Et tibi compar utriusque virtus

Spiritus semper Deus unus omni

Temporis evo, Amen.

AD MAGNIFICAT
Antiphona.

Accessit ad Jesum Mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. ORATIO.

Domine Jesu, pro cujus amore Beata Salome inter primas tibi fideles omnia dimisit, & te sepultum venerari curavit, concede propitius,

tius, ut ejus imitatione tecum consepulti æternæ Resurrectionis participes effici mereamur. Qui vivis, & regnas.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

GRatum diem Sol extulit,
Quo valle rapta sæculi
Alma Sionis filia
Æterna captat gaudia.
Amore Christi saucia
Corpus cucurrit ungere,
Vivum sequuta, mortuo
Piis parentat ritibus.
Quam vivus ipse traxerat
Odore virtutum sacro,
Isthac vicissim comparat
Flagrans sepulchro balsamum.

O mira sors! O gaudium!
Cui sic studebat mortuo,
Vivum é sepulchro conspici,
Suaque tangit dextera.
Summo Patri, cum Filio,
Sanctoque sit Paraclito
Æterna laus, & gloria

In sæculorum sæcula. Amen.
*In primo Nocturno Lektionen
de Parabol. Salomonis: Mulie-
rem fortem, &c.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Salome uxor Zebedæi, &
perillustrium Apostolorum
Jacobi Majoris, & Joannis

Evangelistæ spectabilis Mater
una fuit ex primis sanctis mu-
lieribus devotissimis Christi
sequacibus, quæ tanta eluxit
fide, ut ætate licet longæva, &
omni destituta solatio, liben-
ter adhuc pateretur Liberos
illos, à quibus unicum spera-
bat auxilium, abesse sibi, ut
Christo adhererent, et tempore
prædicationis suæ eidem ad-
tarent. Rogante tamen ipsa
Christum Jesum, ut Filiis suis
primas sedes in Regno daret,
interrogavit Christus ejus Fi-
lios, num calicem, quem bi-
biturus esset, bibere & ipsi
potuissent? Illisque paratos se-
se exhibentibus, Christus in-
quit: Calicem meum bibetis;
sedere autem ad dexteram
meam, vel sinistram, non est
meum dare vobis, sed quibus
paratum est à Patre meo.

Æ. Propter veritatem Pa. 48.

Lectio v.

Fuit etiam Beata Salome
una ex illis mulieribus,
quæ insigne fidei suæ speci-
men dederunt, cum Jesum
Christum ad Calvarium ten-
dentem, & in patibulum Cru-
cis elatum committatæ sunt.
Una etiam fuit, quæ compara-
tis aromatibus ad condiendum
corpus Christi sub auroram

Do-

Dominicæ diei ad eius monu-
mentum accedens Angelum
ibi vidit fulgenti facie, & can-
dida veste super lapidem se-
pulchri sedentem, à quo pri-
mum audivit Jesum resurre-
xisse, & digna insuper fuit, ut
ab Angelo unâ cum aliis dua-
bus mulieribus eligeretur in
Nunciam Mysterii Resurrec-
tionis Christi monitura Disci-
pulos, ut in Galilæam perge-
rent, si eum vellent redivi-
vum videre.

Æ. Dilexisti justitiam. Pag. 48.

Lectio vi.

Proficienti Beatæ Salome
una cum sociis suis ad
Angeli mandatum implendum,
occurrit Jesus in itinere redi-
vius, & benignissimum eis
Ave dixit, cujus quidem glo-
rioso aspectu primum perter-
rita, mox recreata se humi
prosternens, eum adoravit, &
quem flagrantissimi amoris
desiderio paulo ante quæsive-
rat, sed non invenerat, non
solum videre tunc, atque au-
dire, verum etiam, & propriis
manibus pedes ejus tenere me-
ruit. His coelestibus donis di-
tata, constans in fide, spe di-
ves, charitate potens, persecu-
tiones invicta superans, usque
in finem perseverans, ad Cœ-

lestia Regnamigravit.

Æ. Fallax gratia. Pag. 48.

*In tertio Nocturno.*Lectio S. Evangelii secundum
Matthæum.

Lectio vi. Cap. 20.

In illo tempore: Accessit ad
Jesum Mater filiorum Ze-
bedæi cum filiis suis adorans,
& petens aliquid ab eo. Et re-
liqua.

Homilia Sancti Fulgentii
Episcopi.*Sermone de filiis Zebedæi.*

Qui sedet super Cherubim
apparet coram Ephraim,
& Benjamin, & Manasse.
Hoc audierat, & legendo didi-
cerat beata mater filiorum Ze-
bedæi, & intellexit Dominum
super Cherubim sedentem,
quia magnam possidet digni-
tatem. Accedit illuminanda:
adorat ut ancilla. Postulat non
dona terrena, sed vota coeles-
tia, Dominus est enim Cœlo-
rum, à quo coeleste flagitat
desiderium. Dic, inquit, ut se-
deant hi duo Filii mei unus ad
dexteram tuam, & alter ad si-
nistram tuam in Regno tuo.
Dic, inquit, in verbo tuo, &
effectus proficit voto meo. Di-
xisti, & factum est Cœlum.
Dic, & parabitur Filiis meis
Thronus claritudo Throno-
rum.

rum. O mulier conditione! sed, quia Mater es pietate, humanam supergressa es dignitatem. Christus de Cruce prædicabat, & illa imperium cognoscebat. Ille dicebat: Ecce ascendimus Jerosolimam, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur: & illa interpellatrix accesserat dulcium filiorum. O Mulier Filiorum Beata Sanctorum meritum præcessisti Beatorum, & honorem prætergressa es Angelorum: Non tibi sufficit, quia filios tuos feci excelsos Prædicatores. quos inopes nutrieras. piscatores? Post retia Cœlum: post hamum Evangelium, post navicelam postulas Thronum?

Rz. Os suum aperuit. Pag. 48.

Lectio. viii.

Domini etiam vox est momentis, terrentis, idque firmantis. Vigilare, inquit, & orate, ut digni efficiamini effugere omnia, quæ ventura sunt, & stetis ante Filium hominis. Et tu filii tuis Thronus postulas majestatis? Da veniam, Mater, admirantes ista dicimus, non culpantes. Noli, inquit, Beata Mater: Noli tanquam impossibile me cupidam judicare. Dominus mihi tribuit istam avidam

voluntatem, qui Regni sui diligit violentos, & solos odit, qui potentari cupiunt super egenos. Regnum, inquit, Cœlorum vim patitur, & qui vim faciunt diripiunt illud. Quia hoc dignatur amare, hoc ab eo ausa sum postulare. Ab illo audi: petite, & accipietis, quæritæ, & invenientis, pulsate, & aperietur vovis. Dum patet, pulso: dum accipere licet, peto: dum tempus est, quæro. Audi etiam dictum. Quærite Dominum, dum inveniri potest, ne tunc quæratis, quando inveniri non potest.

Rz. Regnum mundi. Pag. 48.
Lectio. ix.

Modo, modo, dum in forma apparet servi, dum patiens est usque ad mortem Crucis, dum privatum gerit vultum, & nec dum incensæ, sunt ab illo scintilla carbonum: Cœterum, cum coeperint præcedere venientem Angelum tubæ, & voce magna, quando virtutes Cœli commovebuntur, interpellatio ibi quid faciet mulieris? Dum commovebitur ignis in circuitu ejus, & tempestas valida, mea quid prævaleant desideria? Potero ad igneum accedere Thronum, congrega-

gatis ad iudicium Legionibus peccatorum? Ideo modo videns eum in ista humilitate, istam præripere cupio sponsonem; sed Dominum meum audiam respondentem: Dic, jam Domine, ut sedeant tecum filii mei in lateribus Regni tui: Te Deum laudamus.

Ad Laudes Hymnus ut in Vesper.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

Dic ut sedeant hi duo Filii mei unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in Regno tuo.

In Secundis Vesperis.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

O Beata Salome pacifica Filiorum tonitruum mater, quorum qui primus omnium Apostolorum calicem Domini bibere meruit, fidei propugnator, & Hispaniæ Patronus colitur, qui supra pectus Domini in Coena recubuit, ab ipso summet Virginis Matris Filius constituitur. Alleluia.

—*V*—
DIE XXIII. OCTOBRIS.

In Festo S. Petri Paschasi
Episcopi, & Martyris.
Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris præter sequentia.

ORATIO.

Deus humilium consolator, & fidelium fortitudo, cujus charitatis ardore Martyr, & Pontifex beatus Petrus ætate teneros, & sexu fragiles ab impiorum captivitate propria servitute redemit; ejus, quæsumus, subsidiis, ab omni nos absolve fragilitatis humanæ reatu; ut ad cuncta charitatis opera repareremur, & quos venia feceris innocentes, auxilio facias efficaces. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno, Lectio-nes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio. iv.

Petrus, cognomento Paschasius, Valentiniæ, dum sub Maurorum jugo teneretur, Christianis parentibus natus, liberalibus artibus, sacrisque disciplinis eruditus, inter Canonicos Ecclesiæ Valentiniæ adscribitur. Mox erogatis in pauperes amplissimis redditibus, ut se totum pietati converteret, Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum ingreditur: in quo sub ipso sancto Petro Nolasco Magistro adeo exactam

vivendi rationem instituit, ut jejuniis, & mortificationibus exemplar omnibus esset.

℞. Honestum fecit. Pag. 39.

Lectio v.

DEin sacram Theologiam magno auditorum profectu publice docuit: quare Jacobus Primus Aragoniæ Rex ejus doctrinæ summa permotus, illum in filii sui Sancti Archiepiscopi Toletani, qui, & eidem Ordini nomen dederat, in præceptorem, & directorem, collato ab Urbano Quarto titulo Episcopatus Granatensis, delegit. Quo in munere ita se gessit, ut Ordinem suum Toletani, & alibi mirifice propagaverit, donec defuncto Sanctio, ad Giennensem Ecclesiam omnibus votis præficatur. In ejus vero regimine, dum ovium sibi creditarum salutem sedulo invigilat, à Mauris captus, in vinculis Granatæ jam septuagenarius detinetur.

℞. Desiderium animæ. Pag. 40.

Lectio vi.

Verum in tanto vitæ discrimine, ærumnis, & calamitatibus pressus, summa constantia Catholicam Religionem tueri, fidelesque in ergastulis misere detentos

opibus, & pecuniis in propriam libertatem pluries paratis juvit: ac pueros, & feminas in animæ discrimen ob ætatis, vel sexus inbecillitatem proclives, contempta propria salute, redemit. Comque inter infideles ipsos non prætermitteret Catholicam Religionem propugnare, ac Saracenorum errores doctissimis commentariis confutare; ipsum Granatæ, dum Sacra operatur, obtruncari Rex Mahometanus jubet. Martyris sui sanctitatem multis Deus miraculis illustravit: diuque à fidelibus veneratione habitum Clemens Decimus Pontifex Maximus Ecclesiastici cultus decreto decoravit.

℞. Stola jucunditatis. Pag. 40.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Si quis vult post me venire, de Comm. unius Marty. 2. loco.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

In Festo Ss. Servandi, & Germani Martyrum. Duplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, præter sequentia.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctis Fratribus

bus Servando, & Germano, mirabilem fidei constantiam tribuisti: concede propitius; ut qui tantorum Martyrum patrocinio fruimur, eorum perpetua intercessione roboremur. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Martyrologiis, & Breviariis Hispaniæ.

Lectio iv.

Servandus, & Germanus Fratres, Patre Marcello Legionensi viro, non solum martyrio, sed, & felici duodecim filiorum sobole præclaro, matre Nona sanctissima femina nati sunt. Hi ab ipsis incubulis Christianam Religionem cum sanctissimis moribus à piis parentibus alte imbibuerunt. In ea ergo, santisque ejus officiis sese strenue exercentes Christi gloriam, nomenque palam confitebantur. Sæviente autem eo tempore persecutionis in Christianos procella, comprehensi, & ad Præsidentem adducti, generosa libertate Christianos se professi sunt. Rogati, ut desisterent, & thura diis offerrent, sic salvos, & magnis honoribus auctos fore, responderunt, sibi in

Christo satis honoris, & divitiarum repositum esse, eique ut Deo vero, non falsis simulacris cultum delaturos. Iratus Judex, eos variis, & exquisitis cruciatibus torqueri juvat; sed non potuit constantem juvenum indolem à proposito dimovere; fundati enim erant supra firmam petram, & invicti patris, & tot domesticis exemplis confirmati: magna ergo cum gloria ex eo certamine Confessorum titulum reportarunt.

℞. Sancti tui Domine. Pag. 43.

Lectio v.

Pace interim Ecclesiæ redita, multo liberius Christum profitebantur, multos ex impietate ad fidem reducebant, alios in ea confirmabant, in idola, & nefaria gentium sacra aperte ac libere invehebantur, ea ubicumque inventa proflianda curabant, multis fortitudinem fidei admirantibus, & eorum exemplum sequentibus, quod viros sanctissimos in Christi nomine Dæmones à corporibus obsessis ejicere, agris sanitatem reddere, & multis aliis miraculis inclarescere viderent. Novo autem Imperatorum edicto, iterum Ecclesiæ pace turbata, Christi

Athletæ iterum ad Provinciæ Præsidentem rapiuntur, qui eos flagris sævissimis cædi, & ferreis pectinibus excarnificari jubet: nec sic tamen alte insitam fidem ex illorum animis evellit; imo in media tormentorum acerbitate, magno cum gaudio, & Christi laudes, & Idolorum infamiam prædicabant.

Re. Verbera carnificum Pag. 43.

Lectio vi.

Decrevit autem Præses, ejus causæ cognitionem referre ad Vicarium Præfecti Prætorii, qui tunc erat in Provincia Tingitana. Arrepto ergo longo, & difficili itinere, sanctos Fratres secum pergere jubet, qui nudis pedibus, gravi catenarum onere impediti, molestiis, & contumeliis maximis affecti, fame, sitique penè enecati eum sequuntur. Quas incommoditates, ærumnasque, æquissimis animis pro Christo ferendas duxerunt; & eo quidem libentius, quod eas ipsas, & Marcellus pater, & fratres Hemetherius, & Cledonius, eo ipso itinere, & eadem de causa antea ducti, suo exemplo ipsis leviores fecissent. Perventum tandem est ad vicum Gaditani conventus,

nomine Ursonianum, in quo cum allata esset Viatoris Vicarii sententia, securi percussi in cælum migrarunt, decimo Kalendas Novembris. Germani corpus (ut refert sanctus Isidorus) Gádibus sepultum, postea Eméritam transportatum est. Corpus autem Servandi Hispalim translatum, inter sanctas virgines Justam & Rufinam reconditum est, cujus reliquæ in Hispalensi Ecclesia hodie religiosè asservantur, & in hierotheca per anniversariam amborum celebritatem populo ostenduntur.

Re. Tanquam aurum. Pag. 43.

In tertio Nocturno, Homilia S. Ambrosij in Evangel. Descendens Jesus de monte, de Comuni plurimorum Martyrum.

Re. viii. Hæc est vera fraternitas. Pag. 44.

DIE XXIV. OCTOBRIS.

In Festo Sancti Raphaelis Archangeli. Dup.

Ad Vesperas. Añã. Missus est Angelus Raphael cum reliquis de Laudibus, Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, et loco ultimi. Laudate Dominum omnes Gentes.

Ca-

reum in manu sua.

AD MAGNIFICAT

Antiphona.

Ego sum Raphael Angelus, qui asto ante Dominum, vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus.

ORATIO.

Deus qui B. Raphaelem Archangelum Tobie famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis ut ejusdem semper protegamur custodia, & muniamur auxilio. Per Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Regem Archangelorum Dominum: Venite adoremus.

Psalmus. Venite exultemus.

Hymnus. Tibi Christe, ut sup.

In primo Nocturno.

Añã. Ingressus Tobias invenit juvenem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum, & ignorans quod Angelus esset, salutavit eum.

Psalmus. Domine Dominus noster, cum reliquis per ordinem Nocturnorum, ut in Festo S. Michaelis 8. Maij, vel 29. Septembris.

Añã. Angelus Raphael se ipsum occultans, ait: Ego sum

Bbbz

Aza-

Capitulum. Tob. cap. 12.

Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

Hymnus.

Tibi Christe splendor Patris Vita, virtus cordium: In conspectu Angelorum Votis, voce psallimus: Alternantes concrepando Melos damus vocibus.

Collaudamus venerantes, Omnes cœli Principes, Sed præcipuè fidelem Medicum, & comitem Raphaelem, in virtute Alligantem daemonem. Quo custode procul pelle Rex Christe piissime, Omne nefas inimici, Mundo corde, & corpore: Paradiso redde tuo Nos sola clementia.

Gloriam Patri melodis Personemus vocibus: Gloriam Christo canamus, Gloriam Paraclito: Qui trinus, & unus Deus. Extat ante sæcula. Amen.

✠. Stetit Angelus juxta aram templi.

✠. Habens thuribulum au-

Azarias magni Ananiæ filius.
Añã. Sanum ducam filium
 tuum in regionem Medorum,
 & sanum tibi reducam, alle-
 luia.

¶ Data sunt Angelo incen-
 sa multa.

℞. Ut adoleret ea ante alta-
 re aureum, quod est ante oculos Domini.

DE LIBRO TOBIÆ.

Lect. i. *Cap. 12.*

Vocavit ad se Tobias fi-
 lium suum, dixitque ei:
 Quid possumus dare viro isti
 sancto, qui venit tecum? Et
 respondens Tobias, dixit pa-
 tri suo: Pater, quam merce-
 dem dabimus ei? Aut quid dig-
 num poterit esse beneficiis
 ejus? Me duxit, & reduxit sa-
 num, pecuniam à Gabelo ipse
 recepit, uxorem ipse me ha-
 bere fecit, & dæmonium ab ea
 ipse compescuit, gaudium pa-
 rentibus ejus fecit, me ipsum
 à devoratione piscis eripuit,
 te quoque videre fecit lumen
 coeli, & bonis omnibus per
 eum repleti sumus. Quid illi
 ad hæc poterimus dignum da-
 re? Sed peto te, pater mi, ut
 roges eum, si fortè dignabitur
 medietatem de omnibus,
 quæ allata sunt, sibi assumere.

℞. In illo tempore exaudi-

tæ sunt preces amborum in
 conspectu gloriæ summi Dei:
 * Et missus est Angelus Do-
 mini Sanctus Raphael, ut cu-
 raret eos ambos, quorum uno
 tempore sunt orationes in con-
 spectu Domini recitatæ.

¶ Tobias, & Sara in tri-
 bulatione positi, cum lacry-
 mis orare coeperunt. Et mis-
 sus.

Lectio ii.

ET vocantes eum, pater
 scilicet, & filius, tulerunt
 eum in partem: & rogare coe-
 perunt, ut dignaretur dimi-
 diam partem omnium, quæ
 attulerant, acceptam habere.
 Tunc dixit eis occultè: Benedi-
 cite Deum coeli, & coram
 omnibus viventibus confitemi-
 ni ei, quia fecit vobiscum mi-
 sericordiam suam. Etenim sa-
 cramentum regis abscondere,
 bonum est: opera autem Dei
 revelare, & confiteri, honori-
 ficum est. Bona est oratio cum
 jejunio, & elemosyna magis
 quàm thesauros auri reconde-
 re: quoniam elemosyna à
 morte liberat, & ipsa est, quæ
 purgat peccata, & facit inveni-
 re misericordiam, & vitam
 æternam. Qui autem faciunt
 peccatum, & iniquitatem, hos-
 tes sunt animæ suæ. Manifesto
 ergo vobis veritatem, & non abs-

abscondam à vobis occultum
 sermonem. Quando orabas
 cum lacrymis, & sepeliebas
 mortuos, & derelinquebas pran-
 dium tuum, & mortuos abs-
 condebas per diem in domo
 tua, & nocte sepeliebas eos,
 ego obtuli orationem tuam
 Domino. Et quia acceptus eras
 Deo, necesse fuit, ut tenta-
 tio probaret te.

℞. Egressus Tobias invenit
 juvenem splendidum stantem
 præcinctum, & quasi paratum
 ad ambulandum, & salutavit
 eum, & dixit: * Undè te ha-
 bebimus bone juvenis?

¶ Et ignorans quod Dñi
 Angelus esset, salutavit eum,
 & dixit. Unde.

Lectio iii.

ET nunc misit me Domi-
 nus, ut curarem te, &
 Saram uxorem filii tui à dæ-
 monio liberarem. Ego enim
 sum Raphael Angelus, unus
 ex septem, qui astamus ante
 Dominum. Cumque hæc au-
 dissent, turbati sunt, & tre-
 mentes ceciderunt super ter-
 ram in faciem suam. Dixitque
 eis Angelus: Pax vobis, nolite
 timere. Etenim cum essem vo-
 biscum, per voluntatem Dei
 eram: ipsum benedicite, &
 cantate illi. Videbar quidem

vobiscum manducare, & bibe-
 re, sed ego cibo invisibili, &
 potu, qui ab hominibus videri
 non potest, utor. Tempus
 est ergo, ut revertar ad eum,
 qui me misit: vos autem bene-
 dicite Deum, & narrate om-
 nia mirabilia ejus. Et cum
 hæc dixisset, ab aspectu eo-
 rum ablatum est, & ultra eum
 videre non potuerunt. Tunc
 prostrati per horas tres in fa-
 ciem, benedixerunt Deum: &
 exurgentes narraverunt om-
 nia mirabilia ejus.

℞. Ingressus Angelus ad
 Tobias, salutavit eum, & di-
 xit: Gaudium sit tibi semper:
 * Forti animo esto, in proximo
 enim est, ut à Deo cureris.

¶ Et respondens Tobias,
 ait: Quale gaudium mihi erit,
 qui in tenebris sedeo. & lumen
 coeli non video. Forti. Gloriæ
 Patri. Forti.

In secundo Nocturno.

Añã. Dixit autem Angelus:
 Apprehende branchiam pis-
 cis, & trahe eum extra aquas.

Añã. Obsecro te, Azaria
 frater, ut dicas mihi, quod
 remedium habebunt, ista quæ
 de pisce servare jussisti?

Añã. Lumina fel sarat, sed
 virtus cordis, & jecoris dia-
 boli expellit potestatem.

¶ Ascendit fumus aroma-
 tum

tum in conspectu Domini.

℞ De manu Angeli.

Sermo S. Augustini Episcopi.
Sermo 1. in Dom. 15. de B. Tobia, qui est 226. de Temp.

Lectio iv.

BEatus Tobias, qui panem suum noverat frangere esurienti, mercedem celerem mercenario præparat laboranti. Patienter lectione percepta, quæ nuper est recitata, admirabamur patris, filiique tractatum, quemadmodum Angelus monet, quem æstimabant terrenum, sub cœlesti gloria mercenarium. Ad hoc enim cœcitatatis incurrit exitium, ut Angelum susciperet medicum, qui divinis facibus incensus sic anhelavit. Honestas oratio cum jejuniis, & eleemosyna. Oratio justi clavis est cœli. Ascendit precatio, & descendit Dei miseratio. Licet alta sit terra, altum coelum, audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habet conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum: fletus citius audit, quam voces. Oratio invidi solet de auribus propulsari. Erat patris, & filii anima una; dum esset proprietas membrorum,

erat illis singularis germanitas animorum. Fili, inquit, dimittamus istum hominem, adjicientes ad mercedem placitam, quæ nobis multa opere suo contulit bona, & rogare cœpit mercenarium, ut mercedis suæ sumat effectum. Frater inquit, accipe, quod tuum est, & tunc vade salvus. Recipe mercedem tuam, quia mihi, & filio meo bonam præbuidisti misericordiam. Tolle, ut dixi, substantiam, quam cum filio meo reportasti, nam gratia, quam tibi debemus, non potest ponderari.

℞. Interrogavit Tobias Angelum: de qua domo, aut de qua tribu es tu? Qui respondens, ait: * Ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

℥. Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitus sis. Ego sum.

Lectio v.

Continuo Angelus gaudet de cogitata mercede, qui missus fuerat gratis facere pietatem. Tobis, inquit, vel Tobias, quid de mea mercede satis superflue cogitatis? Habete quod vobis donavit Pater ille cœlestis: Ego minister sum curationis, ille est auctor sanitatis. Nescitis cujus

mer-

mercenarii ope perfrui meruistis. Defunctos capivi- tatis sepelire non timuistis: Tobis, ascenderunt ad Dominum opera tua, quia relicto prandio, reddidisti mortuum sepultura. Ego Domino medullata intuli sacrificia pro venerabili sepultura. Ego directus sum operarius fori cœlestis. Mortuum sepelistis, & mortis aculeum non timuistis. Ipse sepultus pro vobis voce tacita proclamavit. Probationis fuerat cœcitas oculorum, unde patientia tua clarius meruisset de cœlestibus ornamentum. Ego sum Raphael, unus ex septem Angelis, qui astamus ante claritatem Dei. Non indigeo fructu humanæ mercedis, divitem me facit conversatio majestatis. Dives est ille, qui me missit; gratis jussit impendi, quod gratis ipse concessit. Nec ipsum honorem gratiarum mihi deputetis, quia nihil meis viribus percepistis. Deum benedicite, & illi confitemini, & ipsum glorificate, quia vobiscum fecit bona.

℞. Exivit Tobias, ut lavaret pedes suos, & ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum, qui expavescens, clamavit voce magna dicens: Domine, invadit me. Et dixit

ei Angelus: Apprehende brachiam ejus, & trahe eum ad te: Exentera hunc piscem, & cor ejus, & fel, & jecur reponne tibi; sunt enim necessaria ad medicamenta utiliter.

℥. Attraxit autem Tobias piscem in siccum, & palpitare cœpit ante pedes ejus, & ait Angelus ei. Exentera.

Lectio vi.

Subito patefacto mysterii cœlestis honore, voce Raphaelis Archangeli attoniti Tobis, & Tobias, colapsi in terram prouerunt, vocem tremulam penitus occultaverunt, quia vocem insolitam audierunt: Quid metuistis pater Tobis, filiusque Tobias? Mercenarium habere cœlestem, & tamquam operarium locare terrestrem? Celavit vobis Angelus nomen, Azarias sum inquit, Ananiæ magni filius; & cum dixit: Ego sum Raphael Angelus, celavit in primo nomine dignitatem, ne faceret locatori terrorem. Si enim diceret: Ego sum Angelus, non esset Tobis mercenarius. Servata est dignitas nominis, ut postremo magnitudo claresceret dignitatis. Videte charissimi, quantum sit eleemosynæ meritum: Angelum meruit habere operarium. Videtis

tis quantum proficit mortuos sepelire, ut oblatio ejus per Angelum Raphaellem ad coelestem ascenderet majestatem. Videtis, quia eleemosyna á morte liberat, & ipsa purgat peccata, facit purgationem oculorum, liberat á tenebris peccatorum. Tobis via sua ducitur, Sara tot viris contristata per Angelum matrimonio copulatur.

℞. Ubi introieris domum tuam, dixit Angelus Raphael ad Tobiam, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum: * Statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis, quem portas tecum: scias enim, quoniam mox aperientur oculi ejus, & videbit pater tuus lumen coeli, & in aspectu tuo gaudebit.

℥. Tolle tecum ex felle isto piscis; erit enim necessarium, Statimque. Gloria Patri. Statimque.

IN III. NOCTURNO.

Antiphona.

Est hic Sara Ragnelis filia, quæ tibi conjugio dabitur, & omnis substantia eius.

Antiphona. Septem viros habuit quos demonium oppressit, timeo ne mihi simile contingat.

Antiphona. Per tres dies orationi cum

uxore tua vacabis, ut in semine Abraham benedictionem in filiis consequaris.

℥. Apprehendit Angelus Raphael demonium.

℞. Et religavit illum in deserto superioris Ægypti.

Lectio S. Evangelij secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 5.

IN illo tempore: erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Tract. 17. in cap. 5. Joan.

Mirum non esse debet á Deo factum miraculum, mirum enim esset, si homo fecisset. Magis gaudere, quam mirari debemus; quia Dominus noster, & Salvator Jesus Christus homo factus est, quam quod divina inter homines Deus fecit. Plus est enim ad salutem nostram, quod factus est propter homines, quam quod fecit inter homines; & plus est, quod vitia sanavit animarum, quam quod sanavit languores corporum moriturorum.

℞. Benedicite Deum cœli, dixit Angelus Raphael, & coram omnibus viventibus confitemini ei: * Quia fecit vobiscum

cum misericordiam suam.

℥. Ipsum benedicite, & cantate illi, & narrate omnia mirabilia ejus. Quia fecit.

Lectio viii.

Sed quia ipsa anima nec eum noverat á quo sananda erat; & oculos habebat in carne, unde facta corporalia videret; nondum habebat sanos in corde, undè Deum latentem agnosceret. Fecit quod videri poterat, ut sanaretur, unde videri non poterat. Ingressus est locum, ubi jacebat magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.

℞. Tempus est ut revertar ad eum, qui me misit, dixit Angelus Raphael: * Vos autem benedicite Dominum, & narrate omnia mirabilia ejus.

℥. Confitemini ei coram omnibus viventibus, quia fecit vobiscum misericordiam suam Vos autem. Gloria Patri. Vos autem.

Lectio ix.

ET cum esset medicus, & animarum & corporum, & qui venisset sanare omnes animas creditorum; de illis languentibus unum elegit, quem sanaret, ut unitatem significaret. Si mediocri corde, & quasi

humano captu, & ingenio consideremus facientem, & quod ad potestatem pertinet, non magnum aliquid perfecit, & quoad benignitatem, parum fecit. Tot jacebant, & unus curatus est, cum posset uno verbo omnes erigere.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES ET PER Horas.

Antiphona.

Missus est Angelus Raphael ad Tobiam, & Saram, ut curaret eos.

Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis de Laudib. Dominica.

Antiphona. Ingressus Angelus ad Tobiam, salutavit eum, & dixit: Gaudium sit tibi semper.

Antiphona. Forti animo esto Tobias, in proximo enim est, ut à Deo cureris.

Antiphona. Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam

Antiphona. Pax vobis, nolite timere: Deum benedicite, & cantate illi.

Capitulum. Tob. cap. 12.

Quando orabas: ut in Vesper.

Hymnus.

CHriste Sanctorum decus
Angelorum,
Rector humani generis, &
auctor,
Nobis sacratum tribue benignus,

Scandere cœlum.
Angelum nobis Medicum salutis
Mitte de cœlis Raphael, ut omnes
Sanet ægrotos, pariterque nostros,

Dirigat actus.
Hinc Dei nostri genitrix Maria,
Totus, & nobis Chorus Angelorum

Semper assistat, simul, & beata
Concio tota.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque
Sancti

Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

ψ. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus,

℞. Adorabo ad templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo.

AD BENEDICTUS.

Antiphona.

Ego sum Raphael Angelus,
qui asto ante Dominum: vos
autem benedicite Deum, &
narrate omnia mirabilia ejus,
alleluia.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Ra-
phaelem: *ut in Vesper.*

AD TERTIAM.

Antiphona.

Ingressus Angelus.

Capit. Quando orabas; *ut
supra.*

℞. *brev.* Stetit Angelus; *
Iuxta aram templi. Stetit.

ψ. Habens thuribulum au-
reum in manu sua. Juxta. Glo-
ria Patri. Stetit Angelus.

ψ. Ascendit fumes aromatum
in conspectu Domini.

℞. De manu Angeli.

AD SEXTAM.

Añã. Forti animo.*Capit.* Tob. 12. c.

ET nunc misit me Dominus,
ut curarem te, & Saram
uxorem filii tui à doemonio li-
berarem: Ego enim sum Ra-
phael Angelus, unus ex septem
qui astamus ante Dominum.

℞. *brev.* Ascendit fumes aro-
matum. * In conspectu Domi-
ni. Ascendit.

ψ De manu Angeli In cons-
pectu Domini. Gloria Patri.
Ascendit.

ψ. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus.

℞ Adorabo ad templum sanc-
tum tuum, & confitebor no-
mini tuo.

AD

AD NONAM.

Añã. Pax vobis.*Capitulum.* Tob. 12. d.

Tempus est, ut revertar ad
teum, qui me misit: vos
autem benedicite Deum, &
narrate omnia mirabilia ejus.
℞. *brev.* In conspectu An-
gelorum: * Psallam tibi Deus
meus. In conspectu.

ψ. Adorabo ad templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo. Psallam. Gloria
Patri. In conspectu.

ψ. Adorate Deum.

℞. Omnes Angeli ejus.

In secundis Vesperis.

Añã. Missus est Angelus, cum
reliquis *Añis.* de Laudib. *Psal-*
mus: Dixit Dominus, cum reli-
quis de Dominica, & loco ultimi
Psalm. Confitebor tibi Domi-
ne in toto corde meo: * Quo-
niam audisti, *ut in Fer. 6. ad
Vesp.*

Capitulum, Hymnus, & ψ.
ut in primis Vesperis.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Princeps gloriosissime Ra-
phael Anchangele, esto memor
nostri hic, & ubique semper
precare pro nobis Filium Dei.

✱ *Die XXV. OCTOBRIS.* ✱

In Festo Ss. Gavini, Prothi,
& Januarij Martyrum.
Duplex.

*Omnia de Communi plurimo-
rum Martyrum, exceptis his,
quæ sequuntur.*

ORATIO.

DEus, qui per Beatos Mar-
tyres tuos Gavinum, Pro-
thum, & Januarium, Ecclesiam
tuam mirabiliter illustrare dig-
natus es: concede nobis famu-
lis tuis, ut quos Patronos vene-
ramur in terris, intercessores
habere mereamur in cœlis. Per
Dominum.

*In primo Nocturno: Lectiones
de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Prothus Sacerdos, & Janua-
rius Diaconus Turribus in
Sardinia nati, quo tempore
Diocletianus Imperator insa-
tiabilem crudelitatem in Chris-
tianos exercebat. Romam pro-
fecti, & à Cayo sanctissimo Pon-
tifice ordinati, atque in Sardi-
niam reversi, fidem Christi Tur-
ribus prædicabant: Deique
gratia aspirante, plures Genti-

Ccc2

les

les ad veri Dei cultum perduxerunt; inter quos maxime enituit Gavinus Romanus miles, ex præclara (ut fertur) Sabellorum familia: qua de causa barbari Præsidis jussu comprehensi, diuturno carcere macerati, in equuleo suspensi, ferreis unguulis dilaniati, variisque tormentorum generibus vexati sunt; sed Deo protegente, illasi ab illis evaserunt.

℞. Sancti tui. Pag. 43.

Lectio v.

MOx Prothus Presbyter in Herculis Insulam, quæ Linaria vulgo dicitur, tunc noxiis animalibus refertam, jubente Præsidente, deportatus fuit, ut à feris devoraretur; ubi cibo, atque omni humana ope penitus destitutus multis calamitatibus vexatus fuit; sed divinis laudibus intendens, ab eo, qui dat escam esurientibus, mirabiliter enutritus, hoc etiam suis precibus impetrasse dicitur, ut omnes noxiæ feræ in ea insula, ac vicina Sardinia, usque in præsentem diem extinctæ omninò fuerint. At verò Januarius junior, donis, & blanditijs tentatus, ut à fide deficeret, in ejus confessione immobilis perseveravit. Quare Præsides novis eum tormentis simul cum Protho,

quem ab exilio revocaverat subjecit, & Gavino militi, utrumque tradidit custodiendum. Porrò Gavinus ab ipsis ad Christum conversus, & aqua salutari ablutus, liberos illos dimisit, quod insontes eos, & sine causa victos diceret.

℞. Verbera carnificum. Pag. 43.

Lectio vi.

ID cum Tyranno innotisset, suasionibus, & illecebris ad idolorum cultum Gavinum revocare conatus est: quem in suscepta religione constantissimum repertum, capitali sententia puniri mandavit in portu Balagai, quo loco etiam Prothus, & Januarius, qui in suburbano Turrium loco latentes, ab ipso Gavino in visu ad martyrii palmam invitati fuerant, decollati sunt die vigesima quinta Octobris. Horum corpora Tyranno imperante, in mare projecta, mox ab incolis Christianis juxta littus reperta, & in Ecclesia magnificentissimè extracta, ac eorum nomine consecrata, collocata fuerunt, ubi à toto Sardinia Regno, & præcipuè à Provincia Turritana, quæ in honorem Sancti Gavini mensem Octobris Sanctum Gavinum appellat, ingenti concur-

su, & populi veneratione coluntur.

℞. Tamquam aurum. pag. 43.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangel. Cum audieritis prælia, de eodem Communi.

Nona Lectio, & Commemoratio in Laudibus Sanctorum Martyrum Chrysanthi, & Daviæ.



DIE XXV. OCTOBRIS.

In Festo Sancti Fructi Confessoris, & Ecclesiæ Segovensis Patroni. Duplex.

Ad Vesperas.

Antiphona. Dicite Fructo, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica & loco ultimi Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum Eccl. 45.

Dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est: similem illum fecit in gloria Sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit.

Hymnus.

Superba tecta civium,
Vulgi coronas mobilis;
Et detrahentes circulos,

Vitare, Fructe, cogitas.

Occulta eremi penetras,
Lates cavernis abditus,
Mundi, ut nocentis oculos,
Ut basilisci, fugias.

Te solitudo recreat,
Tranquillitatis socia,
Vita mundanis horrida,
Coelestibus gratissima.

Montis cacumen ardui
Per semitas difficiles
Ascendis, ut pervenias
Virtutis ad fastigium.

Gloria tibi Domine,
Fecundæ fructus Virginis,
Qui ligni vitæ fructibus
Beatum Fructum reficis Amen.

℥. Amavit eum Dominus,
& ornavit eum.

℞. Stulam gloriæ induit eum.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Respexit Dominus humilitatem servi sui, & magnificavit eum: suscepit eum in pace, & dedit illi coronam gloriæ.

ORATIO.

Adesto, Domine, populo tuo, ut Beati Fructi Confessoris tui merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper ejus patrociniis adjuvetur. Per Dominum, &c.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum:

* In confessione Beati Fructi.

Psalmus. Venite exultemus.

Hymnus.

UT montis alti verticem
Calcere Fructo contigit:
Atque inde tamquam è specula
Videre terræ incommoda.

Totum Deo se devovet,
Virtutis armis cingitur:
Corpus premit jejuniò,
Cor pane coeli reficit.

Munitus his præsiidiis
Retundit arma Dæmonis,
Mauros furentes territat
Vir inclitus miraculo.

Excelsa montis percutit,
Divisit rupem baculo,
Profundum vallis cernitur,
Terrore victis hostibus.

Gloria tibi Domine
Fecunda fructus Virginis,
Qui ligni vitæ fructibus,
Beatum Fructum reficis. Amen.

In primo Nocturno.

Añã. Plantatus secus decur-
sus aquarum fructum suum de-
dit Fructus in tempore suo.

Psalm. Beatus vir, de Commu-
ni Confessoris non Pontificis.

Añã. Constitutus in monte
sancto Domini prædicavit præ-
ceptum ejus, & gloriam ejus:
Psalm. Quare fremuerunt, &c.

Añã. Voce mea ad Dominum
clamavi, & exaudivit me de
monte sancto suo.

Psalm. Domine quid multi-
plicati, &c.

✠. Amavit eum Dominus
& ornavit eum.

℞. Stulam gloriæ induit eum.

*Lectioes primi Noct. de
Scriptura occurrente.*

℞. I. Beatus vir, qui inventus
est sine macula, & qui post
aurum non abiit, nec speravit
in pecuniæ thesauris: * Ideo sta-
bilita sunt bona illius in Do-
mino.

✠. Qui potuit transgredi, &
non est transgressus; facere
mala, & non fecit. Ideo sta-
bilita sunt.

℞. II. Fructum deduxit Domi-
nus per vias rectas: & ostendit
illi regnum Dei: & dedit illi
scientiam Sanctorum: * Et
complevit labores illius.

✠. Magnificavit eum in cons-
pectu gentium, & dedit illi co-
ronam gloriæ. Et complevit.

℞. III. Fructus germinabit si-
cut lilius: * Et florebit in ater-
num ante Dominum.

✠. Plantatus in domo Do-
mini, in atriis domus Dei nos-
tri. Et florebit. Gloria. Patri.
Et florebit.

In

In secundo Nocturno.

Añã. Mirificavit Dominus
servum suum Fructum, & ex-
audivit eum clamantem ad se.

Psalm. Cum invocarem, &c.

Añã. Admirabile est nomen
tuum Domine, quia gloria,
& honore coronasti servum
tuum, contitues eum super
opera manuum tuarum.

Psalm. Domine Dominus
noster, &c.

Añã. Dedit mihi pennas co-
lumbæ, elongavi fugiens, &
mansi in solitudine.

Psalm. 54. Exaudi Deus ora-
tionem meam, & ne despexeris,
&c. *ut in Psalt. Fer. iv.
ad Matutinum.*

✠. Os justi meditabitur sa-
pientiam.

℞. Et lingua ejus loquetur
judicium.

Lectio iv.

*Ex manuscriptis Ecclesiæ Se-
goviensis.*

FRuctus civis Segoviensis,
mundi fugiens illecebras,
peccata, quibus implicata erat
Hispania, perhorrescens, am-
plissimo patrimonio pauperi-
bus distributo, in vastam ere-
mum territorii Septempubli-
censis secessit. Ubi à sæculi
curis abstractus, Angelicam
vitam duxit: duobusque fra-
tribus Valentino, & Engratia

comitibus adhibitis, monasti-
cam vitam mirificè excoluit.
Vix dici potest, quæ, &
quanta sit loci asperitas,
solum enim accipitribus per-
via, juniperis referta, Oa-
sim magnam, vel Libyæ so-
litudines redolet. Ibi vigiliis je-
juniis, & orationibus intentus
pro suis, & totius populi pec-
catis assidue Dominum depre-
cabatur. Corporeque longa in-
edia, cilicio, & chameunia in
servitutem spiritus redacto, in
maximam cœlestium pervenit
contemplationem.

℞. Cum viderem iniquita-
tem, & contradictionem in ci-
vitate elongavi fugiens, &
mansi in solitudine: * Ut sal-
vum me faceres à pusillanimitate
spiritus, & tempestate.

✠. Dedisti mihi Domine do-
mum in solitudine, & taber-
naculum meum in terra salsu-
ginis. Ut salvum.

Lectio v.

Quibus, & aliis præclaris
virtutibus auctus Deo
dilectus, hominibus cha-
rus Saracenis Fidei inimicis in-
fensus esse cœpit, quos ille ze-
lo fidei accensus, à nefaria Ma-
hometi secta opere, & sermo-
ne avertere conabatur. At illi,
universa iam Australi Hispa-
nia

ria

nia vastata, reliquas civitates, templa, ipsam religionem populabundi, immenso eum occidendi flagrantibus desiderio, ad pauperem ejus cellulam accesserunt. Ille autem, divina fultus virtute, martyrii cupidissimus, illis obviam factus (Deo sic volente) non solum ictus impiorum evasit, sed rupis interruptione (quæ adhuc integra perseverat) elusit: jureque cum Propheta occinuit: non timebo millia populi circumdantis me, quia Dominus susceptor meus.

R. Omnes gentes circumierunt me: * Et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

V. Circumdederunt me sicut apes in spinis. Et in nomine.

LECTIO VI.

Multis ergo pro Christo exactis laboribus, tandem plenus dierum, provectæque ætatis, annum agens septuagesimum tertium, octavo Kalendas Novembris, anno salutis septingentesimo decimo quinto obdormivit in Domino. Cujus mors quam plurimis est nobilitata miraculis. Multi enim à variis languoribus detenti, ejus intercessione pristinam salutem adepti sunt. Inter quæ illud est mirabile, quod

mulier, quæ devotionis ergo, monachis monasterij (quod ex cellula sancti viri munificentia Regia erectum est) inserviebat, ob zelotypiam viri ex altissimo loco præcepta data, incolumis, & illæsa evaserit, magnificans Deum, qui gloriosus est in Sanctis suis. Unde factum est, ut recepta ex Mauris inclyta civitas Segoviensis, & post multa temporum curricula quasi jure postliminii in Cathedralem restituta, sub Calixto Secundo, anno Domini millesimo centesimo vigesimo tertio eum Titularem sibi asciverit, de tantoque Patrono gloriatur. Cujus auspiciis ingentia à Domino quotidie percipit beneficia, quem decet gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

R. Consolabitur Dominus servum suum, & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini: * Gaudium, & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

V. Lætabitur deserta, & in via: & exaltabit solitudo, & floreat quasi lilium: * Gaudium. Gloria Patri, & Filio. Gaudium.

In tertio Nocturno.

Añ. Domine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, & requiescet in monte sancto tuo.

tabit in tabernaculo tuo, & requiescet in monte sancto tuo.

Psalm. Domine quis habitabit, &c.

Añ. Desiderium cordis ejus tribuisti ei; posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Psalm. Domine in virtute tua, &c.

Añ. Innocens manibus, & mundo corde ascendet in montem Domini: stabit in loco sancto ejus.

Psalm. Domini est terra, &c.

V. Lex Dei ejus in corde ipsius.

R. Et non supplantabuntur gressus ejus.

LECTIO S. Evangelij secundum Matthæum. cap. 19.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abb. *Declam. de Evang. huj. verbis.*

Arbitor, verba lectionis hujus ea esse, de quibus ad immortalem sponsum à finibus terræ clamat Ecclesia: Propter verba laborum tuorum ego custodivi vias duras.

Hæc nempe sunt verba, quæ contemptum mundi in universo mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem. Hæc sunt, quæ Monachis claustra replent, deserta Anachoretis. Hæc, inquam sunt verba, quæ Ægyptum spoliant, & optima quæque ejus vasa diripiunt. Hic sermo vivus, & efficax, convertens animas, felici æmulatione sanctitatis, & veritatis promissione fidei.

R. Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui.

V. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum, intra.

LECTIO VIII.

Nam, & mundus transit, & concupiscentia ejus: & relinquere hæc magis expedit, quam relinquere. Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nimirum, quia exaltavit ut Gigas ad currendam viam: nec currentem sequi poterat oneratus. Sed neque inutilis commutatio pro eo, qui super omnia est, omnia reliquisse. Nam & simul cum eo donantur omnia, &

Ddd

ubi

ubi apprehenderit eum, erit unus ipse omnia in omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt. Omnia sanè dixerim, non tantum possessiones, sed, & cupiditates, & eas maximè. Plus enim concupiscentia mundi, quam substantia nocet.

R. Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me: * Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

V. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, omnes, qui reliqueritis patrem, aut matrem, aut agros propter eum. Centuplum. Gloria Patri. Centuplum.

Si verò hoc Festum transferri debeat in alium diem, & in eo non occurrat aliquod Festum Simplex, vel Vigilia, de quibus Lectio nona dici debeat, & ubi est Patronus, dicitur sequens Lectio.

Lectio ix.

A Ge ergo, qui relinquere universa disponis, te quoque inter relinquenda narrare memento; imò verò maximè, & principaliter abnega temetipsum, si deliberas sequi eum, qui exinanivit propter te semetipsum. Pone gravissimam sarcinam, pone assinariam molam, terrenam molem. Pone illa quinque, non

hominum planè iuga, sed bonum, quæ tibi insipienter emittitur, alioquin sequi sponsum, & venire ad nuptias spirituales, quinaría ac pressus, & oppressus corporis sensualitate, non poteris: sed & si novissimè veneris, & pulsaveris, minimè profecto aperietur tibi.

Te Deum.

Ad Laudes, & per Horas.

Añã. Dicite Fructo, quoniam benè fructum adventionum suarum comedit.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Añã. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera ejus.

Añã. In terra deserta, & in via apparuit mihi Dominus, ut viderem virtutem suam, & gloriam suam.

Añã. Pinguescent speciosa deserti, & humiles corde benedicent Domino.

Añã. Beneplacitum fuit Domino in servo suo Fructo, & exaltavit mansuetum in salutem.

Capitulum Eccl. 45.

Dilectus Deo, ut in *Vesp.* Hymnus.

IAm Plenus annis, proximus Vitæ fugacis ultimo, Solvi catenis corporis,

Et

Et esse cum Christo cupit. Maturus ævo præcoces Offerre fructus appetit, Deoque grates reddere, Ut terra cultori suo.

O Fructe, flos, & arboris, Propago sæcundissima! Cujus sub umbra civitas Segoviensis recubat.

Tuis obumbrata civibus, Ut absit æstus criminis, Illisque ut afflet impetra, Coelestis aura Pneumatis.

Gloria tibi Domine, Fecundæ fructus Virginis, Qui ligni vitæ fructibus Beatum Fructum reficis. Amen *V.* Justum deduxit Dominus per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnum Dei.

AD BENEDICTUS.

Añã. O Beate Fructe, dulcis Patrone, advocate fidelis! Tu gloria Ecclesiæ, lætitia civitatis, honorificentia populi nostri, verè fructus terræ, quam visitavit oriens ex alto.

Oratio. Adesto Domine, populo tuo, ut supra.

AD TERTIAM.

Añã. Date ei. *Capitul.* Dilectus Deo, ut supra.

R. brev. Amavit eum Dominus: * Et ornavit eum. Amavit.

V. Stulam gloriæ induit eum. Et ornavit. Gloria Patri. Ama-

vit eum Dominus.

V. Os justi meditabitur sapientiam.

R. Et lingua ejus loquetur iudicium.

Ad Sextam Añã. In terra deserta.

Capitulum.

IN fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum Dominus, & ostendit illi gloriam suam, & dedit illi coram præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ.

R. brev. Os justi: * Meditabitur sapientiam. Os justi.

V. Et lingua ejus loquetur iudicium. Meditabitur sapientiam. Gloria Patri. Os justi.

V. Lex Dei ejus in corde ipsius.

R. Et non supplantabuntur gressus ejus.

Ad Nonam, Añã. Beneplacitum fuit.

Capitulum.

Custodivit eum Dominus ab inimicis, & à seducto-ribus tutavit illum, & certamen forte dedit ei, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia.

R. brev. Lex Dei ejus: * In corde ipsius. Lex Dei ejus.

V. Et non supplantabuntur gressus ejus: * In corde ipsius. Gloria Patri. Lex Dei ejus.

Ddd2

V.

ψ. Justum deduxit Dominus
per vias rectas.

℞. Et ostendit illi regnum
Dei.

*In secundis Vesperis omnia
dicuntur ut in primis Vesp.*

AD MAGNIFICAT.

Añā. Hodie Fructus, sarcina
carnis deposita, coelum lætus
ascendit. Hodie fortis
athleta victo mundo, commi-
tantibus Angelis coronatur.
Hodie fidelis servus talenta
sibi credita duplicata repor-
tans, in gloriam Domini sui
gaudens introducit. Alle-
luia. *Oratio ut supra.*

DIE XXIX. OCTOBRIS.

In Festo S. Narcisi Episcopi,
& Marty. Duplex.

*Omnia de Communi unius
Martyris præter ea, quæ hic
propria assignantur.*

ORATIO.

DEus, qui B. Narcissum
martyrem tuum, atque
Pontificem illustri laurea de-
corasti, ejusque corpus admi-
rabili integritate clarificas:
concede propitius: ut ejus de-
precatione, incorrupta gaudia
felicitatis æternæ consequamur.
Per Dominum.

In primo Noct. De lib. Josuè.

Lectio i. cap. 2.

Misit igitur Josuè filius
Nun de Setin duos vi-
ros exploratores in abscondi-
to, & dixit eis: Ite, & conside-
rate terram, urbemque Jeri-
cho. Qui pergentes ingressi
sunt domum mulieris meretri-
cis nomine Rahab, & quieve-
runt apud eam. Nuntiatumque
est Regi Jericho, & dictum: Ec-
ce viri ingressi sunt huc per
noctem de filiis Israel, ut ex-
plorarent terram. Misitque
Rex Jericho ad Rahab, dicens:
Educ viros, qui venerunt ad
te, & ingressi sunt domum
tuam: exploratores quippè
sunt, & omnem terram consi-
derare venerunt. Tollensque
mulier viros, abscondit, & ait:
Fateor, venerunt ad me, sed
nesciebam, undè essent, cum-
que porta clauderetur in tene-
bris, & illi pariter exierunt, nes-
cio quo abierunt: persequimini
citò, & comprehendetis eos.

℞. Exploratores Evangeli-
cos, Narcissum, & Felicem
Afra meretrix hospitio excep-
pit: * Et Dei ministros à paga-
norum insidiis liberavit.

ψ. Felix mulier, quæ
bonum opus operata est.
Et Dei.

Lec-

Lectio ii.

Ipsa autem fecit ascendere
viros in solarium domus
suar, operuitque eos stipula li-
ni, quæ ibi erat. Hi autem, qui
misi fuerant, sesuti sunt eos
per viam, quæ ducit ad vadum
Jordanis: illisque egressis sta-
tim porta clausa est. Necdum
obdormierant, qui latebant, &
ecce mulier ascendit ad eos, &
ait: Novi, quod Dominus tra-
diderit vobis terram: etenim
irruit in nos terror vester, &
elanguerunt omnes habitato-
res terræ. Audivimus, quod
siccaverit Dominus aquas ma-
ris rubri ad vestrum introi-
tum, quando egressi estis ex
Egypto: & quæ feceritis duo-
bus Amorrhæorum Regibus,
quierant trans Jordanem Se-
hon, & Og, quos interfecistis.

℞. Abjecta ad Narcissi pe-
des Afra, dixit: Obsecro te Do-
mine: * Ut me facias mundari
à peccatis meis.

ψ. Beata est fides tua, ÷
mulier, faciemus in te miseri-
cordiam, & veritatem. Ut me
facias.

Lectio iii.

ET hæc audientes, perti-
muimus, & elanguit cor
nostrum, nec remansit in no-
bis spiritus ad introitum ves-
trum: Dominus enim Deus ves-

ter, ipse est Deus in coelosur-
sum, & in terra deorsum. Nunc
ergo jurate mihi per Domi-
num, ut quomodo ego miseri-
cordiam feci vobiscum, ita &
vos faciatis cum domo patris
mei: detisque mihi verum sig-
num, ut salvetis patrem meum,
& matrem, fratres, ac sorores
meas, & omnia, quæ illorum
sunt, & eruat is animas nos-
tras à morte. Qui responde-
runt ei: Anima nostra sit pro
vobis in mortem, si tamen non
prodideris nos. Cumque tra-
diderit nobis Dominus terram,
faciemus in te misericordiam,
& veritatem. Demisit ergo,
eos per funem de fenestra, do-
mus enim ejus hærebat muro.

℞. Narcissus Episcopus tri-
bus vulneribus feliciter occu-
bit: * In confessione Sanctis-
simæ Trinitatis.

ψ. Hic est bonus Pastor, qui
animam suam dedit pro ovi-
bus suis. In confessione. Glo-
ria Patri. In confessione.

In secundo Nocturno.

*Ex Breviariis Gerundensi,
Augustano, & aliis monumen-
tis.*

Lectio iv.

Sanctissimus Pater, & Epis-
copus noster Narcissus,
quo tempore fervebat Diocle-
tiani persecutio, in Rhetiam

Pro-

Provinciam, divino monitu, cum Felice Diacono suo profectus, Augustam Vindelicorum appulit. Quo cum pervenisset, ad Afræ domicilium divertit. Afræ verò, etsi meretrix, comperto tamen, eum esse Christianorum Episcopum, Dei spiritu commota, resipuit, & ad illius pedes se abjecit. Bono autem animo esse jussa, cum Narcisso, & Felice in oratione pernoctavit. Circa autem noctis gallicinium, cum lumen candela extinctum esset, orante Narcisso, lux è coelo delapsa, diversorium occupavit. Otto jam sole, Narcissum, & Felicem occultavit Afræ, & indagatores, ab infidelibus missos, elusit. Pulso postea indè dæmone, qui semel, iterumque se videndum præbuerat, multa patrata sunt à Narcisso miracula, quibus Afræ, & ejus ancillas Dignam, Eunomiam, & Eutropiam, Hilariamque ejus matrem ad fidem convertit, & salutari aqua perfudit.

℞. Honestum fecit. Pag. 39.

Lectio v.

IN ea urbe aliquandiu cum Felice commoratus Narcissus, multos ad Christianam Religionem allexit, & conse-

crata in Dei cultum Hilariæ domo, & Dionisio antea Zozimo, Afræ avunculo ad Sacerdotium evecto, & Episcopo creato, post novem menses, in excolendis inibi animis, consumptos, reversus est Gerundam, atque ibi tamquam in legitimo solo, integrum triennium posuit, in amplificanda Christi fide. Quo ex labore collegit uberrimos fructus. Sed cum adhuc eo tempore, Diocletiani crudelitas ubique terrarum, in Ecclesiam sæviret; Sanctissimus Pontifex, dum sacris operaretur, graviter in gutture, humero, ac sura vulneratus, martyrii palmam obtinuit, quarto Kalendas Novembris, anno circiter ducesimo nonagesimo septimo.

℞. Desiderium animæ. Pag. 40.

Lectio vi.

EIus corpus à Christianis subductum, in eodem templo, ubi passus ipse est, religiose asservatur, quod olim Sancta Maria extra muros dicebatur, postea vero in honorem Sancti Felicis Martyris Africani dicatum est. Claruit multis miraculis, præsertim prodigiosa quadam integritate, ad hodiernam usque diem, rubescente etiam nunc, circa

ta-

talum, eo cruore, qui è vulnere defluxit. Fuit etiam illud celeberrimum, quando sub Petro Aragoniæ Rege, capta per Philippum Gallorum Regem Gerunda emissa sunt divinitus, ex Narcisi tumulo, ultricium muscarum examina, quæ mortiferis aculeis, edita ingenti strage, violati per summum nefas templi, ac sepulchri vindices extiterunt.

℞. Stola jucunditatis. Pag. 40.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysost.

Homilia 65. in Joann.

Quid signat granum frumenti, nisi cadens mortuum fuerit? De cruce loquitur, ne perturbarentur. Cum Gentiles accesserunt, tunc mortuum esse, hoc, inquit, maxime populos adducet, & mei augebit præconium. Indè cum non ita verbis persuaderet, rerum experientia id aggredditur inquit, hoc in

frumento contingere, ut mortuum majorem fructum afferat. Quod si in seminibus hoc evenit, multo magis in me. Sed non intellexerunt discipuli, quid diceret: ideo frequenter idem repetit Evangelista, excusans, quod postmodum fugerint.

℞. Corona aurea. Pag. 40.

Lectio viii.

TAlem de resurrectione disputans, rationem Paulus attulit. Quam igitur habebunt excusationem, qui resurrectioni non credunt, cum in seminibus, & plantis quotidie hoc videamus, ac etiam in nostro genere? Primum enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationem. Omnino autem, cum Deus aliquid facit, nulla opus est ratione. Quomodo nos ex nihilo fecit? Hoc ad Christianos dico, qui se dicunt credere Scripturis. Ego autem, & aliud dicam ab humanis rationibus. Alii malitiam, alii virtutem sectantur; sed malitiæ sectatorum multi feliciter in ultimam pervenerunt senectutem, virtutis autem contra.

℞. Hic est verè Martyr. Pag. 40.

Lec-

Lectio ix.

Quomodo ergo pro meritis unusquisque, accipiet? Quando? Certe, inquit, sed corpora non resurgunt. Nonne audiunt Paulum dicentem, oportet autem, corruptibile hoc induere incorruptionem; neque animam intelligit, quippe quæ non corrumpitur, & resurrectio de mortuo dicitur; Cecidit autem corpus. Quare verò corporis resurrectionem negas? An non possibilis Deo est? Quod dicere, summæ amentię est. An non decet? Quamobrem? Ut corruptibile, quod & laboris est, & mortis particeps, in præmiis communicet.

Te Deum laudamus.

Al. Benedictus, Añã.

Venerabilis Pontifex Narcissus post laudabilem Afrę conversionem, ad Hispaniam profectus, Gerundam rediit, ubi ad martyrii palmam feliciter pervenit.

FESTA NOVEMBRIS.

DOM. ALIQUA NOVEMB.
In Festo Patrocinii B. Marię Virgialis. Duplex majus.

Omnia ut in Festo Sanctę Marię ad Nives 5. Augusti,

vel ut in Festo B. V. Marię de Mercede 24. Septembris præter orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

ORATIO.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa Beatę Marię semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum nostrum.

Deinde fit commemoratio Dominicę occurrentis.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrysost. Apud Metaphrastem.

Lectio iv.

DEI filius non divitem, aut locupletem aliquam feminam sibi matrem elegit, sed Beatam Virginem illam, cujus anima virtutibus ornata erat. Cum enim Beata Maria supra omnem humanam naturam cęstitatem servaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur Sanctissimam Virgineam, & Dei Matrem accurrentes, ejus patrocinii utilitatem assequamur. Itaque quæcumque estis virgines, ad Matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, & incor-

rup-

ruptibilem possessionem patrociniis suis vobis conservabit.

Ꝟ. Sicut cedrus. Pag. 272.

Lectio v.

Magnum revera miraculum fratres dilectissimi, fuit Beata semper Virgo Maria. Quid namque illa majus, aut illustrius ullo umquam tempore inventum est, seu aliquando inveniri poterit? Hęc sola cœlum, ac terram amplitudine superavit. Quidnam illa sanctius? Non Prophetę, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchę, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim, non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles, aut invisibiles majus aut excellentius inveniri potest. Eadem ancilla Dei est, & Mater: eadem virgo, & genitrix.

Ꝟ. Quę est ista. Pag. 272.

Lectio vi.

Hęc ejus mater est, qui à Patre ante omne principium genitus fuit, quem Angeli, & homines agnoscunt Dominum rerum omnium. Visne cognoscere quanto virgo hęc præstantior sit cœlestibus potentibus? Illę cum timore, & tremore assistunt faciem velantes

suam: hęc humanum genus illi offert, quem genuit. Per hanc & peccatorum veniam consequimur. Ave igitur mater, cœlum, puella, virgo thronos, Ecclesię nostrę decus, gloria, & firmamentum, assidue nobis precare Jesum Filium tuum, & Dominum nostrum: ut per te misericordiam invenire in die judicii, & quę reposita sunt iis, qui diligunt Deum, bona consequi possimus, gratia, & benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul, & Sancto Spiritui gloria, & honor, & imperium, nunc, & semper in sæcula sæculorum. Amen.

Ꝟ. Ornatam monilibus. Pag. 273.

Lectio Nona de Homilia Dominicę occurrentis.

DIE III. NOVEMBRIS.

In Festo Sanctorum Innumerabilium Martyrum Cęsar augustę. Duplex.

Omnia ut in Comm. plurimorum Martyrum, præter ea, quę hic habentur propria.

ORATIO.

Respice, quæsumus Domine, familiam tuam, & præsta, ut Sanctorum Innumerabilium Martyrum interces-

Ee

sio,

sione munita, ab omni sit culpa defensa. Per Dominum nostrum.

Et fit commemoratio Octav. omnium Ss. V. Exultabunt. R. Latrabuntur.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

INnumerabiles Martyres Cæsaraugustani eo tempore passi sunt, quo impius Dacianus à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus in Hispaniam missus est, ut Christianum nomen deleteret. Qui Cæsaraugustam Urbem ingrediens, tyrannicum edictum promulgari jubet, ne quis Jesum coleret. Qui vero contra jussa faceret, gravi supplicio plecteretur.

R. Sancti tui Domine. Pag. 43.

Lectio v.

CUm nec minis, nec supplicis mentes Christianorum à veri Dei cultu avertere posset Dacianus: jubet Christianos omnes ab Urbe expelli, ut eos ex occultis locis subito prosilientes armatorum cunei trucidarent. Facto præconio, sacer omnis Christianorum conventus ovanter exilium

amplectitur, longè secum melius agi putans, si in ferarum recessibus, quam inter idola vana cum impiis hominibus habitaret. Progrediente denique utriusque sexus innumera turba, ab iniquis satellitibus trucidata est. Verum nondum sanguine Christianorum exaturatus Præses, jubet jacentium corpora in unum congeri.

R. Verbera carnificum Pag. 43.

Lectio vi.

ET, ut tamquam criminosi puniri viderentur, omnes diversorum scelerum reos, qui in carcerum ergastulis tenebantur, interfici jussit, & illorum corpora Christianorum corporibus congesta aggregari, & omnia simul ignibus cremari. Sed divino nutu sic separata sunt, ut Martyrum cîneres, velut frumenti candida massa, in portiunculas conglobati fuerint: aliis vento spargendis remanentibus. Visunturque hodiè Martyrum candidi globi, nitorem sanguineum sacrarum victimarum apertè demonstrantes.

R. Tanquam aurum. Pag. 43.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangel. Hæc maudo vobis, ut in Festo Ss. Apost.

Apost. Simonis, & Judæ die 28 Octobris.

DIE IX. NOVEMBRIS.

In Dedicatione Basilicæ Salvatoris. Duplex.

Omnia ut in Corpore Brev. Sed in fine tertiæ Lectionis secundi Noct. debent addi verba sequentia.

Eandem Ecclesiam incendiis, vastationibus, terræ insuper motibus disjectam, everSAMque, ac sedula Summorum Pontificum cura reparatam, nova postmodum molitione restitutam, Benedictus Decimus Tertius Pontifex Maximus Ordinis Prædicatorum, die vigesima octava Aprilis anni millesimi septingentesimi vigesimi sexti, ritu solemnè consecravit, eiusque celebritatis memoriam hac die recolendam statuit.

Ex Decreto S. R. C. 14. Septembris 1729.

DIE X. NOVEMBRIS.

In Festo S. Andreæ Avellini Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

DEus, qui in corde Beati Andreæ Confessoris tui per arduum quotidie in virtutibus proficiendi votum admirabiles ad te ascensiones disposuisti: concede nobis ipsius meritis, & intercessione, ita eiusdem gratiæ participes fieri, ut perfectiora semper exequentes, ad gloriæ tuæ fastigium feliciter perducamur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ANdreas Avellinus, dictus antea Lancelotus, apud Castrum Novum Lucaniæ pagum natus, inter ipsa infantie primordia futuræ sanctitatis non obscura præbuit indicia. Adolescens ad litteras addiscendas paterna è domo egressus, lubricam illius ætatis semitam inter bonarum artium studia ita peregit, ut sapientiæ initium, quod est timor Domini, ob oculos potissimum habere nunquam prætermiserit. Cum egregia proinde forma eximium castitatis studium conjunxit, quo impudicas sæpe mulierum insidias elusit, interdum etiam aper-

Eee 2 tam

ram vim propulsavit. Clericali militiæ jampridem adscriptus, Neapolim se contulit, ut legalibus disciplinis vacaret; ibique Jurisprudentiæ lauream adeptus, atque interea ad sacerdotalem dignitatem evehutus, causarum patrocinia in foro dumtaxat Ecclesiastico, præque privatis quibusdam personis juxta Sacrorum Canonum sanctiones agere cepit. Verum, cum aliquando inter causam agendam leve ei mendacium excidisset, mox vero fortuita sacrarum scripturarum lectione in illa verba incidisset: Os quod mentitur occidit animam, tanto ejus culpæ dolore, ac poenitentia correptus est, ut statim ab ejusmodi vitæ instituto sibi recedendum esse duxerit. Itaque, abdicatis forensibus curis, se totum divino cultui, sacrisque ministeriis mancipavit, cumque Ecclesiasticæ virtutis exemplis emineret, sanctionum regimini à tunc existente Archiepiscopo Neapolitano præfectus fuit. Quo in munere cum pravorum hominum odia subisset, primo quidem intentatæ sibi necis periculum declinavit, mox vero per sicarium tribus in facie acceptis vulneribus, injuriæ

atrocitatem æquo animo pertulit. Tunc perfectioris vitæ desiderio flagrans, ut inter Clericos Regulares adscriberetur, suppliciter postulavit, votique compos factus, ob ingentem, quo æstuabat, Crucis amorem, ut sibi Andree nomen imponeretur, precibus impetravit.

Rx. Honestum fecit. Pag. 46.

LECTIO V.

Arcioris itaque vitæ curriculum alacri studio ingressus, in eas maxime virtutis exercitationes incubuit, ad quas sese arduis etiam emissis votis obstrinxit: altero scilicet suæ ipsius voluntati jugiter obsistendi: altero vero in via Christianæ perfectionis semper ulterius progrediendi. Regularis disciplinæ cultor assiduus, & in ea promovenda cum aliis præset, studiosissimus fuit. Quidquid ab Instituti sui Officii, & Regulæ præscripto supererat temporis, orationi, & animarum salutis tribuebat. In confessionibus excipiendis mira ejus pietas, & prudentia enituit, vicos, & oppida Neapoli finitima Evangelicis ministeriis magno cum animarum lucro frequens lustrabat. Quam ardentem erga proximos sancti viri charitatem

tem signis etiam Dominus illustravit. Cum enim intempesta nocte ab audita ægri confessione domum rediret, ac pluviam, ventorumque vis prælucentem facem extinxisset, non solum ipse cum sociis inter effusissimos imbres nihil madefactus est, verum etiam inusitato splendore, è suo corpore mirabiliter emicante, sociis inter densissimas tenebras iter monstravit. Abstinencia, & patientia, necnon abjectione, atque odio sui summo preterit. Necem fratris filio illatam imperturbato animo tulit, ac suos ab omni ulciscendi cupiditate compescuit: imò etiam pro interfecto-ribus opem, & misericordiam Judicum imploravit.

Rx. Amavit eum Dominus. Pag. 46.

LECTIO VI.

Pluribus in locis Clericorum Regularium Ordinem propagavit, eorumque domicilia Mediolani, & Placentiæ instituit. Illius operam Sanctus Carolus Borromeus, & Paulus de Aretio Clericus Regularis, Cardinales, quibus erat acceptissimus, in Pastoralis muneris curis adhibuerunt. Deiparam Virginem singulari amore, & cultu prose-

quebatur. Angelorum colloquio perfui meruit, quos, cum divinas laudes persolveret, è regione concinentes se audisse testatus est. Denique, post heroica virtutum exempla, prophetiæ quoque dono illustris, quo & secreta cordium, & absentia, & futura prospexit, annis gravis, & laboribus fractus, ad Aram celebraturus in verbis illis tertio tepetit: Introibo ad Altare Dei, repentino apoplexiæ morbo correptus est, mox Sacramentis rite munitus, placidissime inter suos animam efflavit. Ejus corpus Neapoli in Ecclesia Sancti Pauli ad hæc usque tempora eo frequentissimo populi concursu colitur, quo fuit elatum. Illum denique insignibus in vita, & post mortem miraculis clarum, Clemens XI. Pontifex Maximus solemnibus ritu Sanctorum catalogo adscripsit.

Rx. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno: Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Sint lumbi vestri præcincti, de Communi Confessoris non Pontificis.

DIE XIII. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Didaci Confes.
Semidup.

*Omnia de Communi Confes.
non Pontif. exceptis iis, quæ
habentur infra.*

ORATIO.

Omnipotens sempiterne
Deus, qui dispositione
mirabili infirma mundi eligis,
ut fortia quæque confundas:
concede propitius humilitati
nostræ, ut piis Beati Didaci
Confessoris tui precibus ad
perennem in coelis gloriam su-
blimari mereamur. Per Domi-
num nostrum, &c.

*Lectioes primi Noct. de
Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Didacus Hispanus ex op-
pido Sancti Nicolai de
Portu Diocesis Hispalensis,
ab ineunte ætate, pii sub Sa-
cerdotis disciplina sanctioris
vitæ, solitaria in Ecclesia ty-
rociniûm exercuit. Deindè ut
firmius Deo se conjungeret,
in Conventu de Arrizafa, fra-
trum Minorum (quos Obser-
vantes vocant) Sancti Francis-
ci Regulam in statu Laicali
professus est. Magna ibi ala-

critate humilis obedientiæ, &
regularis observantiæ jugum
subiens, contemplationi in pri-
mis deditus, mira Dei luce
perfundebatur, adeò ut de re-
bus coelestibus litterarum ex-
pers, mirandum in modum, &
planè divinitus loqueretur.

℞. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

CAnariis in Insulis, ubi Fra-
tribus sui Ordinis præ-
fuit, multa perpressus, marty-
rii æstuans desiderio, plures
infideles verbo, & exemplo ad
Christi fidem convertit. Ro-
mam veniens anno Jubilæi
Nicolao V. Pontifice, ægro-
torum curæ in conventu Aræ-
cœli destinatus, eo charitatis
affectu munus hoc exercuit, ut
Urbe annonæ inopia laboran-
te, ægrotis tamen, quorum
aliquando ulcera etiam lam-
bendo abstergebat, nihil pe-
nitus necessarii defecerit. Exi-
mia quoque fides, & gratia
curationum in eo eluxit, cum
lampadis, quæ collucebat an-
te imaginem Beatissimæ Dei
Genitricis, quam summa de-
votione colebat, oleo ægros
iangens, signo Crucis im-
presso, multorum morbos mi-
rabiliter sanaverit.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Lec-

Lectio vi.

Demum Compluti finem
sibi vitæ adesse intelli-
gens, lacera, & obsoleta indu-
tus tunica, coniectis in Cru-
cem oculis, singulari devotio-
ne illis verbis ex sacro hymno
pronuntiatis: Dulce lignum,
dulces clavos, dulcia ferens
pondera, quæ fuisti digna por-
tare Regem cœlorum, & Do-
minum, animam Deo reddidit,
pridiè Idus Novembris, anno
Domini supra millesimum
quadragesimo sexagesimo
tertio. Ejus corpus cum men-
ses non paucos (ut pio con-
fluentium desiderio feret sat-
tis) insepultum mansisset, qua-
si jam incorruptionem induerit,
odorem suavissimum af-
flavit. Illum multis, & illustri-
bus miraculis clarum Sixtus
V. Pontifex Maximus Sancto-
rum numero adscripsit.

℞. Iste homo perfectus. Pag. 46.

In tertio Nocturno.

*Evangelium secundum Lucam:
Nolite timere pusillus grex, &c
cum Homilia vene. Bedæ Pres-
byt. Pusillum gregem, &c. ut
in Communi Confessoris non
Pontificis.*

DIE XV. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Eugenii Episc.
& Marty. Dup.

*Omnia de Communi unius Mar-
ty. præter ea, quæ sequuntur,
ORATIO.*

DEus, qui præsentem diem
B Eugenij martyris tui,
atque Pontificis martyrio con-
secrasti: præsta propitius, ut
cujus annua celebritate læta-
mur; ejus meritis donum tuæ
gratiæ consequamur. Per Do-
minum nostrum.

*In primo Nocturno: Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno. Ex
Brev. Mar. & Hist. antiquis,
& vita Gerardi Abb. Brono-
niensis, in qua multa dicuntur
de miraculis Sancti Eugenij.
Habetur apud Surium tom. 5.*

Lectio iv.

Eugenius, Dionisij Areo-
pagitæ discipulus, primus
Toletanus Episcopus fuit. Qui
Dionysio magistro suo ad Gal-
liam erudiendam relicto, ipse
ad Hispaniam Evangelij luce
illustrandam profectus, in inti-
ma Provinciæ delatus. Toletum
venit: ubi plurimos filios Jesu-
Christo peperit, parensque Ec-
clesiæ Toletanæ, atque institu-
tor fuit. Quam Ecclesiam à se
fundatam, ut magis stabili-
ret, & communicatis consilijs ampli-
ficaret, ad Dionysium rediit in
Galliam. Quo tempore Domi-
tia-

tiano Imperatore secundam in Christianos persecutionem movente, à Sisinij Præfecti satellitibus comprehensus, ad Diolum (quod oppidum non longe à Lutetia Parisiorum abest) de fide sua interrogatus, Christum verum, & solum Deum se pia mente colere magna libertate professus est. Qua in confessione ab impietatis ministris gladio percussus, martyrio coronatur decimoseptimo Kalendarum Decembris.

℞. Honestum fecit, Pag. 39.

Lectio. v.

Corpus Eugenij, ne à Christianis honore aficeretur, in lacum Marcasium ei loco propinquum ubi occisus est, à Gentilibus, projectum, multis sæculis latuit: donec B. Dionysius Areopagita Hercoldum, quemdam virum nobilem, gravi morbo oppresum, per quietem admonuit, ut fratris, sui, ac discipuli Eugenii corpus ex Marcasio lacu, ubi adhuc jacebat, extractum honesto loco collocaret. Sanitati restitutus Hercoldus, confestim divina jussa exequitur: in ignobili loco nobile corpus invenit, integrum prorsus, atque incorruptum: in Diolo oppido magnificè condidit, ubi etiam templum hac de causa consecra-

tum est. Indè novo item miraculo in Ecclesiam sancti Dionysij ad Lutetiam Parisiorum postea translatum est.

℞. Desiderium animæ, Pag. 40.

Lectio vi.

Nam, cum populi ex Diolo solemnibus supplicationibus, Dei placandi causa ad ædem divi Dionysij aliquando profecti essent, corpusque Eugenij magna veneratione secum detulissent, ut, eo videlicet deprecatore, compotes voti à Deo fierent, atque omni re divina confecta, domum redire, & sacratissimas Eugenij reliquias referre vellent; divinitus factum est, ut immobiles consisterent, nullaque vi de loco, ubi erant, dimoveri possent. Quocirca pro comperto habitum est, Dei esse voluntatem, ut tunc quidem Eugenij corpus in eo potissimum Templo honoraretur, ubi Dionysij corpus jacebat. Itaque Diolensibus de amisso thesauro mœrore affectis, Monachi coenobij sancti Dionysij, pro Dei munere lati facile corpus Eugenii moverunt, & in sacello parato honorificè collocarunt: ubi clarissimis celebre signis, magna finitimorum populorum religione tandiu cultum est,

quod

quousque singulari Dei beneficio Ecclesiæ Toleranæ, quam ipse fundaverat, & primus Episcopus rexerat, post mille quingentos ferme annos redditum est.

℞. Stola jucunditatis, Pag. 40.

In tertio Nocturno. Homilia S. Augustini in Evangelium: Amen, Amen dico vobis. Pag. 82.

— ❧ —
DIE XV. NOVEMBRIS.

In Festo S. Gertrudis Virginis.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum.

ORATIO.

Deus, qui in corde Beatæ Gertrudis virginis jucundam tibi mansionem præparasti, ipsius meritis, & intercessionem cordis nostri maculas clementer absterge, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Gertrudis Islebij in Saxonia nobili genere nata, quinquennis in Monasterio Rodardensi Ordinis sancti Benedicti virginitatem suam, ac

seipsam Jesu Christo obtulit. Quo ex tempore à mundanis rebus prorsus aliena, virtutibus sedulo intenta, cœlestis vitæ genus instituit. Ad humaniorum litterarum notitiam rerum divinarum cognitionem adjunxit. Quarum meditatione venementius ad virtutem incensa, brevi Christianam perfectionem adeptam est. De Christo, ejusque vitæ mysteriis sæpenumero pio cum animi sensu loquebatur: unamque Dei gloriam cogitans, ad illam vota sua omnia & actiones referebat. Quamvis autem multis eximiis naturæ, & gratiæ donis à Deo aucta esset, ita tamen sibi ipsa vilescerebat, ut inter præcipua divinæ bonitatis miracula hoc item memoraret, quod se indignissimam misericorditer sustineret.

℞. Propter veritatem, Pag. 47.

Lectio v.

Trigesimum ætatis annum agens, primum Rodardensis Monasterii, ubi religiosam vitam est professam, deinde Elpediani Præses electa, quadraginta annorum spatio, ea charitate, prudentia, & regularis disciplinæ studio mans obivit, ut coenobium religionis perfectionis domicilium vide-

FF

re-

retur. Utrobique verò licet esset omnium mater, & magistra, omnium tamen minima haberi volebat, ac demissione pari ministram se exhibebat. Quo liberius Deo vacaret, vigiliis, abstinence, aliisque cruciatibus corpus afflixit: semperque sui similis, morum innocentiam, mansuetudinem, ac patientiam prætulit singularem. Proximorum saluti omni ope studuit, piæque curæ copiosum fructum retulit. Divini amoris vi frequentes patiebatur éxtases: altissimæque contemplationis, & divinæ unionis donum obtinuit.

℞ Dilexisti justitiam. Pag. 47.

Lectio vi.

UT meritum acceptissimæ sibi Sponsæ Christus ostenderet, in corde Gertrudis jucundam sibi esse mansionem testatus est. Deiparam Virginem veluti matrem, & curatricem à Jesu acceptam pietate præcipua prosequabatur; ab eaque multa accepit beneficia. Erga divinissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Passionem Domini tanto amore cum grati animi sensu afficiebatur, ut interdum uberibus lacrymis perfunderetur: Justorum animas piaculâribus flammis addictas quotidianis

subsidiis, & precibus juvabat. Multa ad conservandam pietatem scripsit. Divinarum etiam revelationum, & prophetiæ dono claruit. Denique flagrantissimo Dei amore potius quam morbo languescens, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo vita decessit. Miraculis vivens, & post mortem à Deo illustrata est.

℞. Afferentur Regi Pag.

47.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, &c.

Missa: Dilexisti de Communi cum Orat. de Officio.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

In Festo Ss. Aciseli, & Victoriæ Martyrum.

Duplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

DENS, qui familiam tuam Beatorum fratrum, & Martyrum tuorum Aciseli, & Victoriæ gloriosis confessionibus circumdas, & protegis: concede propitius; ut quos Patronos agnoscimus, eorum meritis, & intercessionibus ab om-

omnibus adversitatibus liberemur. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectioes, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Hispaniæ Breviariis, & antiquis Sanctoralibus.

CUM Cordubæ Dion Præses carceres, sævos cruciatus, mortem denique Christianis indiceret, nisi sacra continuo diis facerent: Acisclus, & Victoria fratres sunt ibi reperti, ad eum strenui, ac fortes in asserenda Christiana religione, ut ad Præsidentem ducti nihili se facere jussa. Principum audaciter prædicarent. Quibus Dion Præses dixit: Vos ne estis qui sacra deorum contemnitis? Nos, inquit Acisclus, præstamus Christo vero Deo debitam servitutem; non autem dæmonibus, surdisque lapidibus. Erubuit Præses ad tam audax responsum, & in ima carceris eos contradi præcepit; ubi cœlesti ab Angelis cibo refecti, postera die sævissima verbera pertulerunt.

℞. Sancti tui Domine. Pag.

43.

Lectio v.

ALtera die de carcere eductos, jubet Præses in ca-

minum ignis præcipitari; sed suscepti ab Angelis, Deo laudes alta voce personabant. Quare stupefactus Dion imperat, illos in flumen cum ingentibus saxis projici. Non tamen ibi angelicum eis defuit patrocinium: nam medijs in fluctibus non mergebantur. Quin media circiter nocte vox audita est, eorum vota non irrita fore denuntians. Tunc candida nube oblecti, Christum inter dulces Angelorum concentus perspexerunt.

℞. Verbera carnificum Pag. 43.

Lectio vi.

HIS perspectis, Dion rotas jubet afferi, atque sub rotis, ignem accendi, & oleum desuper infundi, ne mora ulla esset, quin Acisclus, & Victoria momento consumerentur. Quibus rotis circumactis, corpora certè crudeliter quassabantur. Ceterum sancti martyres precibus instabant rogantes, ut ignis extingueretur, ne victoria Dion exultaret. Itaque subito prorumpens flamma quamplurimos deorum cultores interfecit. Prorsus cum vinci tormentis non possent, Victoria post præcisam linguam, & ubera, ex quibus lac pro sanguine fluxit, sagittis

confecta est, Arisclus decollatus, ubi ob commendationem pretiosæ mortis eorum eodem die in singulos annos rosæ divinitus ortæ colligebantur.

℞. Tamquam aurum. Pag. 43.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum. Cap. 5.

IN illo tempore: Videns Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia Sancti Leonis Papæ. De Festo omnium Sanctorum.

Lectio vii.

Qualis sit igitur doctrina Christi, sacræ ipsius sententiæ protestantur, ut qui ad æternam beatitudinem pervenire desiderant, gradus felicissimæ ascensionis agnoscant. Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. De quibus pauperibus veritas loqueretur, fortè esset ambiguum, si dicens, beati pauperes, nihil adderet de intelligenda pauperum qualitate: & sufficere videretur ad promerendum regnum cœlorum ea sola inopia, quam multi sub dura, & gravi necessitate patiuntur. Sed cum ait: Beati pauperes spiritu, os-

tendit, eis regnum cœlorum tribuendum, quos humilitas commendat animorum magis, quam indigentia facultatum.

℞. Propter testamentum. Pa. 44.

Lectio viii.

Dubitari autem non potest, quod humilitatis istius bonum facilius pauperes, quam divites assequantur. Dum, & illis tenuitate amica est mansuetudo, & istis in divitiis familiaris elatio. Verumtamen, & in plerisque divitibus invenitur hic animus, qui abundantia sua non ad tumorem superbiam, sed ad opera benignitatis utatur: idque pro lucris maximis numeret, quod ad relevandam miseriam alieni laboris impenderit.

℞. Hæc est vera fraternitas. Pag. 44.

Lectio ix.

OMni generi, atque ordini hominum datur in hac virtute consortium: quia possunt esse proposito pares, & impares censu. Nec interest, quantum sint in terrena facultate disimiles, qui in spiritualibus bonis inveniuntur æquales. Beata igitur illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit, sed

cœ-

cœlestibus bonis ditescere concupiscit.

Te Deum laudamus.

—*—*—*—
DIE XIX. NOVEMBRIS.

In Festo Sanctæ Elisabeth viduæ, Reginae Hungariæ.

Duplex.

Omnia de Communi Sanctarum, nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ hic habentur propria.

ORATIO.

Tuorum corda fidelium Deus miserator illustra: & Beatæ Elisabeth precibus gloriosis fac nos prospera mundi despiciere, & cœlesti semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Elisabeth, Andreae Regis Hungariæ filia, ab infantia Deum timere coepit: & crescens ætate, crevit etiam pietate. Ludovico Lantgravio Hassiæ, & Thuringiæ in conjugem copulata, non minori cura, quæ Dei, quam quæ viri sui erant exquebatur: surgens enim nocturno tempore, orationi diu incumbat: ac

variis misericordiæ officiis dedita, viduis, pupillis, ægrotis, egentibus sedulo inserviebat: gravique fame urgente, domus suæ frumenta liberaliter erogabat. Leprosos hospitio suscipiens, manus eorum, & pedes osculabatur. Curandis autem, & alendis pauperibus insigne xenodochium construxit.

℞. Propter veritatem Pa. 48.

Lectio v.

Defuncto conjuge, ut Deo liberius serviret, depositis omnibus sæcularis gloriæ indumentis, vili tunica induta est, atque Ordinem Poenitentium Sancti Francisci ingressa, patientiæ, & humilitatis virtute maximè enituit. Nam bonis omnibus exuta, à propriis ædibus ejecta, ab omnibus derelicta, contumelias, irrisiones, obrectationes, invictò animo toleravit: adeò, ut sumoperè gauderet, se talia pro Deo pati. Ad infima quæque ministeria erga pauperes, & ægrotos se abjiciens, eis necessaria procurabat, solis oleis, & leguminibus pro suo victu contenta.

℞. Dillexisti justitiam. Pag. 48.

Lectio vi.

CUM verò in his, aliisque plurimis sanctis operibus vitam religiosissimè transsegisset, finis tandem suæ peregrinationis advenit, quem domesticis suis antè prædixit. Cumque defixis in coelum oculis divinæ contemplationi vacaret, à Deo mirabiliter recreata, & Sacramentis refecta obdormivit in Domino. Statimque plurima ad ejus tumulum miracula patrata sunt. Quibus auditis, & ritè probatis, Gregorius IX. Sanctorum numero eam adscripsit.

℞. Fallax gratia. Pag. 48.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile est regnum coelorum thesauro abscondito, de Commun. nec Virg. nec Martyrum.

Nona lectio de Sancto Pontiano Papa, & Mart. cum Commemoratione in Laud.

DIE XX. NOVEMBRIS.

In Festo S. Felicis de Valois Confess. Dup.

Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter sequentia.

In Hymno late Confessor, dicatur: Meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Felicem Confessorem tuum ex eremo ad munus redimendi Captivos coelitus vocare dignatus es: præta quæsumus, ut per gratiam tuam ex peccatorum nostrorum captivitate ejus intercessione liberati, ad coelestem patriam perducamur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Felix, Hugo antea dictus, ex regali Valesiorum Familia ortus in Gallia, ab inenitate ætate non levia dedit futuræ sanctitatis indicia, præsertim misericordiæ erga pauperes: nam adhuc infantulus manu propria, ac si grandior esset, & judicii maturitate polleret, nummos egenis distribuit. Jam grandinsculus, solebat ex appositis in mensa dapibus ad ipsos mittere, & ferme eo, quod sapidius erat, obsonio pauperculos pueros recreabat. Adolescens non semel vestibus se expoliavit, ut inopes cooperiret. Ab avunculo Theobaldo, Xamphanæ, & Blesii Comite vitam teo mortis impetravit, prædicens, hunc infamem hæcenus sicutum, mor-

sanctissimis præditum moribus evasurum, veridicum testimonium monstravit eventus.

℞. Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

Post exactam laudabiliter adolescentiam, cœpit ex coelestis contemplationis studio solitudinem cogitare; prius tamen voluit sacris initiari, ut omnem regni, à cujus successione jure legis Salicæ non longe distabat, spem sibi præcideret. Sacerdos factus, & prima Missa devotissimè celebrata, non multo post in eremum secessit, ubi summa abstinentia victitans coelestium charismatum abundantia pascebatur. Ibi cum Sancto Joanne de Matha Parisiensi Doctore, à quo ex divina inspiratione quæsitus, & inventus, per aliquot annos sanctissimè vixit, donec ambo per Angelum à Deo admoniti Romam petierunt specialem à Summo Pontifice vivendi regulam impetraturi. Facta igitur Innocentio Papæ Tertio inter Missarum solemnia revelatione Religionis, & Instituti de redimendis Captivis, ab ipso Pontifice, simul cum socio candidis vestibus, bicolori Cruce signatis, induitur, ad eam formam, qua Angelus

indutus apparuit, & insuper voluit Pontifex, ut nova Religio juxta triplicem colorem, quo habitus constat, Sanctissimæ Trinitatis titulo decoraretur.

℞. Amavit eum Dominus. Pag. 46.

Lectio vi.

Regula propria ex Summi Pontificis Innocentii confirmatione accepta, in Dioecesi Meldensi apud locum, qui Cervus Frigidus dicitur, primum Ordinis paulò ante à se, & socio extractum Cœnobium ampliavit, ubi Religiosam observantiam, & Redemptionis Institutum mirificè coluit, ac inde per alumnos in alias Provincias diligentissimè propagavit. Illustrem hic à Beata Virgine Matre favorem accepit; dormientibus siquidem cunctis fratribus, & ad matutinas preces in pervigilio Nativitatis Deiparæ media nocte recitandas, Deo sic disponente, non surgentibus, Felix de more vigilans & horas præveniens chorum ingressus reperit Beatam Virginem in medio chori habitu Cruce Ordinis insignito indutam, ac Cœlitibus similiter indutis sociatam. Quibus permixtus Felix, præcinnante Deipara, laudes divinas

conciuit, ritè que persolvit. Et quasi jam à terrestri ad coelestem chorum evocaretur, ins tantis mortis ab Angelo certior factus, filios ad charitatem erga pauperes, & Captivos adhortans, animam Deo reddidit, ætate ac meritis consummatus, anno post Ch istum natum ducentesimo duodecimo supra millesimum sub eodem Pontifice Innocentio Tertio.

Æ. Iste homo perfecit, Pag. 46.

In tertio Nocturno: Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri in Evangelium: Nolite timere pusillus grex, de Communi Confessoris, non Pontificis, 2. loco.

DIE XXIV. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Joannis à Cruce Confessoris. Duplex.

Omnia tam in Officio, quam in Missa de Comm. Conf. non Pontif. præter ea, quæ sequuntur.

In Hymno dic: Meruit supremos.

ORATIO.

DEus, qui Sanctum Joannem Confessorem tuum perfectæ sui abnegationis, & Crucis amatorem eximium effecisti; concede, ut ejus imi-

tationi jugiter inhærentes, gloriam assequamur æternam. Per Domium nostrum, &c.

In primo Nocturno, lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Joannes à Cruce Fontiberi in Hispania piis parentibus natus, à primis annis certo innotuit, quàm Deiparæ Virgini futurus esset acceptus: nam quinquennis in puteum lapsus, ejusdem Deiparæ manu sublatus, incolumis evasit; tanto autem patiendi desiderio flagravit, ut novennis spreto molliori lecto, super sarmentis cubare consueverit. Adolescens Hospitio pauperum ægrotantium Metymnæ Campi fâmulum sese addixit, quibus magno charitatis ardore, vilissima quæque complectens officia, præsto aderat, cujus exemplo excitati ceteri, eadem charitatis munera ardentius obibant. Verùm ad altiora vocatus, Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Institutum amplexus est, ubi Sacerdos ex obedientia factus, severioris disciplinæ, & arctioris vitæ cupidissimus, primitivam Ordinis Regulam ex Superioris licentia

ita

ita professus est, ut, ob jugem Dominicæ Passionis memoriam, bello in se, tamquam in infensissimum hostem, indicto, vigiliis, jejniis, ferreis flagelliis, omnique poenarum genere, brevi carnem cum vitis, & concupiscentiis suis crucifixerit: dignus planè, qui à Sancta Theresia inter puriores, sanctioresque animas, Ecclesiam Dei id temporis illustrantes, recenseretur.

Æ. Honestum fecit. Pag. 46.

LECTIO V.

Singulari vitæ austeritate, & omnium virtutum præsidio munitus, præ assidua rerum divinarum contemplatione diuturnas, & mirabiles extases frequenter patiebatur; tantoque in Deum æstuabat amore, ut cum divinus ignis sese intrò diutius continere non posset, foras erumpere, ejusque vultum irradiare visus sit. Proximorum saluti summòperè intentus tum in verbi Dei prædicatione, tum in Sacramentorum administratione fuit assiduus. Hinc tot méritis auctus, strictiorisque disciplinæ promovendæ ardore vehementer accensus, Sanctæ Theresiæ comes divinitus datus est, ut, quam ipsa inter Sorores primævam Car-

meli Ordinis observantiam instauráverat, eandem, & inter Fratres, Joanne adiutore, restitueret. Innumeros itaque unà cum Dei Fâmula in divino ópere promovendo perpessus labores, Cœnobia, quæ ejusdem Sanctæ Virginis cura per totam Hispaniam erecta fuerant, nullis vitæ incómodis, & periculis térritus, singula perlustravit, in quibus, aliisque quamplurimis ejus operæ erectis, restauratam observantiam propagando, verbo, & exemplo firmavit: ut meritò primus post Sanctam Theresiam Carmelitarum Excalceatorum Ordinis Professor, & Pater habeatur.

Æ. Amavit eum. Pag. 46.

LECTIO VI.

Virginitatem perpetuò coluit, impudentesque mulieres ejus pudicitia insidiari conantes, non modò repulit, sed etiam Christo lucrificit. In divinis explicandis arcanis æquè, ac Sancta Theresia, Apostolicæ Sedis judicio, divinitus instructus, libros de mystica Theologia celestis sapientia refertos conscripsit. Semel interrogatus à Christo, quid præmii pro tot laboribus posceret, respondit: Domine, pati, & contemni pro te. Im-

Ggg

pe-

perio in doemones, quos é corporibus sæpè fugabat, discretionem spirituam, prophetiæ dono, miraculorum gloria celebratissimus, ea semper fuit humilitate, ut sæpiùs à Domino flagitaverit eo loco mori, ubi omnibus esset ignotus. Voti compos factus, Ubedæ diro morbo, & in cruce quinque plagis sanie manantibus, ad implendum patiendi desiderium, constantissimè toleratis, Ecclesiæ Sacramentis piè, sanctèque susceptis, in Christi Crucifixi amplexu, quem semper in corde, atque ore habuerat, post illa verba: In manus tuas commendo spiritum meum, obdormivit in Domino die, & hora à se prædictis, anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo primo, ætatis quadragesimo nono. Migrantem ejus animam splendidissimus ignis globus excepit: corpus verò suavissimum odorem spiravit, quod etiam num incorruptum Segovix honorificè colitur. Eum plurimis ante, & post obitum fulgentem signis Benedictus Decimus - Tertius Pontifex Maximus in Sactorum numerum retulit.

R. Iste homo perfecit. Pag. 46.

In tertio Nocturno: Homilia in Evangelium: Sint lumbi vestri, &c. de eodem Communi.

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

In Festo Desponsationis Beatæ Mariæ Virginis cum Sancto Joseph. Duplex.

AD VESPERAS.

Añã. Desponsatio gloriosæ, cum reliquis de Laudibus.

Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de B. Maria, ut in ejus Officio Parvo.

Capitulum. Ab initio.

Hymn. Ave Maris stella.

✠. Desponsatio est hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

R. Cujus vita inclita cunctas illustrat Ecclesias.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Gloriosæ Virginis Mariæ Desponsationem dignissimam recolamus, quæ, & Genitricis dignitatem obtinuit, & virgineam pudicitiam non amisit.

ORATIO.

FAmulis tuis, quæsumus Domine, coelestis gratiæ munus impertire: ut quibus Beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Desponsationis ejus votiva solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Et fit commemoratio S. Catharinae Virginis, & Martyr. Deinde S. Petri Alexandrini Episcopi, et Martyr. In fine Hymnor. Completorii, et Hollar. dicatur: Jesu tibi sit gloria... Qui natus, &c.

AD MATUTINUM.

Invitorium.

Desponsationem Virginis Mariæ celebremus: * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

Psalm. Venite exultemus.

Hymn. Quem terra. Añã. &

Psalm. Nocturnorum, ut in Offic. Parv. B. Mariæ.

In primo Nocturno, Lectiones de Canticis Canticorum: Oseculetur me, ut in Festo Nativitatis B. Mariæ 8. Septembris.

R. i. Hodie desponsata est Beata Virgo Maria ex proge-
nie David: * Per quam salus mundi credentibus apparuit, cuius vita gloriosa lucem dedit sæculo.

✠. Desponsationem Beatæ Mariæ Virginis cum gaudio celebremus. Per quam.

R. ii. Beatissimæ Virginis Mariæ Desponsationem devotissimè celebremus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

✠. Cum jucunditate Desponsationem Beatæ Mariæ

Virginis devotissimè celebremus. Ut ipsa.

R. iii. Gloriosæ Virginis Mariæ Desponsationem dignissimam recolamus: * Cujus Dominus humilitatem respexit, quæ Angelo nuntiante concepit Salvatorem mundi.

✠. Beatissimæ Virginis Mariæ Desponsationem devotissimè celebremus. Cujus. Gloria Patri. Cujus.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis. Ex Homil. 2. super missus est.

Lectio iv.

OPortebat à principe mundi aliquandiu celari divini consilii sacramentum: non quod Deus, si palam opus suum facere vellet, impediri posse ab illo metueret; sed quia ipse, qui non solum potentèr, sed etiam sapientèr, quæcumque voluit, fecit, sicut in omnibus operibus suis quasdam rerum, vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare consuevit: ita in hoc quoque tam magnifico opere suo, nostræ videlicet reparationis, non tantum potentiam suam, sed & prudentiam ostendere voluit.

R. Desponsatio gloriosæ Virginis

ginis Mariæ ex semine Abrahamæ, ortæ de Tribu Juda, clara ex stirpe David: * Cujus vita inclita cunctas illustrat Ecclesias.

¶. Hodie desponsata est Beata Virgo Maria ex proge-
nie David. Cujus vita.

Leſtio v.

Convens ergo erat, ut suaviter quoque omnia, cœlestia scilicet, & terrena dis-
poneret; quatenus, & illinc de-
jiciens inquietum, reliquos in
pace firmaret: & hic debel-
laturus invidum, nobis prius
suae humilitatis, & mansuetu-
dinis valdè necessarium exem-
plum relinqueret: sicque mi-
rabili fieret moderamine sa-
pientiæ, ut, & suis suavis, &
hostibus fortis appareret.

℞. Cum jucunditate Despon-
sationem Beatæ Mariæ cele-
bremus: * Ut ipsa pro nobis
intercedat ad Dominum Je-
sum Christum.

¶. Corde, & animo Christo
canamus gloriam in hac sa-
cra solemnitate præcelsæ ge-
nitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Leſtio vi.

Quid enim prodesset, dia-
bolum à Deo vinci, no-
bis manentibus super-
bis? Necessario igitur despon-
sata est Maria Joseph, quan-
do per hoc, & à canibus sanc-

tum absconditur, & à Sponso
virginitas comprobatur: &
Virginis tam verecundiæ par-
citur, quam famæ providetur.
Quid sapientius? Quid dignius
divina providentia? Uno tali
consilio secretis coelestibus, &
admittitur testis, & excluditur
hostis, & integra servatur fa-
ma Virginis Matris.

℞. Desponsatio tua, Dei ge-
nitrix Virgo, gaudium annun-
tiavit universo mundo: * Ex
te enim ortus est sol justitiæ,
Christus Deus noster: * Qui
solvens maledictionem, dedit
benedictionem: & confundens
mortem, donavit nobis vitam
sempiternam.

¶. Benedicta tu in mulieri-
bus, & benedictus fructus ven-
tris tui. Ex te enim. Gloria
Patri. Qui solvens.

In tertio Nocturno.

Leſtio S. Evangelii secundum
Matthæum.

Leſtio vii. Cap. i. c.

CUM esset desponsata Ma-
ter Jesu Maria Joseph,
antequam convenirent, in-
venta est in utero habens de
Spiritu Sancto. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presby-
t. Lib. i. Comm. in cap. i. Matthæi.

Quare non de simplici Vir-
gine, sed de desponsa-
ta concipitur? Primum
ut

ut per generationem Joseph
origo Mariæ monstraretur: se-
cundò, ne lapidaretur à Ju-
dæis, ut adultera, tertio, ut
in Ægyptum fugiens haberet
solatium. Martyr Ignatius
etiam quartam addidit causam,
cur à desponsata conceptus
sit: Ut partus, inquiens, ejus
celaretur diabolo dum eum
putat, non de virgine, sed de
uxore generatum.

℞. Beatam me dicent om-
nes generationes: * Quia fecit
mihi Dominus magna, qui
potens est, & sanctum nomen
ejus.

¶. Et misericordia ejus à
progenie in progenies timen-
tibus eum. Quia fecit.

Leſtio viii.

Antequam convenirent in-
venta est in utero ha-
bens de Spiritu Sancto. Non
ab alio inventa est, nisi à Jose-
ph, qui penè licentia marita-
li futuræ uxoris omnia nove-
rat. Quod autem dicitur: ante-
quam convenirent; non sequi-
tur, ut postea convenerint:
Sed Scriptura, quod factum
non sit, ostendit.

℞. Felix namque es sacra
Virgo Maria, & omni laude
dignissima: * Quia ex te or-
tus est sol justitiæ: * Christus
Deus noster,

¶. Ora pro populo, inter-
veni pro clero, intercede pro
devoto femineo sexu: sentiant
omnes tuum juvamen, quicum-
que celebrant tuam sanctam
Desponsationem. Quia ex te.
Gloria. Christus.

Nona Leſtio de Sancto Petro
Alexandrino Episcopo, & Mar-
tyre, ut in Breviario.

AD LAUDES, ET PER
Horas, Añã.

Desponsatio gloriosæ Vir-
ginis Mariæ ex semine
Abrahæ, ortæ de tribu Juda,
clara ex stirpe David.

Psalm. Dominus regnavit,
cum reliquis de Dominica.

Añã. Desponsatio est hodie
Sanctæ Mariæ Virginis, cujus
vita inclita cunctas illustrat
Ecclesias.

Añã. Regali ex progenie
Maria exorta refulget: cujus
precibus nos adjuvari mente, &
spiritu devotissimè poscimus.

Añã. Corde, & animo Chris-
to canamus gloriam in hac sa-
cra solemnitate præcelsæ ge-
nitricis Dei Mariæ.

Añã. Cum jucunditate Des-
ponsationem Beatæ Mariæ ce-
lebremus, ut ipsa pro nobis in-
tercedat ad Dominum Jesum
Christum.

Capitulum. Eccles. 24. b.

AB initio, & ante sæcula creata sum; & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymn. O gloriosa virginum.

℣. Desponsatio est hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

℞. Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.

Ad Benedictus, Añã.

Desponsationem hodiernam perpetuæ Virginis genitricis Dei Mariæ solemniter celebremus, qua celsitudo throni procesit, alleluia.

ORATIO.

Famulis tuis, *ut in Vesperis.*

Et fit commemoratio S. Petri Alexandrini Episcopi, & Martyris.

Ad Primam in ℞. brevi dicitur. ℣. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam.

Añã. Desponsatio est hodie.

Capitulum. Ab initio.

*℞. brev. Specie tua: * Et pulchritudine tua. Specie tua.*

℣. Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine tua. Gloria Patri. Specie.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

℞. Deus in medio eius non

commovebitur.

AD SEXTAM.

Añã. Regali ex progenie.

Capitulum. Eccles. 24. b.

ET sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radiceavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

*℞. brev. Adjuvabit eam: * Deus vultu suo. Adjuvabit.*

℣. Deus in medio ejus non commovebitur. Deus. Gloria Patri. Adjuvabit. ℣. Elegit eam Deus, & prælegit eam. ℞. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam.

Añã. Cum jucunditate.

Capitulum. Eccles. 24. b.

IN plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

*℞. brev. Elegit eam Deus: * Et prælegit eam. Elegit.*

℣. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et prælegit. Gloria Patri. Elegit. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

In

In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Desponsatio tua, Dei genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam.

Oratio. Famulis tuis, ut supra.

FESTA DECEMBRIS.

DIE IV. DECEMBRIS.

In Festo S. Barbaræ Virginis, & Martyris. Dup.

Omnia de Communi Virginum, præter ea, quæ hic habentur.

ORATIO.

Deus, qui inter cetera potentia tuæ miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius, ut qui Beatæ Barbaræ Virginis, & Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectioes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Barbara Virgo Nicomedensis Dioscori nobilis,

sed superstitiosi hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt, ad invisibilia, divina opitulante gratia, facile pervenit. Quapropter soli Deo, rebusque divinis vacare coepit. Eam pater, ut pote forma venustior nitentem, à quocumque virorum occursum tutari cupiens, turri inclusit: ubi pia virgo meditationibus, & precibus addicta, soli Deo, quem sibi in Sponsum elegerat, placere studebat. Oblata à patre pluries Nobilium connubia, fortiter sprexit: pater vero per sui absentiam filia animam posse facilius emolliri confidens, jussit primo balneum extrui, ne quid ei deesset ad commoditatem, deinde peregre in exteras regiones profectus est.

℞. Propter veritatem. Pag. 47.

Lectio v.

Absente patre jussit Barbara, duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi in honorem divinæ Trinitatis, labiumque balnei sacrosanctæ Crucis signo muniri: quod ubi rediens Dioscorus inspexit, audita novitatis causa, ad eam in filiam scandit, ut stricto ense eam appetens, parum adfuerit, quin eam dire confoderet. Sed præsto adfuit Deus;

Deus; nam fugienti Barbaræ saxum ingens se patefaciens, viam aperuit, per quam montis fastigium petere, & in specu latere potuit. Sed paulò post, cum à nequissimo genitore reperta fuisset, ejus latera pedibus, dorsumque pugnis immaniter percussit, & crinibus per loca aspera, difficiles que vias raptatam Martiano Præsidi puniendam tradidit.

R. Dilexisti justitiam. Pag. 47.

Lectio vi.

ITaque ab ipso omnibus modis, sed incassum tentata, nudam nervis cædi, & inflicta vulnera testulis confricari, deinde in carcerem trahi præcepit: ubi immensa luce circumdatus ei Christus appareas, mirificè confortatam in passionum tolerantia confirmavit. Quod animadvertens Juliana Matrona ad fidem conversa, ejusdem palmæ participis effecta est. Barbaræ demum ferreis unguibus membra lamiantur, facibus latera incenduntur, & malleolis caput eorunditur, quibus in cruciatibus consortem solabatur, & hortabatur, ut ad finem usque constanter certaret. Præcisis tandem utrique uberibus, nudæ per loca pública tractæ

capite plectuntur; filiaque cervicem ipse scelestissimus pater, humanitatis expers, propriis manibus amputavit. Cujus fera crudelitas non diù inulta remansit; nam statim eo ipso in loco fulmine percussus, interiit. Caput hujus beatissimæ Martyris in Oratorio ad Sancta Sanctorum honorificè asservatur.

R. Afferentur Regi. Pag. 47.

In tertio Nocturno: Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, ut in eodem Communi.

DIE V. DECEMBRIS.

In Festo S. Petri Chrysologi Episcopi, & Confessoris. Duplex in universali Ecclesia.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hic habentur propria.

Ad Vesperas.

In Hymno dicitur: Meruit supremos.

Ad Magnificat.

Ant. O Doctor optime, Ecclesiæ Sanctæ lumen, Beate Petre Chrysologe, divinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei.

ORA-

ORATIO.

DEus, qui Beatum Petrum Chrysologum, Doctorem egregium, divinitus præmonstratum, ad regendam, & instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti: præsta quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum.

In primo Nocturno: Lectio-nes de Commu. Confes. Pontif. 1. loco: Fidelis sermo.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus, qui ob auream ejus eloquentiam Chrysologi cognomen adeptus est, foro Cornelii in Æmilia honestis parentibus natus, à prima ætate animum ad Religionem adjiciens, Cornelio Romano tunc ejusdem Urbis Corneliensis Episcopo, operam dedit: à quo etiam scientia, & vitæ sanctitate cum brevi profecisset, Diaconus creatus est. Postmodum contigit, ut Ravennates ob mortem Archipræsulis sui alium (ut moris erat) ab eis electum Romam ad Sanctum Sixtum Papam Tertium pro confirmatione miserint, unà cum Legatis suis, & cum prædicto Cornelio, qui eum-

dem Levitam secum perduxit. Interim Sanctus Petrus Apostolus, & Martyr Appollinaris Summo Pontifici in somnis apparuerunt, mediumque habentes hunc juvenem, jussurunt, ut illum, & non alium, in Archiepiscopum Ravennæ crearet. Hinc Pontifex, mox ut vidit Petrum, cognovit eum à Domino Deo præelectum: propterea, rejecto illo, quem ipsi offerebant, hunc solum, anno Christi quadringentesimo trigesimo tertio, illi Metropolitanæ præfecit Ecclesiæ. Quod cum Legati Ravennatenses ægre ferrent, audita visione, divinæ voluntati libenter acquiescentes, novum Archiepiscopum maxima cum reverentia susceperunt.

R. Inveni David. Pag. 45.

Lectio v.

Petrus igitur, licet invitus, in Archipræsulem consecratus, Ravennam deducitur: ubi à Valentiniano Imperatore, & à Galla Placidia ejus matre, ac ab universo populo maxima lætitia exceptus est. Et ille ab eis id unum petere dixit, ut, quando tantum oneris pro ipsorum salute subire non recusavit, studerent ipsi monitis suis obtemperare, divinisque præceptis non obsis-

Hhh tere.

tere. Duorum Sanctorum tunc ibi defunctorum corpora optimis unguentis condita sepelivit, Barbatiani videlicet Presbyteri, & Germani Antisiodorensis Episcopi, cujus etiam cucullam, & cilicium sibi vendicavit in hæreditatem. Projectum, & Marcellinum in Episcopos ordinavit. In classe fontem extruxit magnitudinis verè admirabilis, & Templum quædam magnifica ædificavit, tum Beato Andrea Apostolo, tum aliis Sanctis. Ludos ab hominibus personatis cum variis saltationibus Kalendis Januarii fieri solitos concione cohibuit acerrima; ubi inter alia illud præclare dixit: Qui joculari voluerit cum diabolo, non poterit gaudere cum Christo. Jussu Sancti Leonis Papæ Primi scripsit postea ad Calcedonense Concilium adversus hæresim Eutychemis. Respondit præterea ad Eutychem ipsum, & alia epistola, quæ eidem Concilio in novis editionibus præfixa, & in Annales Ecclesiasticos relata fuit.

℞. Posui adjutorium. Pag.

45.

Lectio vi.

DUm publicè sermones haberet ad populum, adeo

vehemens erat in dicendo, ut præ nimio ardore vox illi interdum defecerit sicut contigit in concione mulieris Hæmorrhoyssæ. Unde Ravennates commoti, tot lacrymis, clamoribus, & orationibus locum repleverunt, ut postea ipse gratias ageret Deo, quod in lucrum amoris verterit damnum ejusdem sermonis. Cum tandem annos circiter decem, & octo eam Ecclesiam sanctissimè rexisset, laborum suorum finem addesse divinitus prænosens, in patriam se contulit. Ubi Sancti Casiani templum ingressus, magnum Diadema aureum, gemmis distinctum pretiosissimis offerens, super Altare majus posuit, nec non aureum craterem, & patenam argenteam, quam tum rabidi canis mortuus; tum febres sanare sæpius expertum est, aqua inde demissa. Ex tunc Ravennates, qui eundem secuti fuerant dimisit, admonens ut in eligendo optimo Pastore invigilarent attentè. Mox Deum humiliter precatus, & Sanctum Casianum Patronum, ut benigne animam ejus exciperet, tertio Nonas Decembris placidè ex hac vita migravit, anno Domini circiter quadria-

gen-

gentesimo quinquagesimo. Sacrum illius corpus communitotius civitatis fletu, ac pietate, propè corpus ejusdem Sancti Casiani honorificè conditum, nostris etiam temporibus religiose colitur: cujus tamen brachium, auro, & gemmis ornatum, Ravennam delatum, in Ursiana Æde veneratur.

℞. Iste est, qui. Pag. 45.

In tertio Nocturno.


Homilia in Evang. Vos estis sal terræ, de Communi Doctor.

℞. 8. In medio Ecclesiæ.

In Secundis Vesperis.

Añã. ad Magnific.

O Doctor optime, & Orat. ut supra.



DIE VIII. DECEMBRIS.

In Festo Immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis, Hispaniarum, ac Indiarum Patronæ. Duplex primæ class. cum Octava.

Omnia ut in Pag. 1. præter sequentia.

Ad Vesperas ante Añam. ad Magnificat

℥. Immaculata Conceptio est hodie Sanctæ Mariæ Virginis. ℞. Cujus innocentia incluta cunctas lætificat devotas animas.

Ad Completorium, & alias Horas in fine omnium Hymnorum dicitur: Jesu, tibi sit gloria, qui natus es de Virgine, etiam in Festis, & Dominica infra Octavam occurrentibus.

AD MATUTINUM.

Omnia ut in Pag. 2. præter sequentia.

In primo Nocturno.

De Libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 24.

EGO ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in coelis, ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texti omnem terram. Ego in altissimis habitavi: & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuivi sola, & profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti: & in omni populo, & in omni gente primatum habui: & omnium excellentium, & humilium corda virtute calcavi: & in his omnibus requiem quæsivi, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis

Hhh a

mit-

mitte radices.

R. Ego ex ore Altissimi.
Pag. 3.

Lectio ii.

AB initio, & ante sæcula creata sunt, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cyprus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Jericho. Quasi Oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi; quasi mirra electa dedi suavitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus.

R. Transite ad me omnes.
Pag. 3.

Lectio iii.

EGO quasi Terebinthus extendi ramos meos: & rami mei honoris, & gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, & veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

R. Meum est consilium. Pag. 3.

IN II. NOCTURNO.

Lectioes: Qualis, & quanta, ut in Pag. 7. cum R. ut in Pag. 3. & 4.

IN III. NOCTURNO.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri: Magnæ devotionis, &c. in Evangelium: Loquente Jesu ad turbas, ut in Pag.

Pag. 8. cum R. ut in Pag. 4. & 5.

AD LAUDES, ET PER
Horas.

Omnia ut in Pag. 5.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in Pag. 6.

DIE IX. DECEMBRIS.

Secunda die infra Octavam
Immacular. Concep. B.
Mariæ Virginis.

*Fit de Sancta Leocadia
Virg. & Mart. duplex.*

In Laudibus fit commemorat. Octavæ, & Feriæ.

DIE X. DECEMBRIS.

In Festo Translationis Almæ
Domus Lauretanæ B.
Mariæ Virg. Dup.

AD VESPERAS.

Añã. Domum tuam, &c. cum reliquis de Laudibus, ut infra.

Psalm. Dixit Dominus, cum reliq. ut in Offic. parv. B. M. V.

Capitulum. Eccle. 24.

IN omnibus requiem quasiivi, & in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: &

qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

Hymn. Ave maris stella, pro- ut in Officio parvo B. M. V.

¶ Hæc est Domus Domini firmiter ædificata.

R. Bene fundata est supra firmam petram.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

Sanctificavit Dominus tabernaculum suum: quia hæc est Domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dominus.

ORATIO.

DEus, qui Beatæ Mariæ Virginis Domum per Incarnati Verbi mysterium misericorditer consecrasti, eamque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabiliter colocasti: concede, ut segregati à tabernaculis peccatorum, digni efficiamur habitatores Domus sanctæ tuæ. Per eundem Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Salvatorem mundi in Domino Virginis de Spiritu Sancto conceptum: * Venite adoremus.

Psalm. Venite exultemus.

Hym-

Hymnus.

CÆlestis Urbs Jerusalem,
Beata pacis visio,
Quæ celsa de viventibus,
Saxis ad astra tolleris.
Sponsæque ritu cingeris
Mille Angelorum millibus.

O sorte nupta prospera,
Dotata Patris gloria,
Respersa Sponsi gratia,
Regina Formosissima
Christo, jugata Principi,
Coeli cornusca Civitas.

Hic margaritis emicant,
Patentque cunctis ostia:
Virtute namque prævia
Mortalis illuc ducitur,
Amore Christi percitus
Tormenta quisquis sustinet.

Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurima,
Fabri pollita malleo,
Hanc saxa molem construunt,
Aptisque juncta nexibus
Locantur in fastigio.

Decus Parenti debitum,
Sic usquequaque Altissimo,
Natoque Patris unico,
Et inclyto Paraclito,
Cui laus, potestas, gloria
Æterna sit per sæcula. Amen.

In primo Nocturno.

Añã. Elevata est magnifi-
centia tua super coelos.

Psalm. Domine Dominus
noster, cum reliq. prout in Of-

ficio Parvo B. M. V.

Añã. In sole posuit taber-
naculum suum, & ipse tam-
quam Sponsus procedens de
thalamo suo.

Añã. Quis ascendet in mon-
tem Domini? Aut quis stabit
in loco sancto ejus? Innocens
manibus, & mundo corde.

✠. Domum tuam Domine
decer sanctitudo.

℞. In longitudinem dierum,
Pater noster.

Absol. Exaudi Domine.

✠. Jube domne benedicere.

Bñõ. Benedictione perpetua.

De Libro tertio Regum.

Lectio i. Cap. 8.

STetit autem Salomon ante
Altare Domini in conspec-
tu Ecclesiæ Israel, & expandit
manus suas in cœlum, & ait:
Ergo ne putandú est quod ve-
re Deus habitet super terram?
Si enim cœlum, & coeli coelo-
rum te capere non possunt, qu-
anto magis Domus hæc quam
ædificavi? Sed respice ad ora-
tionem servi tui, & ad preces
ejus, Domine Deus meus: audi
hymnum, & orationem, quam
servus tuus orat coram te ho-
die: ut sint oculi tui aperti
super Domum hanc nocte, ac
die: super domum, de qua di-
xisti: Erit nomen meum ibi:
ut

ut exaudias deprecationem
servi tui, & populi tui Israel,
quodcumque oraverint in loco
isto: & exaudies in loco habi-
taculi tui in coelo, & cum ex-
audieris, propitius eris.

℞. Vidi speciosam sicut col-
umbam, ascendentem desuper
rivos aquarum: cuius inæsti-
mabilis odor erat nimis in
vestimentis eius: * Et sicut
dies verni circumdabant eam
flores rosarum, & lilia con-
valium.

✠. Quæ est ista, quæ ascen-
dit per desertum sicut virgu-
la fumi, ex aromátibus myr-
hæ, & thuris. Et.

Lectio ii.

SI fúgerit populus tuus Is-
rael inimicos suos (quia
peccaturus est tibi) & agen-
tes pœnitentiam, & confiten-
tes nomini tuo venerint, &
oraverint, & deprecati te fue-
rint in Domo hac: Exaudi in
cœlo, & dimitte peccatum po-
puli tui Israel, & reduces eos
in terram, quam dedisti pa-
tribus eorum. Si clausum fue-
rit cœlum, & non pluerit prop-
ter peccata eorum, & orantes
in loco isto, pœnitentiam ege-
riant nomini tuo, & á pecca-
tis suis conversi fuerint prop-
ter afflictionem suam; exaudi
eos in coelo, & dimitte pec-

cata servorum tuorum, & po-
puli tui Israel: & ostende eis
viam bonam, per quam ambu-
lent, & da pluviam super ter-
ram tuam, quam dedisti po-
pulo tuo in possessionem.

℞. Quæ est ista, quæ ascen-
dit sicut aurora consurgens,
pulchra ut luna, electa ut sol:
* Terribilis ut castrorum acies
ordinata?

✠. Filia Sion tota formosa,
& suavis es, pulchra ut luna,
electa ut sol. Terribilis.

Lectio iii.

SI quis cognoverit plagam
cordis sui, & expandit
manus suas in Domo hac, tu
exaudies in coelo in loco habi-
tationis tuæ, & repropitia-
beris, & facies ut des unicui-
que secundum omnes vias
suas, sicut videris cor ejus
(quia tu nosti solus cor om-
nium filiorum hominum) ut ti-
meant te cunctis diebus, qui-
bus vivunt super faciem terræ,
quam dedisti patribus nostris,
Insuper, & alienigena, qui non
est de populo tuo Israel, cum
venerit de terra longinqua
propter nomen tuum (audie-
tur enim nomen tuum mag-
num, & manus tua fortis, &
brachium tuum extentum ubi-
que) cum venerit ergo, &
oraverit in hoc loco, te exau-
dies

dies in coelo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena, ut discat universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probeat, quia nomen tuum invocatum est super domum hanc.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tanquam Jerusalem: * Viderunt eam filia Sion, & Beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam.

Y. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt. Gloria Patri. Viderunt.

In secundo Nocturno.

Añã. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi.

Añã. Santificavit tabernaculum suum Altissimus.

Añã. Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.

Y. Domine dilexi decorem domus tuæ.

R. Et locum habitationis gloriæ tuæ. Pater noster.

Absolut. Ipsius pietas. *Y.* Jube Domne. *Bened.* Deus Pater Omnipotens.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. 52. de divers.

Lectio iv.

Sapientia, quæ Dei erat, & Dens erat, de sinu Patris ad nos veniens ædificavit sibi Domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide, & operibus præparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter Sanctam Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Quod autem in Beata Maria Sancta Trinitas fuerit, (fuerit dico per præsentiam maiestatis, ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis) testatur Nuntius coelestis, qui ei arcana mysteria reserans, ait: Ave gratia plena, Dominus tecum, & post pauca: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum Sanctum, habes Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.

R. O quam metuendus est locus iste! * Verè non est hic aliud nisi Domus Dei, & porta coeli.

Y. Hæc est Domus Domini firmiter edificata, bene fundata est supra firmam petram. Vere.

Lectio v.

Utrum autem, & quatuor principales virtutes, tanquam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur. Primum ergo videamus, an fortitudinem haberit, quæ nimirum virtus quomodo illi abesse potuit, quæ abjectis sæcularibus pompis, spretisque voluptatibus carnis, soli Deo in virginitate vivere proposuit? Ni fallor hæc Virgo est, quæ apud Solomonem legitur: Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Porro, quod temperans, & justa fuerit, ex Angeli colocatione, & sui ipsius responsione, luce clarius comprobamus. Salutata quippè tam venerabiliter ab Angelo: Ave gratia plena, Dominus tecum, non se extulit, quasi quæ ex singulari gratiæ privilegio benediceretur, sed siluit, & qualis esset insolita hæc saluatio secum cogitavit. Qua in re, quid, nisi temperans fuit? At verò, cum de coelestibus mysteriis ab eodem Angelo doceretur, diligenter quæsivit, quomodo

conciperet, & pareret, quæ virum nique non cognosceret; & in hoc sine dubio prudens extitit.

R. Fundata est Domus Domini supra verticem montium, & exaltata est super omnes colles: * Et venient ad eam omnes Gentes, & dicent. Gloria tibi Domine.

Y. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Et venient ad eam.

Lectio vi.

Iustitiæ autem præ se fert insigne, ubi se ancillam Domini confitetur, nam, quod justorum sit confessio, testatur qui ait: verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo. Fuit igitur Beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. His itaque quatuor morum columnis, & tribus fidei prædictis extruxit in ea sibi Domum Sapientia coelestis, quæ ad eam mentem ejus replevit, ut de plenitudine mentis fecundaretur, & caro. Ipsius autem Virginis natalis Domus divinis mysteriis consecrata, Angelorum ministerio ab infidelium potestate in Dalmatiam prius, deinde in Agrum Lauretanum

Picena Provincia translata fuit, sedente Sancto Coelestino Quinto: eamdemque ipsam esse, in qua Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, tum Pontificiis diplomatibus, & celeberrima totius Orbis veneratione, tum continua miraculorum virtute, & coelestium beneficiorum gratia comprobatur. Quibus permotus Innocentius Duodecimus, quò ferventius erga Matris amantissimæ cultum fidelium memoria excitaretur, ejusdem sanctæ Domus Translationem anniversaria solemnitate in tota Piceni Provincia veneratam Missa etiam, & Officio proprio celebrari præcepit.

℞. Domus mea, Domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis, qui petit, accipit, & qui quærit, invenit. * Et pulsanti aperietur.

ψ. Petite, & accipietis: quærite, & invenietis. Et. Gloria Patri. Et.

In tertio Nocturno.

Añã. Tollite hostias, & introite in atria ejus, adorate Dominum in aula sancta ejus.

Añã. Viderunt omnes populi gloriam ejus.

Añã. Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit Dominus, alleluia. ψ. Do-

minum tuam Domine decet sanctitudo. ℞. In longitudinem dierum. Pater noster. *Absolutio.* A vinculis. ψ. Jube domne benedicere. *Bened.* Evangelica lectio.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. i. 26.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Ex Homil. i. super Missusest.

QUæ est hæc Virgo tam venerabilis, ut salutetur ab Angelo; tam humilis, ut desponsata sit Fabro? Pulchra permixtio virginitatis, & humilitatis, nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua, & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem: sed quanta putas veneratione digna est, in qua humilitatem exultat fecunditas, & partus consecrat virginitatem? Audis virginem, audis humilem? Laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humili-

tas

tas. Illa consulitur, ista præcipitur.

℞. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

ψ. Myrrha, & gutta, & Cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus te delectaverunt filiæ Regum in honore tuo. Propterea.

Lectio viii.

Ex Hom. 2. super eodem loco.

MISSUS est, inquit, Angelus ad Virginem, Virginem carne, Virginem mente, Virginem professione, Virginem denique, qualem describit Apostolus, mente, & corpore sanctam; nec noviter, nec fortuito inventam, sed à sæculo electam, ab Altissimo præcognitam, & sibi præparatam, ab Angelis servatam, à Patribus præfiguratam, à Prophetis promissam, ut pauca loquar de pluribus, quam sibi aliam predixisse Deus videtur, quando ad serpentem ait inimicitias ponam inter te, & mulierem? Etsi adhuc dubitas, an de Maria dixerit, audi quod sequitur: Ipsa contoret caput tuum: cui hæc servata victoria est, nisi Mariæ?

℞. Beata es Virgo Maria Dei genitrix, quæ credidisti Domino, perfecta sunt in te,

quæ dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros Angelorum: * Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

ψ. Ave Maria gratia plena: Dominus tecum. Intercede. Gloria Patri. Intercede.

Lectio ix.

Ex Hom. 3. super eodem loco.

ET ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Quò ingressus ad eam? Puto in sacrarium pudici cubiculi, ubi illa fortassis clauso super se ostio orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli adutare orantibus, & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Holocaustum sanctæ devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam tam reverenter salutavit.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER
Horas, Añã.

DOMINUM tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. *Psalm.* Dominus regnavit, cum reliq. de *Domin.*

Iii 2

Añã.

Añā. Domus mea, Domus orationis vocabitur: in ea omnis, qui petit, accipit; & qui quarit, invenit: & pulsanti aperietur.

Añā. Propter Domum Domini Dei nostri, quæsi, bona tibi.

Añā. Domine Deus exaltasti super terram habitationem meam.

Añā. Domum majestatis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

Capitulum. Eccl. 24.

IN omnibus requiem quæsi-
vi, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

Hymnus.

ALto ex Olympi vertice
Summi Parentis Filius,
Ceu monte desectus lapis,
Terras in imas decidens,
Domus superæ, & infimæ,
Utrumque junxit angulum.

Sed illa sedes coelitem
Semper resultat laudibus,
Deumque Trinum, & unicum
Jugi canore prædicat:
Illi canentes jungimur,
Almæ Sionis ætuli.

Hæc templa, Rex Coelestium,
Imple benigno lumine:
Huc, ò rogatus adveni,

Plebisque vota suscipe,
Et nostra corda jûgiter
Perfunde coeli gratia.

Hic impetrent Fidelium
Voces, precesque supplicum
Domus beatæ muñera,
Partisque donis gaudeant:
Donec soluti corpore
Sedes beatas impleant.

Decus Parenti debitum
Sit usquequaque Altissimo,
Natoque Patris unico,
Et inclyto Paraclyto,
Cui laus, potestas, gloria
Æterna sit per sæcula. Amen.

ÿ. Introibimus in tabernaculum ejus.

℞. Adorabimus in loco,
ubi steterunt pedes ejus.

AD BENEDICTUS.

Añā. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus ejus erunt, & ipsi Deus cum eis erit eorum Deus.

ORATIO.

DEus, qui Beatæ Mariæ,
ut supra.

Ad Primam. In ℞ brevi. Dicitur ÿ. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam.

Añā. Domus mea, *Capitulum.*
In omnibus requiem quæsi-
ut supra.

℞. *brev.* Hic Domus Dei est:
* Et porta Coeli. Hic Domus.

ÿ.

ÿ. Et vocabitur Aula Dei.
Et porta. Gloria Patri. Hic
Domus.

ÿ. Domine dilexi decorem
Domus tuæ.

℞. Et locum habitationis
gloriæ tuæ.

AD SEXTAM.

Añā. Propter Domum Domini.

Capitulum. Eccl. 24 b.

ET sic in Sion firmata sum,
& in civitate sanctificata
similiter requievi, & in Jeru-
salem potestas mea, & radi-
cavi in populo honorificato, &
in parte Dei mei hereditas il-
lius, & in plenitudine sancto-
rum detentio mea.

℞. *brev.* Domine * dilexi
decorem Domus tuæ: Domine.

ÿ. Et locum habitationis
gloriæ tuæ. Dilexi. Gloria. Pa-
tri. Domine.

ÿ. Domum tuam Domine
debet sanctitudo.

℞. In longitudinem dierum.

AD NONAM.

Añā. Domum majestatis meæ.

Capitulum. Eccl. 24. b.

IN plateis sicut cinnamo-
mum, & balsamum aroma-
tizans odorem dedi: quasi
myrra electa dedi suavitatem
odoris.

℞. *brev.* Domum tuam Do-
mine: * Decet sanctitudo. Do-
mum tuam.

ÿ. In longitudinem dierum.
Decet sanctitudo. Gloria Patri.
Domum tuam.

ÿ. Hic Domus Dei est, &
porta Cœli.

℞. Et vocabitur Aula Dei.
*In secundis Vesp. muta ut in
primis.*

AD MAGNIFICAT.

Añā. O quam metuendus est
locus iste! Verè non est hic
aliud, nisi Domus Dei: &
porta Cœli. *Oratio ut supra.*

DIE X. DECEMBRIS.

In Festo S. Eulaliæ Emeriten-
sis Virginis, & Martyris.

Duplex.

AD VESPERAS.

Añā. Beata Eulalia, cum re-
liq. de Laud. *Psalm.* Dixit
Dominus, cum reliquis de com-
muni Virg.

Capitulum. 2. Cor. 10.

FRatres, qui gloriatur in
Domino gloriatur. Non
enim qui se ipsum commen-
dat; ille probatus est; sed
quem Deus commendat.

Hymnus.

VIRGINIS laudes canimus
pudicæ,

Mille quæ sertis redimita
frontem,

Duplices palmas meruit refer-

re

Re Sanguine partas.

Tecta festina egreditur pater-
na, nec timet noctem, pa-
vet aut tenebras;

Prævia sed luce aperit rubeta
Cœlicus ordo.

Intrat, & passu Emeritam ve-
loci, Judicis durum sterit
ad tribunal,

Arguens cœcas venerare gen-
tes Numina vana,

Dulcibus verbis, studiisque
tentat Prætor emollire ani-
mum puellæ.

Offerat saltem pia thura Divis
Cæsari placens,

Illa fallaces renuit loquelas;
Nulla promissa alliciunt, ini-
quis pernegat sensus, velut

alta rupes Fluctibus obstat,
Sit decus Patri, genitæque Proli,

Et tibi compar utriusque virtus
Spiritus semper, Deus unus om-
ni temporis ævo. Amen.

¶ Specie tua, & pulchritu-
dine tua. R. Intende, prospere
procede, & regna.

AD MAGNIFICAT.

Añã. Beata Eulalia ungu-
lis ferreis usque ad ossa dilania-
ta, læto ore notas numerans,
dicebat: Nunc Christe Jesu in
meo corpore his notis fortius
inscriberis. Delectat me, hos
apices legere, qui tua trophæa,
nomenque tuum sanguinis pur-
pura scripta loquuntur.

ORATIO.

OMNIPOTENS sempiter-
Deus, qui infirma mun-
di eligis, ut fortia quæque con-
fundas, da nobis in festivitate
Sanctæ Virginis, & Martyris
tuæ Eulaliæ congrua devotio-
ne gaudere; ut, & potentiam
tuam in ejus passione laudemus,
& promissum nobis per-
cipiamus axilium. Per Domi-
num nostrum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Regem Virginum Dominum;
* Venite adoremus. *Psalmus.*
Venite exultemus.

Hymnus.

Infremat Prætor, rabieque
frendet;

Verbera intentat, moveant
puellam

Cuncta frustra: fortior, & re-
sistit ipsa tyranno.

Ungulæ carnes laniant cruentæ,
Virgo sed plagas numerans
hiulcas,

Gaudet, & Christi celebrat
triumphos voce sonora.

Præstat inscriptos apices no-
tare

Purpura tinctos, quibus exa-
rantur,

Nominis magni alma tui tro-
phæa maxime Christe.

In-

Inquit: at Prætor furiis pre-
hensus

Balneat fervente oleo mami-
las

Calce, tum rivis fervidis aqua-
rum corpus adurit.

Attamen calce, ex liquidove
plumbo,

Nulla nec parva Eulaliæ fa-
villa

Lædit experta omnia tempe-
rata Virgo decora.

Sit decus Patri, genitæque
Proli,

Et tibi compar utriusque vir-
tus,

Spiritus semper, Deus unus
omni temporis ævo. Amen.

In primo Nocturno.

Añã. Beata Eulalia Deo ti-
morata, mente, & corpore
casta, ac religione pudica do-
cebatur à Donato Presbytero.

Pslm. Domine Dominus nos-
ter, cum reliq. de *Comm. Virg.*

Añã. Ab infantia rudimentis
Christi cōfiteri docebatur.

Añã. Annos adolescentiæ pe-
nè ingressa, fidem, quam sanc-
ta devotione conceperat, ani-
mo fortiore servabat.

¶ Specie tua, & pulchritu-
dine tua.

R. Intende, prosperè pro-
cede, & regna.

*In primo Nocturno. Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

R. 1. Diem festum Sacra-
tæ Virginis Eulaliæ celebremus,
qualiter passa sit ad memoriam
revocemus; tertiodécimo æra-
tis anno mortem superando,
vitam invenit: * Quia solum
vitæ dilexit auctorem.

¶ Infantia quidem compu-
tabatur in annis: sed erat se-
nectus mentis immensa Quia
solum.

R. 2. Ab ipsa infantia Chris-
ti fidem edocta, non solum
exactè ritus Christianos serva-
bat, verum dari sibi occasio-
nem expetebat, qua per mar-
tyrium ad cœlum posset evo-
lare: * Quia fidem, quam sanc-
ta devotione conceperat, ani-
mo fortiore servabat.

¶ Hæc est Virgo sapiens, &
una de numero prudentum.
Quia fidem.

R. 3. Eulaliæ paterna cu-
ra ob metum persecutionis
in villa tenebat absconditam,
thoro dicatam, & variis cre-
pundiis, ut custodiam delini-
ret, oblati, quæ omnia repu-
rat; * Quia Christo sponso
suo se totam devoverat.

¶ Hæc est, quæ nescivit
horum in delicto, habebit
fructum in respectioe anima-
rum sanctarum. Quia. Gloria
Patri. Quia.

In

In secundo Nocturno.

Añā. Virgo magnanima nocte consurgens, lata progrediens ardenti desiderio ad martyrium properabat.

Añā. Nocte viam secuta virgo, lucem habuit pro duce, & diem meruit.

Añā. Convirginali suæ Juliæ cõmitanti dixit: Notum sit tibi Domina soror, quia etsi novissima vado, prior patiar.

¶. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

℞. Deus in medio ejus non commovebitur.

Lectio iv.

Eulalia vigo Liberij nobilis Emeritensis civis filia, à Presbytero Donato fidem Christi edocta, paterna cura, ob metam persecutionis sub Maximiano Imperatore in loco, qui dicebatur Porcejana, & parentis possessio erat, in finibus Provincie Beticæ prope Emeritam milliario trigesimo custodiebatur cum Felice Confessore, & Julia virgine, aliisque Deum timentibus. Adesiquidem ejus viri boni præceptis Eulalia sitienter adhæsit, ut non Christianos solum exactè ritus servaret, verùm dari sibi occasionem expeteret, qua per martirium posset ad coelum evolare. Audiens

autem, Dacianum multos Christianorum tormentis afficere ob Christi nomen, egressa domo nocte pedibus per invia pergens, una cum Julia sibi convirginali (quæ etiam eodem die martyrium passa est) in civitatem devenit.

℞. Audiens Eulalia sævitiam tyranni, & Christianorum cruciatus, latibula perosa noctu septa, claustraque fugax aperit, & iter ingreditur per invia, & vepribus oblita loca: * Angelico tamen comitata choro, & luce cœlitus demissa.

¶. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit: lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Angelico.

Lectio v.

Civitatem autem ingressa, ad Tribunal Calphurniani, quem Legatum in urbe Emerita Dacianus reliquerat, accedens, increpare coepit illius sævitiam, & insaniam, quod Deum verum colentes supplicijs vexaret, & doemonum simulacra colere faceret. Quam Præses audiens, primum verbis demulcere aggreditur, ne in tam tenera ætate (tertiumdecimum enim annum agebat) vitam perdere vellet. Adhortabatur etiam, ut dis-

in-

incensum adoleret. Quod beata virgo renuens fustibus cæditur, & unguis ab utroque latere usque ad ossa dilaniatur. In quo tormento virgo læto ore notas numerans, in hæc verba prorupit: Scriberis ecce mihi Domine: quam juvat hos apices legere, qui tua, Christe, trophæa notant, nomenque tuum elicit sanguinis purpura loquitur.

℞. Beata Eulalia lætissimè, & constanter festinabat ad martyrium: * Quasi ad epulas invita: & agonem suum Domino precibus comendabat.

¶. Nobilibus orta natalibus ab ignobili gaudens trahebatur ad martyrium. Quasi.

Lectio vi.

Ad hæc insaniens Præses jussit, eam collo tenus in vivam calcem immergi, aqua super infusa, ipsamque virginem liquefacto plumbo perfundi. Verùm, cum nec ardor ille Eulaliæ noceret, novissimè in equuleo extenditur, & ardentibus facibus, lampadibusque latera ejus aduruntur, quarum flammam in caput, & faciem involitantem virgo aperto ore hausit. Undè progrediens columba candidissima in cœlum spectantibus cunctis, evolavit

quarto Idus Decembris. Licet ribus autem fugientibus, saneto corpore in equuleo relicto magna nivis copia descendit, quæ forum, corpusque virginem vice lintei candidi tegebant. Indè clam à Christianis ablatum sepultura traditum est, & in Hispaniarum devastatione à Saracenis, in Ovetensem Ecclesiam translatum est: ubi magna cum veneratione colitur; eamque Urbanus Octavus Pontifex maximus in Patronam perpetuam dicti Episcopatus Ovetensis, concessit anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo trigesimo nono,

℞. Ad passionem ducta Eulalia tyranno dixit: Quid persequeris Christianos, & niteris in vanum perdere virginem Dei? * Dominus me docet in veritate sua: ideo non seduces adolescentiam meam. ¶. Ego annorum sum tredecim, putas ne ætatem meam tuo posse terrore turbari? Dominus. Gloria Patri. Dominus.

In tertio Nocturno.

Añā. Dominus docet me in veritate sua; ideo non seduces adolescentiam meam.

Añā. Terrenæ vitæ blandimentis non delector, alte-

Kkk

raaa

ram beatam spero vitam.

Añã. Habeo sponsum divitem, immortalem, qui te, tuosque perdet.

Ÿ. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℞. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectiones de Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile erit regnum cœlorum, ut in *Communi Virginum.*

℞. VII. Diversis tormentorum generibus macerata, pendens in equuleo super his omnibus gloriabatur Eulalia, commemorans se ipsam in quibus se ab infantia præparaverat: * Omnibus se audientibus exhortans dicebat.

Ÿ. Credi oportet unum, & verum Deum Patrem coelestem, & Jesum Christum Filium ejus omnipotentem, cum Spiritu Sancto adorandum, qui est benedictus in sæcula. Omnibus.

℞. VIII. Ardentibus facibus, lampadibusque ejus latera adurentibus, earum flammam in caput, & faciem involitantem ore aperto hausit virgo: * Ex quo prodiens columba candidissima, spectantibus cunctis, in cœlum evolavit.

Ÿ. En dilectus meus loquitur

mihi: surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Ex quo. Gloria Patri. Ex quo.

AD LAUDES, ET PER
Horas.

BEata Eulalia fide plena, spe intrépida, charitate flagrans ad martyrium sponte festinabat.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de *Dominica.*

Añã. Crudelibus lacerata verberibus, fortiori animo Prætoris sævitiam, & Cæsaris vanam religionem increpabat.

Añã. Tamquam aurum in fornace probata, laudes Domino decantans, incolumis exivit á flammis.

Añã. Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum, nec verbera, nec ignis, nec calx, nec plumbum nocuere corpori meo.

Añã. Qua Spiritus Sanctus specie apparere non dedignatur, Eulaliæ spiritus ad coelestem paradysum evolavit.

Capitulum 1. Cor. 10. d.

FRatres: Qui gloriatur, ut in *Vesperis.*

Hymnus.

LAmpades postremò virgini ligatæ.

Ap-

Applicat, quæ ignem caput occupantem

Transfert in pectus, hiantemque ore hausit aperto.

Spiritus formam recipit columbæ,

Quæ volans cœlum penetrat: coruscum:

Contremittit licitor fugiens, relicto corpore solo.

Membra tam sævè lacerata nuda.

Contegit cœlum nive decedente,

Donat hæc pura Attalicos: amictus artubus almis.

Virgo, quæ est firma Emeritæ columna,

Astures fortes faveas benigna: Qui tibi semper referant. Patronæ omnia fausta.

Audias quod nos ferimus jubenter

Supplices votum: recipe, & secunda.

Tempora indulge, ut tibi personemus carmina sancta.

Sit decus Patri, genitæque Proli,

Et tibi compar utriusque virtus;

Spiritus semper, Deus unus: omni temporis ævo. Amen.

Ÿ. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

AD BENEDICTUS.

Añã. Beata Eulalia, dum lampadibus ardentibus ureretur, Prætori dixit: Assum est jam corpus meum, jube sale conspergi, ne coelesti sponso insipidum præpares holocaustum.

ORATIO:

OMnipotens sempiternæ, ut in *Vesp.*

Ad Horas omnia de Communi Virginum & Martyr. præter Añãs. proprias & Orationem.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

Ÿ. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat.

Añã. Ad conspectum columbæ prodeuntis ab ore Beatæ Eulaliæ pavidi fugiunt lictores, relicto corpusculo nudo, quod nix è coelo subito demissa, vice linteoli candidissimi operuit.

Deinde fit: comm. Octav. & Feria.

Kkk 2

DIE

DIE XI. DECEMBRIS.

Quarta die infra Octavam
Immaculatæ Conceptionis
B. Mariæ Virg.

*Fit de Sancto Damaso Pa-
pa, & Confess. semidup.
In Laudibus fit commemorat.
Octavæ, & Feriæ.*

DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octavam
Immaculatæ Conceptionis
B. Mariæ Virg.

*Intra Regnum Navarræ fit
de Festo Translationis Almæ
Domus Lauret. cum comm. fer.
tant.*

*Extra fit de S. Eulalia
Virg. & Mart. dup. (Hisp.)
In Laudibus fit commemorat.
Octavæ, & Feriæ.*

DIE XIII. DECEMBRIS.

Sexta die infra Octavam Im-
maculatæ Conceptionis
B. Mariæ Virg.

*Fit de Sancta Lucia Virg.
& Marty. dup.
In Laudibus fit commemorat.
Octavæ, & Feriæ.*

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octavam
Immaculatæ Conceptionis
B. Mariæ Virg.

*In primo Nocturno Lectiones
de Scriptura occurrente.*

*Si autem hoc die occurrat
Feria 4. Quatuor Temporum,
Lectiones primi Nocturni le-
guntur ut in die Festi, & Lec-
tio 9. de Homilia Feriæ.*

IN II. NOCTURNO.

Lectiones.

Dominus noster Jesus-
Christus, &c. ut in Pag.
15. Bz. Bz. verò ut in Pag. 3.
et 4.

IN III. NOCTURNO.

*De Homilia S. Bonaventuræ
Episcopi: Laudat hæc mulier,
in Evangelium: Loquente Je-
su ad turbas, ut in Pag. 16.
cum Bz. Bz. ut in Pag. 4. & 5.*

DIE XV. DECEMBRIS.

Octava Immaculatæ Concep-
tionis B. Mariæ Virginis.
Duplex.

*Omnia ut in die, præter lec-
tiones.*

*In primo Nocturno, Lectio-
nes de Scriptura occurrente.*

*Si autem hac die occurrat
Fer. 4. Quatuor Temporum,
Lectiones 1. Nocturni legun-
tur ut in die Festi, & Lectio
9. de Homilia Feriæ.*

IN II. NOCTURNO.

Lectiones.

Summa Dei sapientia, ut
in Pag. 18. cum Bz. Bz. ut
in Pag. 3. & 4.

IN III. NOCTURNO.

*De Homilia S. Bonaventuræ
Episcopi: At ille dixit, in
Evangelium: Loquente Jesu
ad turbas, ut in Pag. 19. Bz. Bz.
verò ut in Pag. 4. & 5.*

*In Laudib. fit comm. Feriæ.
In 2. Vesperis, omnia ut in
2. Vesperis Festi, cum com-
memorat. sequentis, & Feriæ.*

DIE XVI. DECEMBRIS.

In Festo Sancti Eusebii Episcopi,
& Martyris. Semi-
duplex.

*Omnia de Communi unius
Martyris præter ea, quæ hic
assignantur propria.*

ORATIO.

Deus, qui nos Beati
Eusebii Martyris tui,

atque Pontificis annua solem-
nitate lætificas; concede propi-
tius; ut cujus natalitia colimus,
de ejusdem etiam protectione
gaudeamus. Per Domium.

*Deinde fit Commemoratio
Feriæ Adventus.*

*In primo Nocturno, lectiones
de Scriptura occurrente.*

In Quat. Temp. A Mileto

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Eusebius natione Sardus,
Romanæ Urbis Lector,
post Vercellensis Episcopus,
ad hanc regendam Ecclesiam,
merito est creditus, divino
electus iudicio; nam quem
numquam ante constituti
Electores cognoverant post-
habitis civibus, simul ut vide-
runt, & probaverunt, tantum-
que interfuit, ut probaretur,
quantum ut videretur. Primus
in Occidentis partibus in ea-
dem Ecclesia eosdem mona-
chos instituit esse, quos Cle-
ricos, ut esset in ipsis viris,
& contemptus rerum, & ac-
curatio Levitarum. Arianis
impietatibus ea tempestate
per Occidentem longè, latè-
que traductis, adversus eas
viriliter sic dimicavit, ut ejus
invisita fides Liberiam Sum-
mum Pontificem ad vitæ sola-
tium

tium erigeret. Quare hic sciens, in ipso fervere spiritum Dei, cum ei significasset, ut penes Imperatorem una cum suis Legatis patrocinium Fidei susciperet, mox cum illis profectus est ad Constantium, apud quem enixius agens, quicquid legatione petebatur, obtinuit, ut Episcoporum nempe coetus celebraretur.

R. Honestum fecit. Pag. 39.

Lectio v.

Collectum est Mediolani anno sequenti Concilium, ad quod à Constantio invitatum Eusebium, concupitumque, ac vocatum à Liberii Legatis tantum abest, ut malignantium Synagoga Ariatorum, contra Sanctum Athanasium furentium, in suas partes adduceret, ut potius disserte statim ipse declarans, è presentibus quosdam sibi comperatos hæretica labe polutos, Nicœnam imò fidem proposuerit iis subscribendam, antequam cetera tractarentur. Quod Arianis acerbè iratis negantibus, nedum in Athanasium recusavit ipse subscribere, quin Sancti Dionysii Martyris, qui deceptus ab ipsis subscripserat, captivatam simplicitatem

ingeniosissimè liberavit; quam obrem illi graviter indignantes, post multas illatas injurias, exilio illum multarunt; sed sanctus vir, excusso pulvere, nec Cæsaris minas veritus, nec enses obstrictos, exilium veluti sui ministerij officium accepit, missusque Scythopolim, famem, sitim, verbera, diversaque supplicia perpeßus, pro fide strenuè vitam contempsit, mortem non metuit, corpus carnificibus tradidit.

R. Desiderium animæ. Pag. 40.

Lectio vi.

Quanta in eum tunc Arianorum crudelitas fuerit, ac effrons in verecundia, ostendunt graves litteræ plenæ roboris, pietatis, ac religionis, quas è Scythopoli scripsit ad Vercellensem Clerum, & populum, aliosque finitimos, è quibus etiam est exploratum, ipsorum nec minis, inhumanaque sævitia potuisse unquam eum deterreri, nec serpentina blanda subtilitate ad eorum societatem perducì. Hinc in Cappadociam, postremoque ad superiores Egypti Thebaidas pro constantia sua deportatus exilij rigores tulit ad mortem usque Constantij, post quem ad gregem suum reverti per-

DIE XX. DECEMBRIS.

In Festo S. Dominici Silensis, Abbatis. Dup.

Omnia de Commun. Confess. non Pontif. præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Dominici Confessoris tui præclaris vitæ meritis decorasti, & in liberandis Captivis gloriosis lætificasti miraculis; concede nobis famulis tuis, ut & ipsius instructumur exemplis, & ab omni vitiorum servitute eius patrocinio liberemur. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno Lectio- nes, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Dominicus Abbas honestis parentibus natus est Cannis, oppidulo ad radices Jubedæ montis in Cantabris. Quem ab ipsa pueritia mirus monastica vitæ ardor occupavit: adeò, ut, relicta gregis paterni cura, in solitudinem secesserit. Sed, cum parum ei tuta videretur illa solitudo, insigne S. Æmiliani Coenobium adiit:

permissus, non prius redire voluit, quàm reparandis fidei jacturis ad Alexandrinam Synodum sese conferret, postque medici præstantis instar peragrans Orientis Provincias, in fide infirmos ad integram valetudinem restitueret, eos instituens in Ecclesiæ doctrina. Inde salubritate pari digresso in Illyricum, tandemque in Italiam delato, ad ejus reditum lugubres vestes Italia mutavit, ubi postquam Psalmorum omnium expurgatos à se commentarios Origenis edidit, Eusebiique Cæsariensis, quos verterat de Græco in Latinum; demum tot egregie factis illustris ad immarcescibilem gloriæ coronam tantis ærumnis promeritam, sub Valentiniano, & Valente, Vercellis migravit.

R. Stola jucunditatis. Pag. 40.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Si quis vult post me venire, ut in communi unius Martyr. 2. loco.

R. viii. Domine prævenisti.

adiit: ubi cum diu sub habitu, & disciplina monastica vixisset magna sanctitatis opinione, Ecclesie Cannarum regendae praeficitur; inde in Coenobium Sancti Aemiliani revocatus, Prior efficitur. Verum dum Cantabrorum Regi, quaedam à Coenobio injustè exigenti constantissimè resistit, ab eodem in Jubedæ montis in via duobus monachis comitibus actus est. Qui ejus furori cedere cupiens, ad Ferdinandum Castellæ, & Legionis Regem, nominis ejus primum se contulit. Qui viri Dei sanctitate motus, illum ad se ad euntem benigne, & honorificè excepit, & Coenobio Sancti Sebastiani praesse voluit, addito ab Episcopo Diocesano Abbatis titulo.

℞ Honestum fecit. Pag. 46.

Lectio v.

ERat autem ipse locus infrequens, utpote qui sterilibus quibusdam Jubedæ montis collibus subjaceat qua mons ipse Celtiberos tangit. At claritate miraculorum, quæ quotidie per servum suum Dominicum operabatur Deus, tam celebris, ac frequens factus est, ut eo tempore per Hispaniam nullus illustrior esset. Nulla

enim ferme morborum genera erant, quæ Dominici precibus ab hominum corporibus non pellerentur. Undè Coenobio in augustiorem formam erecto, magno etiam monachorum numero coaluit. Regibus, ac populis multa illi certatim offerentibus; quin etiam singulari privilegio servum suum insignivit Dominus, ut Christiani, qui apud Mahometanos vinciti multis ferri ponderibus tenebantur, invocato Dominico, liberarentur.

℞. Amavit eum. Pag. 46.

Lectio vi.

DENUM gravi morbo correptus, Ecclesie Sacramentis devotissimè susceptus, migravit ad Dominum anno Domini millesimo septuagesimo quarto. Eo autem die, quo migravit à corpore, visa est à pueris quibusdam illius anima triplici corona decorata in coelum subvolare. Corpus verò eius in eodem Coenobio conditum hodie cernimus, quod Sanctum Dominicum de Sylos appellamus. Ad cujus sepulchrum orans Joanna Felicis Guzman uxore, olim infœcunda, filium impetravit, cui sancti huius viri propterea nomen imposuit. Quod quidem ipse mira vitæ sancti-

tita-

titate, sacroque Prædicatorum Ordine Instituto, multo reddidit illustrius, quàm accepit.

℞. Iste homo perfecit. Pag. 46.

Lectioes tertii Nocturni, Homilia in Evangelium: Ecce nos reliquimus omnia, de communi Abbatum.

Missa: Os Justi, pro Abbatibus.

Oratio: Deus, qui Ecclesiam tuam.

—
DIE XXX. DECEMBRIS.

In Festo Translationis S. Jacobi Apostoli, & Hispaniarum Apostoli, & Patroni. Dup. majus.

In utrisque Vesp. Añã. Tecum principium: cum reliquis Antiphonis, & Psalmis ex 2. Vesperis Nativitatis Domini.

Capitulum, Hymnus ad Magnificat, Añã. V. & ℞. ex die 25. Julij.

ORATIO.

DEUS, qui dispositione mirabili corpus Beati Jacobi Apostoli tui de Jerosolymis ad Hispaniam transferri & in Compostella gloriôsè sepeliri voluisti: concede quæ-

sumus: ut ejus meritis, & precibus in coelesti Jerusalem collocari mereamur. Per Dominum.

Postea fit commemoratio S. Thome Cantuariensis, si non contingat transferri, deinde Obituar.

Ad Matutinum, & Horas, omnia ut in Festo ejusdem Sancti 25. Julij, etiam Lectioes 1. & 3. Nocturni cum ℞. ℞.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Compostellanae Ecclesie monumentis traditur, Sancti Jacobi Zebedai filii corpus ex urbe Jerosolyma per vastissimum mare, singulari Dei providentia advectum, ad extremas Hispaniæ oras appulisse. Cumque in Iria Flavia (quod est Gallaciæ oppidum) portu primum constitisset, non longe ab eo portu, in loci qui nunc Compostella dicitur, conditum, ubi frequentes persecuciones, longo tempore latuisse. Sacrum hunc thesaurum, Alfonso Rege Legionis (qui ubi insignem predicatam Castus dicitur) est) divinitus indicatum, idem Rex insigni Basilica, aliisque donis exornavit.

℞. Assumpsit Jesus. Pag. 23.

Ill

Lec-

Lectio v.

A Beotempore, multis magnisque miraculis Sancti Jacobi memoria nobilitari cæpta est. Ipse etiam gloriosus Apostolus, in difficillimis prælis palam se conspiciendum præbens, Hispanos adversus infideles pugnantes mirificè juvit. Quare factum est, ut universa Hispania Sanctum Jacobum præcipuum sibi Patronum divino munere concessum adsciverit; & usque ad hanc diem in primis coluerit. Cæterum tanti Apostoli crebra miracula non modo intra Hispanias, sed in omnibus etiam Christianis Provinciis celebrata, fecerunt, ut, quem admodum Jerosolymam ad sepulchrum Domini, & Romam ad Apostolorum limina, sic etiam Compostellam ad Sancti Jacobi reliquias undique confluent, religionis, & voti causa ex toto Christiano orbe peregrini.

Bz. Potestis bibere. Pag. 23.

De Expositione Sancti Augustini Episcopi super Psalmum octogesimum sextum.

Lectio vi.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion. Quare sunt fundamenta Apostoli, & Prophetæ? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portæ? Quia per ipsos intramus ad regnum Dei. Prædicant enim nobis, & cum per ipsos intramus, per Christum intramus. Ipse est enim janua. Et cum dicuntur duodecim portæ Jerusalem, & una porta Christus, & duodecim portæ Christus, quia in duodecim portis Christus: & idè duodenarius numerus Apostolorum Sacramentum magnum hujus duodenarii significatio est numeri. Sedebitis, inquit, super duodecim sedes, judicantes duodecim Tribus Israel.

Bz. Assumpsit Jesus Petrum. Pag. 23.

In 2. Vesperis. omnia ut in primis præter v. Bz. & Añia. ad Magnif. quæ sunt ut in die 25. Julii.

Oratio ut supra.

Com. sequent. & Octavar.

ORDO

ORDO RECITANDI OFFICIUM

S. Jacobi Apostoli in Feria secunda.

EX Indulto Clementis IX. sub dato Romæ 23. Julii 1667. in omnibus Hispaniarum Regnis fit Officium de Sancto Jacobo Apostolo, eorumdem Regnorum Patrono, sub ritu semiduplici, in omnibus Feriis secundis non impeditis festo novem Læctionum, excepto Adventu, Quadragesima, & Vigilia, sive cum jejuniis, sive absque jejuniis, ex novo Decreto Sac. Rit. Congregat. die 20. Martii 1706. & ex Declaratione, & Decreto Sac. Rit. Congregat. 16. Februarii 1669. Omitti debet etiam Officium prædictum in Feria secunda impedita festo duplici, vel semiduplici etiam translato, sive sit de præcepto, sive ad libitum (ubi de Sanctis ad libitum recitatur) ac etiam Infractavas, & Feria secunda Rogationum. Officium incipit à primis Vesperis, & idè in secundis Vesperis Dominicæ fit commemoratio Sancti Jacobi, dicuntur Suffragia communia Sanctorum, & Preces ad Primam, & Completorium.

Omnia sicut in die festo Sancti Jacobi in Sanctis Hispan. Tèmpore Paschali fit Officium eodem modo, exceptis Versiculis Vesperarum, & Laudum, Hymno ad Matutinum, Antiphonis, & Versiculis Nocturnorum, ac Responsoriis brev. & Versiculis Horarum, quæ dicuntur de Communi Apostolorum tempore Paschali.

Octava Benedictio erit: *Cujus festum colimus, ipse intercedat pro nobis ad Dominum.* Extat de hoc Decret. Sac. Rit. Congregat.

In primo Nocturno leguntur Læctiones de Scriptura occurrente.

In secundo, & tertio Nocturno Læctiones de octava, ordine sequente.

Mensibus Januarii, Februarii, & Martii ex ejus die festo, tunc sexta Læctio terminatur in illis verbis: *Ex toto terrarum orbe peregrinis.*

Mensibus Aprilis, Maij, & Junii, ex tertia die Infractava.

Lil 2.

Vama.

vam: & si non sit dicenda nona Lectio de aliquo Sancto simplici occurrente, Lectio octava dividitur ab illis verbis: *Quid igitur ait Christus?*

Mensibus Julii, Augusti, & Septembris, ex die sexta Infraoctavam, & lectio octava dividitur ab illis verbis: *Ita undique illos compellebat.*

Mensibus Octobris, & Novembris (in Decembri non habet locum) ex die Octava, & Lectio octava dividitur ab illis verbis: *Quod si putant dicendo.*

Missam dicitur sicut in die ejus Festo 25. Julii, cum *Gloria*, & sine *Credo*, & tribus Orationibus pro temporis diversitate: & in Oratione *A cunctis*, in littera *N.* ubi specificari solet nomen S. Jacobi, loco eius specificandum est nomen Patroni, vel Titularis, de quo in Officio dictum est suffragium.

Post Septuagesimam omissa *Alleluia*, & Versu sequenti, dicitur *Tractus*, qui habetur in Missa Votiva de Apostolis.

Temp. Pasch. Miss. ut in die 25. Julii: *Ponam.* In Introitu. 2. *Allel.* In Offertor. & Post commun. 1. *Allel.* & sine Gradual. nec *Credo.*

QUA HORA PRIDIE RECITARI POSSINT MATUTINUM, & Laudes.

Matutinum cum Laudibus privatim recitari potest Vespere antecedente, quando Sol est propinquior ad Occasum quam ad Meridiem, & pro faciliore directione dignoscendæ horæ, qua pridie recitari possit Matutinum, prodit Romæ Typis Cameræ Apostolicæ quædam Tabella, & Breviario novissimè in eadem Urbe impresso ex commissione Sac. Rit. Cong. reviso, Privilegioque Summi Pontificis confirmato, appositâ, qua pro Hispania ad horas horologii nostri accommodatas sic se habet.

A Die 1. Januarii usque ad 20 ejusdem potest recitari Matutinum hora 2. cum dimidia.

A 21. Januarii usq. ad 24. Februar. hora 2. cum trib. quadr.

A 25. Februarii usque ad 17. Martii hora 3.

A 18. Martii usq. ad 3. Aprilis hora 3. cum quadrante.

A 4. Aprilis usque ad 20. ejusdem hora 3. cum dimidia.

A 21. Aprilis usque ad 31. Maii hora 3. cum trib. quadr.

A 1. Junii usque ad 31. Julii hora 4.

A 1. Augusti usq. ad 20. ejusd. hora 3. cum tribus quadr.

A 21. Augusti usque ad 6. Septembris hora 3. cum dimidia.

A 7. Septembris usque ad 23. ejusdem hor. 3. cum quadr.

A 24. Septembris usque ad 19. Octobris hora 3.

A 20. Octobris usq. ad 17. Novemb. hora 2. cum trib. quadr.

A 18. Novemb. usq. ad 14. Decemb. hora 2. cum dimidia.

A 15. Decembr. usque ad 31. ejusd. hor. 2. cum quadrante.

QUA HORA POTEST CELEBRARI MISSA.

Missam privata (ait Rubrica XV. Missalis) dici potest quacumque hora ab Aurora usque Meridiem; & ad Auroram dignoscendam (Meridies in Hispan. quoad hoc per se nota est) additur sequens Tabella, in qua notantur horæ, in quibus incipit Aurora, in cujus principio inchoari potest Missa, vel paulo ante, dummodo possit finire postquam Aurora incepta sit.

A Die 23 Januarii usque ad 8. Februarii incipit Aurora hora 5. cum dimidia.

A die 9. Februar. usque ad 21 ejusd. hor. 5. cum quadrante.

A 22. Februarii usque ad 5. Martii hora 5.

A 6. Martii usq. ad 17. ejusd. hora 4. cum tribus quadr.

A 18. Martii usque ad 17. ejusdem hora 4. cum dimidia.

A 28. Martii usque ad 6. Aprilis hora 4. cum quadrante.

A 7. Aprilis usque ad 15. ejusdem hora 4.

A 16. April. usque ad 26. ejusd. hora 3. cum tribus quadran.

A 27. April. usque ad 5. Maii hora 3. cum dimidia.

A 6. Maii usque ad 15. ejusd. hora 3. cum quadrante.

A 16. Maii usque ad 27. ejusd. hora 3.

A 28. Maii usque ad 7. Junii hora 2. cum trib. quadrant.

A 8. Junii usque ad 16. ejusd. hor. 2. cum dimidia.

A 17. Junii usque ad 28. ejusd. hora 2. cum tribus quadran.

A 29. Junii usque ad 7. Julii hora 4.

A 8. Julii usque ad 16. Augusti hora 3. cum quadran.

A 17. Augusti usque ad 27. ejusd. hora 3. cum dimidia.

454

- A 28 Augusti usque ad 9 Septemb. hora 3. cum trib. quadr.
 A 10 Septembris usque ad 15 ejusdem hora 3.
 A 16 Septembr. usque ad 26 ejusd. hora 4. cum quadr.
 A 27 Septembr. usque ad 8 Octobr. hora 4. cum dimidia.
 A 9 Octobr. usq. ad 20 ejusd. hora 4. cum tribus quadr.
 A 21 Octobr. usq. ad 2. Novembris hora 5.
 A 3 Novembris usq. ad 20 ejusd. hor. 5. cum quadr.
 A 21 Novembr. usq. ad 22 Decembr. hora 5. cum dimidia.
 A 23 Decembr. usq. ad 22 Januarii hor. 5. cum trib. quadr.

ORDO CELEBRANDI SINGULAS MISSAS VOTIVAS PRIVATAS.

*Juxta Rubricas general. & particular. Missal. ac Decreta
 S. R. C.*

AD rite ordinandas singulas Missas votivas privatas, præmittuntur aliqua, per quæ tollantur dubia, ac difficultates, quæ occurrere possint. Videlicet:

I. Tempus celebrandi Missas votivas privatas est ad arbitrium Sacerdotis quocumque die non impedito Officio dupplici, aut Dominicæ in die Dominicæ. Prohibentur tamen Missæ votivæ privatæ infra Octavas Nativitat. Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, ac Corporis Christi. Item, feria 4. Cinerum. Hebdomada majori, ac Vigillis Nativit. Domini, Epiphaniæ, & Pentecostes.

„ Licet autem prædictæ Missæ Votivæ pro Sacerdotis devotione quacumque die dici possint per hebdomadam, quando Festum duplex non occurrit; hoc tamen passim, nisi rationabili de causa, fieri non debet; sed quoad fieri potest, Missa cum Officio conveniat. Cuique autem diei propria Missa potest assignari, ut Feria secunda (nisi dicatur pro Defunctis) Missa de SS. Trinitate; Feria tertia de Angelis; Fer. 4. de Apostolis; Fer. 5. de Spiritu Sancto, vel de

SS.

„ Ss. Eucharistiæ Sacramento: Fer. 6. de Cruce, vel de Pas-
 „ sione Domini: Sabbato de S. Maria.“ *Ita habet. de Rubric.
 Missar. Votivar. in fine Missal. sub Tit. XVII. num. 1.*

II. Ss. D. Noster Paulus Pap. V. declaravit, & sancivit, amplius recipi, aut dici non debere quasdam Missas votivas, seu Collectas, quæ propriæ sunt solemnitatum, ut in Missali Romano designantur: ejusmodi sunt Missæ Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, & Ascensionis D. N. J. C. Nativitatis, Purificationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Joannis Baptistæ, & aliæ hujusmodi, quæ proprios habent Introitus &c. & Sacerdos satisfaciat dicendo Miss. de temp. occur.

Igitur Missa Votiva Ss. quæ incipit *Gaudeamus omnes &c.* vel simil. non debet dici extra Octav. festor. sed sumatur de Communi. Item, si exigatur Missa votiva de Assumptione B. M. V. aut de aliis ejusd. festivitatis supra enuntiatis, extra earum Octav. dicatur Missa inter Votivas B. M. tempori congruens. *Ita Gavant. de Miss. Votiv. part. 4. tit. 17. num. 8.*

III. Tempore Paschali in fine Introitus cujuslibet Missæ Votivæ dicuntur duo *Alleluia*; & in fine Offertorii, & Communionis additur unum *Alleluia*, ubi non habetur. *Ex Rubr. ubi supra. num. 2.*

IV. *Gloria in excelsis* non dicitur in Miss. Votiv. privat. except. Votiva B. M. quando dicitur in Sabato, quia si in aliis dieb. celebrat. etiam omittitur. In Miss. Votiv. Angelorum, semper dicitur *Gloria in excelsis*. *Ex Rubr. ubi supra num. 1. & Rubr. generali. tit. 8. num. 4.* Dicitur etiam Hymnus Angelicus in Missa de Sancto, qui titulus est Altaris, in die Festo illius, de quo tamen non recitatur Offic. sed Missa tantum, ad ejusd. Altare: est enim hæc Missa ex votivo, & festivo mixta. *Ita Gavant. part. 1. titul. 9. num. 16. in fine.*

V. Oratio in Missa Votiva alicujus Sancti dicatur prout in Officio proprio habetur. Si autem contineat verbasequent. *Natalitia, Solemnitatem, Diem festum*, vel similia, intentur in hæc: *Memoriam, vel Commemorationem &c.* *Ex Gavant. de Miss. Votiv. part. 4. titul. 17. num. 13.*

VI. Graduale, duo *Alleluia*, versus, & post ipsum unum

Al-

Alleluta, dicuntur in Miss. Votiv. ab Octava Pentecostes usque ad Septuagesimam, à Septuagesima vero usque ad Dominicam Palmarum dicit. *Gradual.* sed omittitur *Alleluia*, & eor. loco dicit. *Tract.* Toto tempore Paschali non dicit. *Graduale*, nec *Tract.* sed tantum duo *Alleluia*, cum sequen. *Ps. Ps.* ad usum præfati temp. Pasch.

VII. Credo nunquam dicitur in Missa priv. *Ex Rubr. Missal. ante Miss. Vot. Ss. Trinitat. Ex tit. 17. de Rubr. Miss. Vot. in fine Miss.*

VIII. In *Miss. Votiv. dicit.*, Præfatio propria, si propriam habeant (velut de Ss. Trinit. de Spiritu Sancto, de S. Maria &c. Si verò non habuerint, dicit. Præfatio de tempore, vel de Octava, infra quam contigerit hujusmod. Miss. celebr. alioquin Præfatio Communis. *Rubr. Missal. tit. 12. num. 4.*

IX. Infra Octav. Ascens. *Communicantes* dicit. de Octava, *ex Decreto S. R. C. 18. Augusti 1627.* Extra hanc Octav. semper dic. Commun.

X. In *Miss. Votiv.* nunquam legitur in fine aliud Evangelium, nisi S. Joannis: *In principio erat, &c. Rubr. gener. tit. 13. num. 2. in fine.*

Iis ergo præmissis, ordo *Miss. privat. observ. ut infra.*

DE SS. TRINITATE.

Missa propria inter Votivas, *Benedicta sit, &c.* sine Gloria, & sine Credo. Prima Oratio propria: 2. de Officio currenti: & 3. quæ alias secundo loco erat dicenda. Præfatio propr. *Qui cum Unigenito &c.* col. alb.

Pro Gratiarum actione.

MISSA Votiva de Ss. Trinit. vel de Spiritu Sancto, vel de B. M. V. In *Miss. de Ss. Trinitat.* omnia ut supra, sed 3. vel ultimo loco dic. Orat. *Deus, cujus misericordie &c.* quæ habetur immediate post *Mis. Votiv. de Ss. Trinit. col. alb.*

Si

Si de Spiritu Sancto dicat. Introitus erit *Spiritus Domini*, & alia, ut in *Miss. Votiv. Spiritus Sancti*: non dicit. Gloria, nec Credo: 1. Oratio propr: 2. de Officio currenti: 3. vel ultimo loco Orat. pro gratiarum actione, ut supra: Præf. de Pentec. *col. rub.*

Missa vero de B. M. dicitur illa inter Votiv. quæ tempori congrua: Et non dicitur *Gloria in excels.* (nisi fuerit Sabbat) nec Credo. Prima Oratio propria: 2. & 3. ut supra notat. & Præf. prop. *Et te in venerat.* Si occurrat Simpl. ejus Orat. in qualibet Missa erit ante illam, quæ pro gratiarum actione dicit. *Ex Gavan. part. 1. tit. 7. num. 7. & alibi.*

De Ss. Angelis.

MISSA propria inter Votivas *Benedict. Dominum &c.* cum Gloria: 1. Oratio propria: 2. de Officio currenti: 3. quæ alias 2. loco erat dicenda; sine Credo. Præf. Comm. &c; *col. alb.*

De Sancto Michaeli Archang. &c.

MISSA, ut in die Dedicat. ejusdem 29. Septembris. *Benedicite &c.* cum Gloria (sine Credo) 1. Orat. propr. 2. de Officio currenti, 3. quæ alias 2. loco erat dicenda, *col. alb.*

Eodem respectivo modo dicetur *Missa Votiva de S. Raphaeli Archang. & de S. Gabriele.*

De Ss. Apost. Petro, & Paulo.

MISSA propria inter Votivas *Mihi autem &c.* sine Gloria nec Credo, 1. Oratio propria, 2. de Officio currenti. ac 3. quæ alias 2. loco erat dicenda, quæ si esset *A cunctis*, ejus loco dicit. Oratio, *Concede.* Præf. propr. de Apostol. *Te Domine &c.* col. rub.

Si celebretur temp. Pasch. Missa erit, ut in Festo S. Marci 26. Aprilis, retentis tamen Oratione, Epistola, & Evangelio ex supradicta *Missa Votiva Apostolor. & omitt. Gloria, & Credo.*

Missa

Si

Si petatur Missa Votiva alterius Apostoli à Ss. Petro, & Paulo, dicat. Missa propr. ut in Festo illius, mutato (si adsit) nomine *Nativit. in Commemor.*, & omissio verbo *Hodie*, si habeat. demptis etiam Gloria, & Credo, cum col. rub. *Ex Merato in part. 1. Rubr. Miss. tit. 4. §. V. num. XXV.*

De Spiritu Sancto.

Missa propr. inter Votiv. *Spiritus Domini*, &c. sine Gloria, nec Credo, 1. Orat. propria, 2. de die curren. & 3. quæ alioquin foret 2. Præf. propr. demptis verb. *Hodie* na die, col. rub.

Ad postul. gratiam Spiritus Sancti.

Missa ut supra, mutatis tantum primis Orationibus, dicendo: *Deus cui omni*, &c. quæ habet. in fine prædict. Miss. vot. cum Secreta, &c. correspond.

De Ss. Eucharistiæ Sacramentum.

Missa propr. inter Votiv. *Cibavit* &c. sine Gloria, nec Credo, 1. Oratio propria, 2. de Officio currenti: 3. ea, quæ aliàs esset 2. Præfat. (sine Communicant.) de *Nativit. col. alb.*

De Cruce.

Propriæ Missa inter Votiv. *Nos autem* &c. sine Glor. nec Credo, 1. Oratio propria (quæ pro temp. Paschali erit illa, quæ in fine ejusd. Mis. Votiv. notat.) 2. Orat. de Offic. curr. ac 3. ea quæ aliàs dicenda foret 2. loco, Præf. propr. *Qui salutem.* col. rub.

De Passion. Domini.

Missa propr. *Humiliavit*: & omnia alia ut in Miss. de Cruce. In his duabus, etiamsi celebreat. infra hebdom. Pas-

Passion. dicitur Psalm. *Judica*, & alia de more. Pro hac Miss. adhib. col. viol.

De B. Maria Virgine.

Missa propr. inter Votiv. juxta temp. varietat. Non dicitur Gloria, nisi celebr. in Sabbato. Prima Orat. prop. 2. de Offic. currenti: 3. vero de Spiritu Sancto, sed hæc omittit. quando 3. loco facienda sit commem. alicuj. Simplic. &c. Non dicit. Credo, & Præf. erit prop. de B. M. *Et te in veneratione*, col. alb.

Si exigat. Miss. Vot. B. M. infra aliquam Oct. eisdem die, quo de infra Oct. fiat Offic. consultius dicatur Miss. de infr. Oct. Si vero dicat. Missa Votiva, observ. omnia, quæ supra adnotant. & nulla fiat comm. de Octava, nec dicit. Glor. (extr. Sabbat.) nec Cred. & tunc 2. Orat. de Spiritu Sancto, 3. Eccles. nisi occurrat simpl. Vigil. &c. quæ 2. loco dicet. & 3. de Spiritu Sancto.

Si vero contingerit Missam Vot. B. M. celebr. infr. aliquam B. V. Octavam, eo die quo fit de alicuo Festo semidup. dicat. Miss. de eadem Octav. sed more Votivo, sine Glor. nec Cred. nisi fuerit sabbat. tunc enim dicet. *Gloria*, Orat. erunt ut supra adnot. col. alb. Ex Decret. Sac. Rit. Congreg. die 2. Decembr. 1684. *Ex Merato ubi supra.*

De Sanctis.

SI de aliquo, aut aliquib. Sanctis Martyribus, Confessor. Virginib. (dummodo Beati tantum non sint) exigat. Missa Votiva, ea dicat. quæ habet. in eor. die Festo, vel sumat. de Communi. juxta ea, quæ supra adnot. sine Glor. nec Credo, 1. Orat. propr. si adsit, alioquin de Communi. 2. de Offic. currenti, & 3. quæ aliàs 2. loco erat dicenda. Præfat. commun. nisi celebr. infra Oct. prop. habent. Pro Martyr. erit col. rub. Pro aliis vero col. alb.

EPACTÆ SUPPLEMENTUM.

ORDO CELEBRANDI SINGULAS MISSAS votivas solemnes. Juxta Rubricas General. & particular. Missalis, ac Decreta S. R. C.

De Re gravi, vel publica Ecclesiæ causa.

I. **E**A dicitur, pro qua Clerus convenit cum Episcopo, aut Populus pro aliqua necessitate gravi; v. g. pro peste, pluvia, serenitate, &c. ad impetrandas à Deo gratias, seu pro impetratis gratias acturus. Ex Decreto 16. Januarij 1677. Pùblica Ecclesiæ causa per se patet.

Missæ Votivæ Solemnis de quibus Sanctis, aut diebus dici possit.

II. Missæ Votivæ solemnes celebrari possunt de omnibus SS. canonizatis, de eis, vel non commemoratis in Calendario. De beatificatis tantum minime potest dici, etiam si sit facultas recitandi, Missamque celebrandi in die eorum obitus. De illis SS. potest vero, nisi in diebus contentis sequenti in Decreto S. R. C. 27. Martij 1779. „Missæ votivæ solemnes pro re gravi, vel publica Ecclesiæ causa cantari non possunt in dup. 1. clas. Dominicis privilegiatis, ferijs Ciner. & Majoris Hebdomadæ, Vigilijs Pentec. & Nativ. Domini.

III. Sub *Dominicis privileg.* comprehenduntur Dominicæ quator Adventus, & quæ sunt à Septuages. usq. ad Dom. in Albis inclusivè, Dom. Pentec. & Ss. Trinit. cum hæc Dom. à Rubric. nominentur *Majores.*

Quæ

PRæter dictas, aliæ Missæ Votivæ habent. in Missali, nimirum *ad tollendum Schisma: pro remiss. peccator. &c.* in iis omnibus dic. Missa propr. in Missali assignat. sine Glor. nec Credo, 1. Orat. propr. 2. de Offic. currenti, 3. quæ alias 2. loco erat dicenda. Præf. comm. (nisi fit infr. Octav. propr. hab.) & col. viol.

FINIS.

Quæ Missæ cantari non possint.

I. Ss. D. N. Paulus V. declaravit, & sancivit, amplius recipi, aut dici non debere quasdas Missas, seu Collectas, quæ propriæ sunt solemnitatibus, ut in Missali Rom. designantur. Ejusmodi sunt, Nativit. Circumcis. Epiphaniæ, Resurrect. & Ascens. D. N. J. C. Purificationis B. M. V. S. Joannis Baptistæ, & aliæ hujusmodi, quæ prop. habent Introitum, &c. Et Sacerdos satisfaciatur, dicendo Missas de Temp. occurrente.

II. Igitur Missa votiva Ss. quæ incipit: *Gaudeamus omnes*, &c. vel simil. non debet dici extra eorum octav. sed sumatur de Comuni. Si inventiantur: *Natalitia Festa*, mutantur in *Commemorationem*. Si hæc: *hodie*, in *hodiernam diem*. vel quod melius est, dicatur Missa de *Comuni*. Item si exigatur Missa votiva de Assumptione B. M. V. aut de alijs ejusdem festivitibus, extra earum octav. dicatur Missa inter votiv. B. M. tempori congruens. Ita Gavantus de Missa votiva. p. 4. tit. 17. num. 8.

III. Temp. Paschal. in fine *Introitus* Missæ votivæ, duo *Alleluia* dicantur, in fine *Offertor.* & *Communions* unum *Alleluia*. ex Rubrica, ubi suprâ num. 3.

De Orationibus.

IV. Rubrica 9. num. 14. In Missis votiv. quando solemniter dicuntur pro re gravi, vel publica Ecclesiæ causa, una tantum oratio dicitur.

Sed si necessitas orationem prop. habeat, potest adjungi sub unica conclus. Si hæc Missa dicatur colore viol. non in ea dicitur: *Gloria in excels.* nec *Credo*. In Dominicis vero cum *col. viol.* dicitur *Credo*. sine *Gloria in excels.* si vero cum alio colore dicatur, adduntur semper *Gloria*, & *Credo*. Similiter etiam additur 2. orat. in Missa pro gratiarum actione, quæ est in Missali post Missam Ss. Trinit. sub. unica conclus.

De Præfatione.

V. In Missis votiv. sua prop. Præfatio dicitur; si prop. non habeatur, dicatur Communis, vel de temp. vel de infraoctava tunc occurrente. Si infraoct. tunc occurrens prop.

prop. Præfationem, & Communicantes habeat, & Missa votiv. similiter habeat, tunc dicatur Præfatio ipsius Missæ votiv. & Communicantes de infraoctava. *Rub. Missalis tit. 12. num. 4. & Decretum Clementis XI. 29. Septemb. 1714.*

VI. De Ite Missa est, seu Benedicamus Domino, & ultimo Evangelio.

In fine Missarum votiv. dicitur: *Ite Missa est*. si in eisdem dictum fuerit: *Gloria in excels.* alioquin: *Benedicamus Domino*. Si in infraoctava Resurrection. aliqua Missa votiv. solemniter celebretur, non dicitur: *Ite Missa est cum Alleluia*. In Missis votiv. ultimum Evangelium vero semper dicitur S. Joannis: *In principio erat Verbum*.

De S. Patrono, seu Titulari alicujus Ecclesiæ.

I. Si occurrerit dies Patroni, aut Titularis alicujus Ecclesiæ, vel quod alicubi mos est celebrandi Festum cum magno Populi concursu, poterit in illa Ecclesia cantari una Missa de tali Patrono, Titulari, seu de Festo, etiam si Festum, & ejus Officium transferendum sit. *ex Rubric. 6. Missalis tit. de Translatione Festorum.*

II. Sed ejusmodi Missa locum non habet in Dom. 1. Adventus. Fer. 4. Ciner. Dom. 1. Quadrages. Dom. Palm. cum tota sua Hebdomada majori. Dom. Resurrect. & Pentec. (ambæ) cum suis duobus seq. diebus, Die Nativit. Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & Festo Corp. Christi.

In Cathedral. & Collegiat. & ubi ex Fundatione, seu Constitutione est obligatio cantandi quotidie Missam Parochial. duæ debent celebrari; una de die, altera solemniter, in qua unica orat. cum Gloria, Credo, & Præfatione ut supra dicitur.

III. In alijs vero Eccles. ubi commode non nisi una Missa dicitur, sit de Patrono, seu de Titulari, in qua debent fieri omnes commemorationes, quæ non omittuntur in Festis dup. 1. clas. nempe de Dominica, Ferijs majoribus Adventus, & Quadragesimæ, &c. quo casu ultimum Evangelium debet dici de Dom. vel fer. si habet.

De Infraoctav. Corporis Christi.

Concessio Divinum Officium recitandi, ac Missam celebrandi singulis diebus Octavæ Sanctissimi Corporis Christi, de eadem oct. ab omnib. & singul. utriusq. sexus Christi fidelib. tam sæcularib. quam Regularib. qui qd. Hor. Canonicas tenent. degentib. in Regnis, & Dominijs S. C. R. N. Caroli III. Ad cujus Preces Ss. Dñs. noster Pius Papa VI. hoc indulxit.

HISPANIAR.

AD magis augendum, promeendumq. cultum, & venerationem erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, Eques Joseph Monius nomine Serenissimi Caroli III. Hispaniarum Regis Sanctissimo Dño. nostro, Pio Papæ VI. enixe supplicavit pro indulto utriq. Clero in omib. Regnis, ac Dominijs eidem Serenissimo Regi subjectis degentibus recitandi singulis diebus Octavæ Sanctissimi Corporis Christi Officium, & Missam ejusdem Octavæ; & Sanctitas sua, ut pietatem, Religionemque, quibus idem Catholicus Rex ineffabile Eucharistiæ prosequitur Mysterium, penitus expleret & ad relationem per me inscriptum Secretarium factam gratiam petitam, exceptis tamen Festivitatibus Nativitatis S. Joannis Baptistæ, & Ss. Ap. Petri, & Pauli, quoties in eadem Octavam incidant, benigne concessit: quibuscumq. in contrarium non obstantibus. Die XV. Novembris 1775. M. Cardinalis Marefusus Præfectus::: M. Gallo S. R. C. Secretarius::: LoXco. Sigilli::: Nunc vero Nos ipsius Caroli Regis præclarum, sanè zelum in magis, magisq. augendo tantæ Solemnitatis cultu, in Domino quam maxime commendantes per has nostras præsentis Litteras, auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, ut Officium, ac Missa ejusdem octavæ ab omnibus, & singulis utriusq. sexus Christi fidelibus, tam sæcularibus, quam Regularibus degentibus in Regnis, & Dominijs ipsi Carolo Regi subjectis, qui ad Horas Canonicas tenentur; singulis diebus ejusdem octavæ, duabus Festivitatibus præ-

abs.

obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. quibuscumq. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris. Die V. Martij 1776. Pontificatus nostri anno secundo::: I. Cardinalis de Comitibus::: LoXco Annuli Piscatoris.

IV. Hoc in Decreto jubetur, Officium, & Missam celebrari debere de infraoctava Corporis Christi, etiam si incidant dies S. Joannis Bapt. & Ss. Petri, & Pauli Apost. Quare dubium exoritur, si sint Patroni alicuius Ecclesiæ, vel quilibet alius Sanctus Patronus incidens infra eandem octav. possit de illis, ut Patronis, celebrari unica Missa Solemnis ob concursum Populi? Affirmative respondendum, quia non est majoris privilegij, & dignitatis, ac octava Resurrect. & Pentec. *Breviar. Rom. de Octavis tit. 7. Infraoct. autem Paschæ, & Pentec. non fit de festo aliquo, etiam principali Patrono, vel Titular::: sed transfertur: quid strictius? nihilominus Missale Rom. tit. 6. de Translatione Festorum*, concedit in his infraoct. duas Missas solemnes, 1. de die, alteram de Patrono, seu Titulari. Præterea S. Pontifex loquitur in sensu 1. classis, qua celebrat Ecclesia universalis prædictos Sanctos, non vero in sensu Patroni alicujus particularis Ecclesiæ; quæ verba inter se differunt, nec ignorabat, & si voluisset, expræsisset. Si hæc ratio non valet contraria sentientibus, nec juxta ipsos poterit Missa de Requiem cadavere præsentis, & non exposito Sacramento cum Officio Defunctorum cantari, quod est falsum; ideò dicendum, posse in infraoctava Corporis Christi unam Missam Solemnem S. Patroni, seu Titul. Ecclesiæ celebrari ob concursum Populi, qui magna cum lætitia ad Missam Patroni, & concionem accurrit; quod festum translatum ad diem feriatum minime celebraretur, prout S. Patronus, & Populus exigit. Hæc fuit voluntas S. Pij V. circa infraoctavas Paschæ, & Pentec. cum sint universalis Ecclesiæ; ergo & eadem Pij VI. circa infraoct. Corporis Christi, privilegium, non universale, sed particulare Hispaniæ; nec aliud inferitur, donec à S. R. Congregatione declaretur.

Nnn

V.

V. Circa Missas votiv. B. M. V. in Sabbat. consuetudo cuiusque Ecclesiæ 40. aut plus annorum vigeat, nulla excepta classe.

Cum minima Dei maxima sint, & maxime observanda, præsertim in Sacrificio Missæ, aliqua servatu digna notantur.

1 Neque per solum Organum supplenda est Gloria in Excel. nec Organum intermiscendum est, dum dicitur Symbolum, sed per Chorum cantu intelligibili proferatur. *Cerem. Rom. lib. 1. cap. 28.*

2 In Missa solemnæ, quando dici debent Gloria in Excel. & Credo, intonantur, & cantantur *Prefatio, & Pater noster. Rubric. General. Missal. tit. 6. num. 3. & ex Synodali Pompelon.*

¶ Hac solemnitate gaudet omnis Missa Conventualis, seu Populi, quæ cantatur, non solum in diebus festivis, sed etiam feriatis, ex Statuto, seu consuetudine Ecclesiarum hora consueta. *Ita omnes Authores.*

3 Non licet elevare Hostiam, & Calicem, nisi finito à Choro: *Sanctus :: Hosana in Excels.* sed elevare in silentio quin *Benedictus* incipiatur. *Cerem. Rom. lib. 7. c. 8.*

4 In Missa Solemni Celebrans medius inter Diaconum, & Subdiaconum sedere potest à Cornu Epistolæ juxta Altare; à Cornu vero Evangelii solius Episcopi est. *tit. 17. num. 6.*

5 Celebrans legere debet Evangelium, antequam imponat iacensum in Thuribulum, & det benedictionem Diacono. *tit. 6. num. 5.*

6 In Officio Missæ Celebrans semper utitur Planeta super Albam. *Rubrica General. Missal. tit. 19. n. 1.* unde uti Casulla extra Sacrificium Missæ in Processionibus, & Responsoriis est abusus, quia ad usum tantum Sacrificii destinata, & benedicta est; & ubi Pluviale non est, Celebrans in benedictionibus, quæ fiunt in Altari, & Processionibus, stat sine Planeta cum Alba, & Stola; similiter in Responsoriis cum Pluviali nigro, vel cum Alba, seu Superpellicio, & Stola. *tit. 6. n. 5.*

7 In Missa de Requiem sumptis à Celebrante speciebus

Sa

Sacramental. potest dari Communio petentibus, non antea, nec post. *ex Decreto. 21. Martij. 1711.*

8 In nulla vero Missa potest dari Communio à Celebrante ad illa verba: *Quorum Reliquiæ hic sunt, &c.* sed accedente ad Altare, prius quam incipiat: *In nomine Patris, &c.* dicto ab Acolytho; *Confiteor Deo,* potest. *Ex Rubric. Missal. tit. 10. num. 6. & ex Rit. Rom. tit. de Sanct. Eucharist. Sacram.*

Nam Missa incipit ad illa verba: *In nomine Patris, &c.* & non licet nisi justa causa illam interrumpere. *Ex S. Damaso, & Missali, tit. 3. de principio Missæ, & Confessione facienda.*

De Minerva in 3. Dominica mensis.

Minerva (ubi est privilegium) in Dominica 3. fit, consistitque propriè ad lucrandum Indulgentiam, non in expositione Ss. Sacramenti ad Missam, & Vesp. sed in Processione cum Sacramento. In Dominicis privilegiatis, *ut supra fol. 1. & Dominicis infraoct. privileg.* non potest pro Minerva cantari Missa de Sacramento, sed de die cum commemoratione Ss. Sacramenti.

Dum Missa cantatur coram Ss. Sacramento in Altari exposito, debet fieri commemoratio post omnes alias commemorationes de præcepto, & in Missis solemnibus tantum festorum 1. & 2. clas. est facienda sub unica conclusione. S. R. C. 22. Jun. 1736. In aliis Dominicis possunt cantari duæ Missæ, una Conventualis de die, altera de Sacramento cum col. alb. Gloria, Credo, unica oratione, præf. prop. ut votiva solemnæ. Si non cantetur nisi una, erit de die cum suis com. & ultima de Sacramento. Dom. Palmarum si fuerit 3. omit. Minerva in ea.

DE MISSA CANTATA DE REQUIEM.

1. **D**ubium persæpe exoritur, quibus diebus Corpore præsentate Missa Solemnis de Requiem cantari possit. De hac re Rituale Roman. Pauli V. ita loquitur: „ Si quis die festo sit sepeliendus, Missa prop. pro Defunctis, præsentate Cadavere, celebrari potest, dum tamen magna diei solemnitas non obstat.“

Nan 2

II.

II. Decretum S. R. C. 5. Julii 1699. In dup. 1. clasis, etiam præsentem Cadavere, non potest cantari Missa Defunctorum, & multo minus dicenda est una Missa privata, deficientibus Clericis in Choro.

III. Decretum S. R. C. 2. Septembris 1741. Cum juxta Rubricas Ritual. Rom. absque Missa, quantum fieri potest, Defunctorum Cadavera non sint sepelienda, poterit præsentem Cadavere in Ecclesia, unica Missa solemniter de Requiem celebrari feria secunda Paschæ, & Pentec. Hæc tamen Missa non decantabitur in duplicibus 1. clasis, etiam non festivo de præcepto, si præsens Corpus in Ecclesia non fuerit, aut si fuerit pridie sepultum.

IV. Cum Decretum 2. Septembris 1741. dicat: *Poterit præsentem Cadavere unica Missa solemniter de Requiem celebrari fer. 2. Paschæ, aut Pentec. & sint 1. clas.* Authores valde disident, num omnia duplicia 1. clas. excludantur, an tantum solemniora. In tanta Authorum varietate, & Ecclesiarum praxi, ad earum uniformitatem verosimilior opinio est, sequentibus diebus cantari non posse nec Officium, nec Missam de Requiem Corpore præsentem: Die Nativit. Domini, Epiphaniæ, Triduum Mortis Christi, Resurrect. & Pentec. Corporis Christi, Ascensionis Domini, & Deiparæ Assumptionis, Dom. prima adventus, prima Quadrages. Palmarum, omnium Sanctorum, Dedicacionis propriæ Ecclesiæ, Patroni Hispaniæ, Regni, Titularis Ecclesiæ, (non vero Capellæ) aut alterius Sancti, qui magno concursu celebratur, quæ solemniores dicuntur. Ratio est, quia his diebus non potest cantari Missa solemniter votiva pro re gravi, aut publica Ecclesiæ causa; ergo minus luctuosa de Requiem.

V. Ecclesia numquam immiscet Ritum festiv. & luctuosum; ideo in festis solemnibus, si Cadaver ad sequentem diem non cum decentia servari possit, sine Missa, nec de Officio, nec de Requiem sepeliri præcipit; & Rubricæ non sunt violandæ ex indiscreta consuetudine, aut Testatorum voluntate, ut S. R. C. in Decreto 29. Januarij 1752. definiivit.

VI. Rituale Romanum Pauli V. Officium Sepulturæ,
si-

sine Missa instituit, neque campanæ pro Defunctis pulsandæ sunt à 1. Vesp. Vigiliæ, usque post 2. Vesp.

DE MISSA CANTATA DE REQUIEM CADA-
vere non præsentem.

I. **A** Nniversaria, & Missæ de Requiem, quæ ex dispositione Testatorum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiam si ipsorum obitus dies inciderit in festum duplex majus. S. R. C. 22. Novembris anno 1664.

II. Unde certe constat in duplici, & duplici majori, corpore non præsentem, Missam de Requiem cantari posse, præter dies sequentes, in quibus minime licet: *A Vigilia Nativitatis Domini, usque post octavam Epiphaniæ, die Cineris, à Dominica Palmarum usque post octav. Resurrectionis, à Vigilia Pentec. usque post eius octav. in infraoctava Corporis Christi, in omnibus Festis de præcepto audiendi Missam, & in diebus 1. & 2. clas.*

III. Huc accedit Decretum S. R. C. 8 Julij 1741. ubi ex dispositione Testatorum singulis diebus canendum est in Ecclesia Responsorium pro Defunctis, potest quotidie decantari, exceptis Festis 1. & 2. clas, & octavis privilegiatis, nec non tota Hebdomada majori; in prædictis autem Festis 1. & 2. clas, & octava privileg. ac majori Hebdomada, ne pia Testatorum voluntas defraudetur, prædictum Responsorium privatim in Choro absolutis Horis Canonicis recitetur.

IV. Cum primum accipitur nuncium de obitu alicujus, potest cantari Missa de Requiem, ut in die obitus ejus anima in festo dup. maj. vel minori, ut S. R. C. definiivit in Decreto 29. Januarij 1752.

V. Ex quatuor Missis pro Defunctis, quas Missale offert, una ab alia non difert, nisi in orationibus, Epistola, & Evangelio. Post quartam Missam Rubrica particularis hæc habet: *Epistolæ, & Evangelia superius posita in una Missa pro Defunctis dici possunt etiam in alia*
Mi-

Missæ similiter pro Defunctis. Unde demptis orationibus, liberum est, quamcumque Missam pro quocumque, & in qualibet circumstan. dicere; tamen decet dicere eas prout in Missali distributæ sunt.

VI. In die obitus, seu depositionis, 3. 7. & 30. ut in die obitus. Secunda die dicitur: *quotidiana*, sed orationes non nisi, quæ correspondeant cuique diei, in his dicatur una oratio cum Sequentia (nam oratio pro Summo Pontifice, Episcopo, Sacerdote, & pro Patre, & Matre semper propria dicitur.)

VII. De Anniversario, dicatur 3. quæ inscribitur: *De Anniversario.* Quando dies Anniversaria est impedita aliquo ex dieb. supra memoratis, qui non admittunt Missas adhuc solemnes de Requiem, anticipet. vel transferatur in proximum diem, non impedit. & celebretur cum sua solemnitate, & oratione, quia mutant. illa verba: *cujus Anniversarium depositionis diem commemoramus,* & sic etiam in dieb. 3. 7. & 30. Attamen si anticipetur, vel postponatur in quascumque dies ad libit. ut accidit, dum celebratur dimidia anni parte currenti (vulgo *Cabo de año*) non potest tunc dici prædicta oratio, sed quæ defuncto, vel defunctæ conveniat. Quando Nuncium de morte alicujus in loco dissito accipitur, Missa erit de die obitus, oratio vero de 3. die, omisso verbo: *Tertium.* Extra relatos dies, vel quando anticipat, vel postponitur ad libit. Missa erit congruentius, *Quotidiana*; in *dup.* una oratio, & sequentia; in *sem.* tres. orat. & Sequentia ad libit. Fer. 2. Hebdomadæ ex pia devotione Fidelium, in *dup.* non potest dici Missa de Requiem.

Pro Parvulis Defunctis.

I. **P**RO sepeliendis Parvulis cantari potest Missa, cæterum in duplicibus, & Dominicis, atque in Solemnitatibus Ecclesiæ concordare debet cum Officio; in semiduplicibus, & ferijs non privilegiatis dici potest; Missa votiva de Angelis, vel qualibet alia ex devotione Parentum; & nec campanæ sono festivo contradic-
nem

nem habent cum solemnitatibus majoribus: quia campanæ ad notandam lætitiâ pro salute certæ animæ Parvuli defuncti pulsantur, & Missa de Officio in laudem SS. Trinitatis dicitur, quia talibus verè dedit Regnum Cælorum.

II. Insuper quamvis accipiatur Legatum, Anniversarium, sive stipendium hac, vel illa conditione censeatur tantum præberi consensus in celebratione Missæ, quatenus permissa est juxta Statuta Ecclesiæ.

C O R R I G E N D A .

P Ag. 4. lin. 4 in 1. col. confortabit, *dic* = confortavit. Pag. 5. lin. 31. in 1. custodivit, *dic* = custodit. Pag. 18. lin. 2. in 2. illud, *dic* = illuc. Pag. 28. lin. 16. in 1. Judæi, *dic* = Judæis. Pag. 29. lin. 25. in 2. bibiturus, *dic* = bibiturus. Pag. 42. lin. 30. in 1. *adde* = Alleluia. Pag. 59. lin. ultim. in 2. indicasse, *dic* = vindicasse. Pag. 170. lin. 15. in 2. ex templo, *dic* = extemplo. Pag. 192. lin. 26. in 2. XII. *dic* = XIII. Pag. 268. lin. 15. in 1. expellit, *dic* = repellit. Ibidem. lin. 34. Alfonsi, *dic* = Alfonso. Pag. 270. lin. 11. in 1. admirabili *dic* = admirabile. Ibidem. lin. 27. *adde* = *ψ.* Adoramus te Christe * Et benedicimus tibi. R. Quia per Crucem tuam redemisti mundum. Pag. 272. lin. 7. in 2. magnificentissima, *dic* = magnificentissima. Pag. 325. lin. 3. in 2. XXX. *dic* = XX. Pag. 391. lin. 9. in 1. constitues, *dic* = constituens. Pag. 393. lin. 31. in 2. exultavit, *dic* = exultavit. Pag. 439. lin. 29. in 2. reparat, *dic* = repulerat.

)(✠)(

OFFICIA PROPRIA

FESTIVITATUM

POMPELONENSIS EC-

CLESIAE ET DIOECESIS.

A SUMMIS PONTIFI-

CIBUS APPROBATA,

JUXTA RUBRICAS BREVIARII RO-
mani Urbani VIII. & Decreta Sacrae
Rituum Congregationis.



Sibaxen

Pompej. Apud Viduam Joseph. Franc. Rada.
ANNO M.DCCC.VII.

INDEX FESTIVITATUM

DIOECESIS POMPELONENSIS.

JANUARIUS.

22. **S**ancti Vincentii Mr. Extr. eam sin. oct. pag. 26.
pag. 1.
22. S. Anasthasii Mr. sem.
pag. 3.

Pompil. In Matric. &
Civitat. dup. 1. clas.
cum oct.

FEBRUARIUS.

3. S. Blasii Ep. & Mr. dup.
pag. 3.

- MAJUS.*
9. S. Gregorii Ostiens. Ep.
& Conf. dup. pag. 27.
10. S. Martini Loynaz Mr.
dup. pag. 27.

MARTIUS.

1. Ss. Angelor. Custod.
dup. maj. pag. 4.
8. S. Veremundi Abbatis,
dup. min. pag. 19.
15. S. Raymundi Abbatis,
dup. min. pro utroq.
Clero Navar. pag. 22.

Fer. 3. post Fest. Ss. Tri-
nit. Ss. Reliquiar. Ec-
cles. Cathedral. Pomp.
dup. pag. ibidem.

JUNIUS.

14. S. Exuperii Ep. &
Conf. dup. pag. 28.

APRILIS.

- Fer. 3. post oct. Pasch. De-
dicat. Eccles. Cathedr.

JULIUS.

7. S. Firmini Ep. & Mr.
Patr. Regni, & Dicec.
1. clas. cum octav.
pag. 28. 9.

9. De oct. S. Firmini, sem.
pag. 32.
11. De oct. S. Firmini sem.
pag. 35.
14. De oct. S. Firmini Ep.
dup. pag. 38.
- Dom. post oct. Ap. Petri,
& Pauli, Coronæ Dñi.
dup. maj. pag. 42.
31. S. Ignatii de Loyola
Conf. Patr. totius Pro-
vinciæ de Guipuzc. &
in ea dup. 1. clas. cum
oct. Pag. 59.

AUGUSTUS.

7. Octav. S. Ignatii, dup.
pag. 59.
28. In Matric. & Civit.
Pompel. S. Augustini
Episc. Conf. & Doct.
dup. 1. clas. cum oct.
pag. 62.

SEPTEMBER.

4. Oct. S. Augustini, dup.
pag. 73.
25. Commem. Martyrii S.
Firmini, dup. pag. 76.

OCTOBER.

21. In Eccles. Cathedral. Ss.
Ursulæ, &c. Virg. &c.

22. Mm. dup. pag. 77.
Ss. Nunilonis, & Alo-
diæ Vv. & Mm. dup.
ibidem.

NOVEMBER.

29. S. Saturnini Episc. &
Mart. Patr. Civit. dup.
1. clas. cum oct.
Extra eam dup. 2. clas.
sine oct. pag. 80.

DECEMBER.

1. In Civit. De oct. S. Sa-
turnini, sem. pag. 83.
3. S. Francisci Xaverii Cf.
Patroni Regni dup. 1.
clas. cum oct.
Extra Regn. dup. maj.
sine oct. pag. 86.
6. In Civit. Oct. S. Satur-
nini dup. pag. 87.
10. Intra Regn. Oct. Stj.
Francisci Xaverii dup.
pag. 91.

In Eccles. Cathedr. quan-
do potest recitari de Smo.
Sacramento sem. Vide in Ru-
brica hujus Libri num. 5.

10. Octav. S. Francisci
pag. 91.

No-

Notanda specialia pro hac Diocesi.

1. **F** Esta antiquiora, & generalia hujus Diocesis approbata fuere partim á Gregorio XIII. partim verò á Sixto V. ut constat ex libro originali ab hoc approbato die 31. Augusti 1587.

2. Festum S. Firmini Episc. & Mart. Patroni Regni & Diocesis pro die 7. Julii sub ritu *dup.* 1. *elas.* cum octava, & lectionibus propriis approbatum fuit á S. R. C. 11. Decembris 1604. Aliud verò Festum, nempe Commemoratio Martyrii ejusdem Sancti, pro die 25. Septembr. concessum est primò á S. R. C. 25. Jun. 1735. sub ritu *semid.* ad totam Diocesim: deinde elevatum est ad ritum *dupl. min.* á Benedicto XIV. die 3. Septembr. 1746. quo etiam concessit Orationem propriam pro utroque festo ejusdem Sancti.

3. Festum SS. Ursulæ, & Sociarum est tantum pro Cathedrali, sub ritu *dupl.* quia habetur in ea Caput unius ex illis. Similiter si in aliqua Ecclesia servetur Caput, aut aliqua Reliquia insignis alterius ex eis, vel cujuslibet Sancti legitime ab Ordinario approbata, poterit in ea tantum Ecclesia fieri officium *dupl.* in suo respectivo die, & in Missis dici *Credo*, demodò talis Sanctus sit descriptus in Martyrolog. Romano, & constet de identitate ejus Sancti. Festa verò S. Blasii Ep. & Mart.; S. Exuperii Ep. & Conf.; & Reliquiar. Ecclesiæ Cathedralis sunt generalia in tota Diocesi, ex speciali privilegio Sixti V. quamvis in eis extra Cathedralem non sit dicendum *Credo* in Missis.

4. Festum S. Augustini Ep. & Conf. sub ritu *dup.* 1. clas. cum oct. erat tantum pro Cathedrali: postea verò extensum est sub eodem ritu, & cum oct. Offic. & Missa propriis ad totam Civitatem ex Decreto S. R. C. 9. Decembr. 1730.

5.

5. Canónici Regulares S. Augustini & Moniales ejusdem Ordinis possunt recitare de Sanctissimo Sacramento ritu semid. singulis feriis quintis (extra Advent. & Quadrages.) non impeditis festo novem lectionum etiam translato, vel vigilia, aut officio alicujus Dominicæ anticipatæ ex Decreto S. R. C. 1610.

6. Cum festum B. M. V. de Guadalupe Mexicana nuper concessum sit sub ritu dup. maj. pro omnibus Regnis Hispaniæ á Benedicto XIV. 2. Julii 1757. celebrandum die ab Ordinario designanda, excepta Dominica, Illmus. D. D. Joannes Laurentius de Irigoyen hujus Dioeces. Episcopus designavit pro hac Dioecesi diem 15. Februarii ad illud celebrandum. Similiter cum Festum Patrocini ejusdem B. M. V. concessum sit sub eodem ritu dup. maj. pro omnibus Hispaniæ Regnis ab Alexandro VII. celebrandum in aliqua Dominica Novembris ab Ordinario designanda; pro hac Dioecesi designata est Dominica prima intra eundem mensem, si festum omnium Sanctorum non occurrat die Dominica; quia pro illo anno designata est Dominica tertia ejusdem mensis. Et de utroque festo fit officium ut in Codice Ss. Hispaniæ.

7. Festum S. Veremundi Abbatis sub ritu dupl. pro die 8. Martii celebratur in tota Dioecesi, cum officio de suo communi, ex Decreto Illmi. D. D. Gasparis á Miranda Episcopi hujus Dioeces. 6. Aprilis 1745. quod est juxta Bullam *Pastoralis Officii* Gregorii XIII. cum dictus Sanctus sit naturalis hujus Dioeces. Postea officium proprium ejusdem Sancti concessum est pro utroque Clero Regni Navarrae á Clemente XIII. 8. Maj. 1767.

8. Festum S. Raymundi Abbatis cum officio, & Missa propriis, pro utroque Clero Regni Navarrae, celebrandum die 15. Martii, similiter concessum est ab eodem Clemente XIII. eodem die 8. Maj. 1767. Quod qui-

quidem officium extensum est ad totam Hispaniam á Pio VII. die 5. Decembris anni 1800.

9. Festum S. Gregorii Cardinalis, Episcopi Ostiensis, & Conf. cum officio de suo communi celebrandum die 9. Maj. sub ritu dup. concessum est pro tota Dioecesi ab eodem Clemente XIII. die 9. Augusti 1758.

10. Festum S. Martini de Loynaz Martyr. cum officio de suo cñi. celebrandum die 10. Maj. concessum est pro tota Dioece. ab Innocentio XI. die 3. Januarii 1681.

11. Notandum quoque, ex concessione ejusdem Clementis XIII. 19. Febr. 1763. in Cathedrali per totam Oct. Ss. Corporis Christi, Officium, & Missas agi de ea, cum exclusione duplicium, quæ non sint primæ, vel secundæ classis. Et similiter, ex concessione Clementis XIV. 4. Decembr. 1773. id ipsum agi á Clero seculari Regni Navarrae. Nuperrimè verb ex Brevi Ss. D. N. Pii VI. 5. Martii 1776. ad preces Catholici Regis Hisp. concessum est ipsum privilegium pro tota Hispaniæ, cum exclusione omnium duplicium occurrentium etiamsi sint primæ classis.

12. Pro toto Regno Navarrae sunt Patroni æquè principales S. Firminus, & S. Franciscus Xaverius, ex speciali concessione Alexandri VII. 13. Aprilis 1657. Et ex Decreto S. R. C. 17. Novembr. ejusdem anni, in Suffragiis Sanctorum debet in Regno fieri commemoratio ambarum sub eadem Asia. Versu, & Oratione, ut infra ponitur.

13. Cum major pars Provinciæ de Guipuzcoa, & aliqua pars Provinciæ de Alaba, pertineant ad hanc Dioecesim, notandum est, quod Patronus principali Provinciæ de Guipuzcoa est Sanct. Ignatius de Loyola. Conf. de quo ibi suo die fit officium sub ritu dupl. i. clas. cum octava. Similiter in Alava est Patronus.

nus principalis Sancti Prudentius Episcopi & Confessoris de quo ibi suo die 28. Aprilis, sit officium sub ritu dupli. 1. clas. cum octava.

14. In Vigilia S. Mathie Apostoli, si venerit extra Quadragesimam, & in Vigil. S. Thomae Apostoli, si non occurrat in Quatuor Temp. Adventus, non est obligatio servandi jejunium, nec abstinentiam à carnibus in hac Diocesi, ex antiqua consuetudine. Et in Civitate Pampilonensi tantum jejunium pro Vigilia S. Andreae Apostoli. anticipatur ad diem 28. Novembr. si non sit Dominica, alias ad diem 27. ejusdem mensis, ex majorum autoritate.

15. In eadem Civitate tantum, servatur abstinentia à carnibus sine jejunio pridie dierum S. Sebastiani, & S. Firmini, si talis dies pridiana non fuerit Dominica, ex voto legitime approbato. Similiter in dicta Provincia de Guipuzcoa servatur jejunium pridie festi Sancti Ignatii Conf. ex voto legitime approbato anno 1737. & pridie festi Nativitatis B. M. V. ex voto pariter approbato anno 1639. & denique pridie festi Dedicationis S. Michaelis Archangeli, ex voto item legitime approbato anno 1643.

CORRECCIONES,

Pag. 3. col. 1. lin. 26. projecum, . . lege projectum.
Pag. 31. col. 2. lin. 16. quidem, . . lege quidam.
Pag. 56. col. 2. lin. 32. omni, . . lege omnis.
Pag. 73. col. 2. lin. 23. laborens, . . lege laborans.
Pag. 88. col. 2. lin. 29. odorit, . . lege odecit.

RU-

RUBRICÆ.

1. **F**ESTA in hoc libro contenta sunt generalia pro tota Diocesi ex Sixto V. ut constat ex libro originali ab ipso approbato, & aliis privilegiis Pontificum, præter festa S. Augustini, ut 1. clas. & cum oct. pro Eccles. Cathedr. & Civitate; et Sanctarum Ursulae, & Sociarum ejus, tantum pro Eccles. Cathedrali. Festum S. Firmini est generale pro Diocesi, & Regno, ut ipsorum Patrono, ex Decreto S. R. C. anni 1604. 11. Decembr.

2. Adverte tamen, quod quamvis prædicta Festa sint generalia pro tota Diocesi, non semper eodem modo, & solemnitate recitantur in tota Diocesi. Tum quia aliqua festa majori cum solemnitate, & privilegio recitantur in propria Ecclesia Sancti, & ubi habet præcipuum locum, quam in aliis Ecclesiis, non solum respectu majoris solemnitatis in concursu cum aliis ejusdem classis, & solemnitatis; sed etiam respectu occurrentiæ, ut videre est in festo Sancti Saturnini, & Dedicationis Ecclesiæ, & aliis. Tum etiam quia festa in propria Ecclesia præferuntur aliis de Breviario in eadem solemnitate, & classe, si sine paria in solemnitate, & dignitate; In aliis vero Ecclesiis non propriis, nec ut propria habentia præferuntur festa Breviarii aliis de Diocesi in eadem classe, & solemnitate, & dignitate, in occurrentia (non in concurrentia), ut videre est in festo S. Exuperii, & S. Basilii Magni, quia juxta Rubricas Breviarii de concurrentia, num. 2. Festa in propria Ecclesia præferuntur aliis de Breviario in eadem solemnitate, & dignitate.

3. Nullus potest, nec potuit post Bullam Pii V. positam in Breviario instituere de novo Officia, vel addere Kalendaris etiam propriis Ecclesiarum Festa, vel Officia Sanctorum, sine facultate expressa, & appro-

A

ba-

batione Pontificis, vel S. R. C. ut constat ex Decreto Urbani VIII. posito in suo Breviario. Possunt tamen Ecclesie recitare de suis Sanctis Titularibus, & Patronis in suis festis principalibus, & octavis, & etiam de aliis festis principalibus, & quæ sub ritu Duplici consueverunt Ecclesie solemniter celebrare ante Bullam Pii V. quia hoc conceditur in rubricis Breviarii de Dup. num. 1. & de octav. num. 1.

4. De Sanctis Canonizatis, vel Beatificatis precisè ex hoc titulo non potest recitari extra propriam Ecclesiam Sancti, sine licentia S. R. C. ut decrevit, & prohibuit eadem S. R. C. 9. Decembris 1628. Per propriam Ecclesiam intelligitur, ubi est Sanctus Titularis, vel Patronus: Patronus vero principalis, si est post Decretum Urbani VIII. 23. Martii 1630. debet esse concessus, & approbatus à S. R. C. & cum aliis conditionibus ibi assignatis, nec potest recitari de translatione Sanctorum, vel Reliquiarum, vel de Sanctis à Pópulo, vel Episcopo ex devotione celebratis sine dicta licentia S. R. C.

5. Canónici Regulares Sancti Augustini, & Moniales ejusdem Ordinis possunt recitare de Sanctissimo Sacramento semidup. singulis feriis quintis (præter Adventum, & Quadragesimam) non impeditis festo, vel officio semidup. necnon Vigiliis, si vè jejunetur, vel non, ex Decreto S. R. C. 1707.

6. Religiosi possunt recitare de festis, & octavis Diocesis, & locorum ibi commemorantium, sed non ad id tenentur, nisi ad primum diem principalis Patroni. Clerici vero non possunt ex titulo aliquo recitare de festis, vel Officiis Religionum sine licentia ad id expressa Pontificis, juxta dicta num. 3.

7. Quando Sabbato actum fuerit de aliqua infraoctava, & occurrat dies octava in Dominica 1. vel 2. class. Adventus, Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quin-

quagesimæ, recitabitur hoc modo: Primæ Vesp. erunt de Dominica cum Psalmis Sabbati, & totum Officium sit de Dominica cum commemor. diei Octavæ in Vesp. Laudibus, & Missa, sine Precibus, & Suffragiis. Si vero in Sabbato, fuit factum Officium de festo, vel Officio dup. Vesp. in Sabbato, erunt de dup. cum commemor. Dominicæ, & diei octav. Si occurrat semidup. Vesp. à Cap. erunt de Dominica, & comm. semidup. & diei octav. Si feria 2. occurrat dup. Vesp. in Dominica erunt de dup. commemor. Dominicæ, & diei oct. Si vero semidup. occurrat, Vesp. erunt de Dominica cum commemor. diei octav. & semidup.

8. In qualibet Ecclesia in qua asservatur, ut propria aliqua Reliquia insignis alicujus Sancti, puta Corpus, Brachium, Caput, Crus, aut illa pars Sancti, in qua passus est Martyr, sit de eo ritu dup. in sua propria die, & in ea Ecclesia, in qua asservatur, & non alibi, ex Decreto Urbani VIII. & S. R. C. nisi in aliqua Ecclesia, vel Diocesi aliter disponatur speciali privilegio Pontificis, vel S. R. C. ut in hac Diocesi pro Sancto Blasio, & Sancto Exuperio, & pro festo Reliquiarum fer. 3. post Trinitatem, quæ festa ex Sixto V. celebrantur in tota Diocesi rit. dup. Si vero Reliquia Sancti est parva, vel etsi sit insignis non est legitime ab Ordinario approbata, tunc in nulla Ecclesia poterit de tali Reliquia Sancti recitari sine novo privilegio. Quando vero Reliquiæ sunt Sanctorum naturalium Hispaniæ, vel quamvis non sit Reliquia, est Sanctus naturalis Hispaniæ, poterit recitari de tali Sancto dup. in tota Diocesi, ubi est talis Reliquia insignis, vel Diocesis cujus est Sanctus naturalis.

9. Advertendum est, quod festum Sancti Firmiani, quod celebratur die 7. Julii, iterum celebratur sub ritu duplici die 25. Septembris tamquam in die propria, in qua Martyrium passus est. Ex concessione Bene-

dicti XIII. 3. Septembris anni 1726.

10. Commemorationes communes diebus assignatis in Rubr. Breviarii fiant hoc ordine: de Cruce, de S. Maria, de Apostolis, de S. Jacobo Apostolo Patrono Hispaniæ ex Gregorio XV. & última de Pace, quibus præponitur commemoratio de Patrono, vel Titulari, quæ etiam aliis aliquando antepositur pro dignitate istius; nam si Patronus, vel Titularis sit Sanctissima Trinitas, aut aliqua ex tribus Personis ipsius, debet fieri commemoratio antequàm de Cruce; si S. Michael, Angeli, aut S. Joannes Baptista, ante Apostolos, & post horum commemorationem fiat de quolibet alio S. Patrono, aut Titulari. Scire oportet, non posse fieri commemorationem simul de Patrono, et Titulari talis Ecclesiæ, nec de duobus Patronis, vel Titularibus sine speciali licencia Summi Pontificis, vel S. R. C. sed tantum de Patrono, vel Titulari, juxta Rubr. Breviarii, nisi eo casu, quo Titularis sit Sanctissima Trinitas, Beata Maria Virg. aut Petrus, vel Paulus; tunc enim licet de Patrono facere commemorationem, quamvis non ad id teneamur.

11. In nostro Navarræ Regno sunt Patroni æquè Principales Ss. Firminus Episcopus, & Mart. & Franciscus Xaverius cum Officio dup. 1. clas. & octav. ex Bulla Apostolica Ssmi. Dñi. N. Alexandri Pap. VII. data 13. Aprilis anni 1657. Pontificatus sui anno secundo. Et ex Decreto S. R. C. 17. Novembris anni 1657, inter consuetas debet fieri commemoratio propria de dictis duobus Patronis, ut in isto libello animadvertitur. In ea verò parte nostri Episcopatus Pompelonensis, quæ sita est extra Regnum Navarræ, dumtaxat de S. Firmino, uti Diocesis único Patrono fiat commemoratio, eam de communi unius Martyris assumendo, & ante, vel postea fiat de Patrono speciali, aut Titulari Ecclesiæ, secundum istius dignitatem.

COM-

COMMEMORATIONES COMMUNES FIUNT

HOC ORDINE.

DE Cruce, *in Offic. serial.*

De Sancta Maria.

De Ss. Petro, & Paulo.

De S. Jacobo Hisp. Patrono.

De Ss. Firmino, & Francisco Xaverio, Patronis Regni; extra Regnum in Diocesi de S. Firmino dumtaxat, ut único ipsius Patrono.

De Titulari propriæ Ecclesiæ, vel loci Patrono.

Ultimò. De Pace.

Pro S. Jacobo.

Ad Vesperas: Antiphona.

O! Beatum Apostolum, qui inter primos electus primus omnium Apostolorum Domini Calicem bibere meruit. O! gloriosum Hispaniæ Regnum tali pignore, ac Patrono munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est. Alleluia.

☩. Annuntiaverunt opera Dei.

☩. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Laudes: Antiphona.

Visitavit nos per Sanctum suum Apostolum, & fecit salutem de inimicis nostris Dominus Deus noster.

☩ Annuntiaverunt opera Dei.

☩. Et facta ejus intellexerunt.

Oratio.

Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator, & custos: ut Beati Jacobi Apostoli tui munimenta præsidii, & conversatione tibi placeat, & securam mente deserviat.

Pro Ss. Firmino, & Francisco Xaverio, in Regno.

Ad Vesperas: Antiphona.

HI sunt duo Protectores Regni, firmamentum Populi, & oblatio nostra coram Domino in manibus ipsorum.

☩. Gloria, & honore coronasti eos Domine.

☩. Et constituisti eos super opera manuum tuarum.

Ad

Ad Laudes Alla.

HI sunt duo viri misericordiae, quorum pietates nobis non defuerunt, & gloria eorum non derelinquetur.

ψ. Gloria, & honore coronasti eos Domine.

ιψ. Et constituisti eos super opera manuum tuarum.

Oratio.

DEus, qui nos geminata Sanctorum tuorum Firmini Martyris tui, atque Pontificis; & Francisci Confessoris protectione circumdas, illorum intercessione, fac nos constanti pace gaudere, & ab insidiis inimicorum omnium perpetua defensione conserva.

Pro S. Firmino Ep. & Mr. extra Regnum in Diocesi.

Ad Vesperas: Qui vult, &c.

ψ. Justus, & de cñil.

Ad Laudes: Qui odit, &c.

ψ. de comm.

Oratio.

DEus, qui per fidelitatem, & passionis agonem Beatum Firminum Episcopum, & Martyrem immortalitatis laurea coronasti; concede propitius, ut ejus commemoremus triumphum, assequamur & praeium.

In Cathedrali ante commemorationem de Pace fit de Sancto Augustino Episc. & Confes.

Ad Vesp. O! Doctor, &c.


Ad Laudes: Euge serve, &c.

ψ. Justus, &c.

Oratio.

ADesto supplicationibus nostris, Omnipotens Deus, & quibus fiduciam sperandae pietatis indulges, intercedente Beato Augustino Confessore tuo, atque Pontifice, consuetae misericordiae tribus benignus effectum.

OPH.



OFFICIA PROPRIA

FESTIVITATUM

POMPELONENSIS ECCLESIAE,

ET DIOECESIS.

JANUARIUS, DIE XXII.

S. Vincentii Mart., duplex in Diocesi, (in Cathedr. dup. maj.) omnia de communi unius Mart. *præf. propria.*

Oratio.

ADesto, Domine, supplicationibus nostris, ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, Beati Vincentii Martyris tui intercessione liberemur. Per Dominum.

In primo Noct. Lect. Fratres, debitores sumus; de communi plurimorum Martyrum. *ψ. ex unius Mr.*

In secundo Noct. Lect. iv.

Vincentius Oscæ in Hispania citeriore natus, a prima ætate studiis deditus, sacras litteras a Valerio Casaraugustano Episcopo didicit: cujus etiam partes suscipit prædicandi Evangelium, quod Episcopus, propter linguæ

guæ impedimentum, prædicationis officio fungi non poterat. Ea re ad Dacianum, Provinciæ à Diocletiano, & Maximiano præpositum, delata, Vincentius Cæsaraugustæ comprehenditur, & unâ cum Valerio Episcopo gravibus catenis vincitur ad Dacianum Valentiam adducitur. Ubi eos in tetro, ac foetido carcere inclusos, inediâ squalore, vinculis ferreis, ponderibus à collo ad manus pendentibus diu affligi fecit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seducto-ribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam.

V. Descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dicit.

Lectio v.

Illis inè postea ad se perductis Dacianus, existimans, diuturna carceris maceratione afflicto, facile in suam sententiam descensuros, Episcopum interpellat: cur Religio- nis specie jussis Imperatorum adversetur? Cul, cum Valerius mihi, & composito ser-

monè respondere videretur Vincentius ad Episcopum con- versus: Cur, inquit, tyrannum hunc, Pater, humiliter allo- quieris? Clama voce magna, & Dei potentiam implora, ut superbia hominis istius com- primatur. Quibus verbis ex- candescens Dacianus, Episco- pum inde abduci jubet, & mox afferri ad se omnia tor- mentorum gênera, & illis sanctum Diaconum crudeli- ter torqueri. Quare verbéri- bus, & equleo tortus, in era- tícula impositus, prunis ar- dentibus suppositis, & fer- reis unguibus excarnificatus, can- dentibusque laminis exustus, ac resinæ guttis, & erepitanti sale respersus, cum nulla, aut tormentorum vi, aut acerbi- tate, aut lenitate verborum à proposito deterreri posset; Ita- rum ducitur in carcerem stra- tum testaceis fragmentis, ut ejus nudum corpus, somno oppressum, à subjectis etiam testarum aculeis torqueretur.

R. Desiderium animæ ejus tribulasti ei, Domine: Et vo- luntate labiorum ejus non fraudasti eum.

V. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dul- cibus.

cedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pre- tioso. Et voluntate.

Lectio vi.

Verum, illo in tenebrico- sa incluso custodia, clarissi- mus splendor obortus totum carcerem illustravit: quæ lux cum summa admiratione om- nes, qui aderant, affecisset, res à custode carceris ad Da- cianum defertur; qui edu- ctum in molli cūlcitra collo- cat, ut aliquantulum recrea- tus, acrius denuo torqueretur; aut si amoto paululum car- nifice, animam quietus exha- laret, non occisus, sed mor- tuus diceretur. Interea eum cœlestis aula suscepit, atque ita ignis, ferri, tortorum im- manitate superata, victor ad cœlestem martyrii coronam advolavit, undécimo Kalen- das Februarii. Cujus corpus cum projecum esset inhumatum, corvus & à volucribus, & à lupo unguibus, rostro, alis mirabiliter defendit. Qua re cognita, Dacianus illud in altum mare demergi jubet: sed inè etiam divinitus eje- ctum ad littus, Christiani se- peliunt.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus. * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

V. Cibavit illum Dômi- nus pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et. Gloria. Et.

In tertio Noct. Homil. S. Augustini Episcopi. In Evan- gelium. Nisi granum trumen- ti, ut in die Sancti Firmini Mart. 7. Julii.

Festum Sancti Anastasii Mart. transfertur ad primam diem non impeditam. In qua fit de eo semidup. de communi unius Martyr. Oratio propria in singulari. Lect. primi Noct. de Scriptura occur- rente. Lect. iv. prop. v. & vi. Triumphalis, de eodem communi primo loco. In tertio Noct. Evang. Si quis venit ad me, de eodem communi i. loco.

DIE III. FEBRUAR.

IN festo S. Blasii Episc. & Mart. dup. in Dioc. Omnia de communi unius Mart. B Mart.

Mart. In primo Noct. Lect. de Scriptura. In secundo Noct. Lect. iv. propria, ut in Brevariario. v. & vi. Triumphalis, de eodem cñi. primo loco. In tertio Noct. Evang. Si quis vult venire, de eodem cñi. secundo loco, commem. S. Juliani Episc. & Confes. In secundis Vesp. á Cap. fit de die octav. Sancti Juliani, ut in primis Vesp. festi, commemor. S. Blasii. Si festum Sancti Blasii venerit in Dominica Septuagesim. Sexages. vel Quinquages. transfertur in primam diem non impeditam: & in offic. Dominicae in Laud. fit commem. octav. Sancti Juliani Vesp. erunt de die oct. S. Juliani cum commem. Dominicae. Quando verb. fest. Purificationis occurrit in Dominica Septuag. agitur de eo. fer. 2. seq. translato in aliam diem festo S. Blasii ex Decreto S. R. C. 20. Jul. 1748.

DIE I. MART.

IN festo Ss. Angelor. Custod. Dioces. dupl. maj. Si hoc festum venerit in Qua-

dragesima, fit com. ad Vesp. & Laud. & nona Lect. fer.

Si venerit in Dominica Quadragesimæ, vel in feria quarta Ciner transfertur in aliam diem non impedit.

Ad Vesp. Añã.

Angelis suis, cum reliquis de Laudib. Psalmi de Dominica, loco ultimi Psalm. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. Exod. 23.

ECce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi. Observa eum, & audi vocem ejus.

Hymnus.

Custodes hominum psallimus Angelos; Naturæ fragili, quos Pater addit Cœlestis cõmites, insidiãntibus, Ne succumberet hostibus. Nam, quod corruerit proditor Angelus, Concessis mero pulsus honoribus, Ardens invidia pellerenõnitur, Quos cœlo Deus advocat. Huc custos igitur p̄vigilãdvola,

Aver-

Avertens patria de tibi cre-dita,

Tam morbos animi, quãm requiescere

Quidquid non sinit incolas.

Sanctæ sit Triadi laus pia jũgiter,

Cujus perpetuo numine mãchina

Triplex hæc regitur; cujus in omnia

Regnat gloria sæcula. Amen.

V. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

R. Adorabo ad Templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Ad Magnif. Añã.

Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.

Oratio.

DEus, qui ineffabili providentia Sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum.

Ad Matut. Invit.

Regem Angelorum Domi-

num: * Venite, adoremus.

Psalmus: Venite, exultemus.

Hymnus: Custodes hominum, ut supra in Vesp.

IN I. NOCT. *Añã.*

Dominus Deus Cœli, & terræ, ipse mittet Angelum suum coram te.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster * quãm admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum, & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam, & stellas quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis; gloriã, & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus: * oves, & boves universas: insuper & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris: * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster: * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Añã. Dominus Deus Cœli, & terræ, ipse mittet Angelum suum coram te.

Añã. Deus meus misit Angelum suum, & conclusit orationem meam, & non nocuerunt mihi.

Psalmus 10.

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in phœretra: * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: * justus autem quid fecit?

Dominus in Templo Sancto suo: * Dominus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum, & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores iniquos: * ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: * æquitatem vidit vultus ejus.

Añã. Deus meus misit Angelum suum, & conclusit orationem meam, & non nocuerunt mihi.

Añã. Bene ambuletis, & Dominus sit in itinere vestro; & Angelus ejus committetur vobiscum.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolium in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum: * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat:

Qui jurat proximo suo, & non decipit: * qui pecuniam suam

suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui fecit hæc: * non movebitur in æternum.

Añã. Bene ambuletis, & Dominus sit in itinere vestro: & Angelus ejus committetur vobiscum.

Ps. Stetit Angelus juxta aram templi.

R. Habens thuribulum aureum in manu sua.

De Libro Exodi.

Lect. i. Cap. 23.

Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi. Observa eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes: quia non dimittet, cum peccaveris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem ejus, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Præcedetque te Angelus meus.

R. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: * In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.

Ps. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. In manibus.

Ex Zacharia Propheta.

Lect. ii. Cap. 1.

Factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachia, filii Addo, Prophetam, dicens: Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varii & albi. Et dixi: Quid sunt isti, Domine mi? Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint hæc. Et respondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos misit Dominus, ut perambulent terram. Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulavimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit.

R. Respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum: * Usquequo tu non misereris Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus es.

¶. Iste enim septuagesimus annus est. Usquequò.

Lect. iii. Cap. 2.

ET levavi oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu ejus funiculus mensurum. Et dixi: Quò tu vadis? Et dixit ad me: Ut metiar Jerusalem, & videam quanta sit latitudo ejus, & quanta longitudo ejus. Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur & Angelus alius egrediebatur in occursum ejus. Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: absque muro habitabitur Jerúsalem præ multitudine hominum, & jumentorum in medio ejus. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio ejus.

¶. In conspectu gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adoráte, & timete Dóminum: * Angelus enim ejus vobiscum est.

¶. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Angelus enim. Gloria Patri. Angelus enim.

IN II. NOCT. *Añã.*

Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate ei.

Psalmus 18.

Cœli enarrant gloriam Dei: * & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones: * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum: * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultavit, ut gigas ad currendam viam: * á summo cœlo egresio ejus.

Et occursum ejus usque ad summum ejus: * nec est, qui se abscondat á calore ejus.

Lex Dómini immaculata, convertens animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans párvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Domini lúcidam, illuminans oculos.

Ti-

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum: * & dulciora super mel, & favum.

Etenim servus tuus custodit ea: * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: * & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor á delicto máximo.

Et erunt, ut complacent eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus: * & redemptor meus.

Añã. Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate ei.

Añã. Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos.

Psalmus 23.

Domini est terra, & ple-
nitudo ejus: * orbis

terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super mária fundavit eum: * & super flúmina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionem á Domino: * & misericordiam á Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium faciem Dei Jacob.

Attóllite portas principes vestras, & elevámini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus fortis, & potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas principes vestras, & elevámini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Añã. Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos.

Añã.

Añs. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Psalmus. 33.

Benedicam Dominum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: * audiant mansueti, & latentur.

Magnificate Dominum mecum: * & exaltemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, & exaudivit me: * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminimini: & facies vestrae non confundentur.

Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: * & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: * & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes sancti ejus: * quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt, & esu-

riérunt: * inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me: * timorem Domini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam: * diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam á malo: * & labia tua ne loquantur dolum.

Diverte á malo, & fac bonum: * inquire pacem, & perséquare eam.

Oculi Domini super justos: * & aures ejus in precibus eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala: * ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justí, & Dominus exaudivit eos: * & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus illis, qui tribulato sunt corde: * & humiles spiritu salvabit.

Multae tribulationes justorum: * & de omnibus his liberavit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: * unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: * &

* & qui oderunt justum, delinquent.

Rédimet Dominus animas servorum suorum: * & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Añs. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

¶. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini.

¶. De manu Angeli.

Sermo Sancti Bernardi Abb.

In Psalm. Qui habitat.

Lectio iv.

Angelis suis mandavit de te. Mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim? Quibus? De quo? Quid mandavit? Studiosè consideremus, fratres, diligentèr commendemus memoriae hoc tam grande mandatum. Quis enim mandavit? Cujus sunt Angeli? Cujus mandatis obtemperant? Cujus obédiunt voluntati? Nempe Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo ma-

gestas mandavit Angelis, & Angelis suis mandavit. Illis utique sublimibus, tam beatiss, quam proximis sibi coherentibus, & verè domesticis, mandavit de te. Tu quis es? Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam reputas eum? Quasi verò non sit homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quid putas mandavit de te? Ut custodiant te.

¶. Vivit ipse Dominus: * Quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commemorantem, & inde huc revertentem.

¶. Et non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari. Quoniam.

Lectio v.

Quántam tibi debet hoc verbum inférre reverentiam, afférre devotionem, conferre fiduciam! Reverentiam pro praesentia; devotionem pro benevolentia; fiduciam pro custodia. Cautè ámbula, ut videlicet, cui adsumt Angeli, sicut eis mandatum est, in omnibus viis tuis. In quovis diversorio, in quovis ángulo Angelo tuo

reverentiam habe. Tu ne audeas, illo presente, quod, vidente me, non auderes. An presentem esse dubitas, quem non vides? Quid si audires? Quid si tangeres? Quid si olfaceres? Vide, quia non solo visu, rerum presentia comprobatur.

R. Angelus Domini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace: * Et non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit.

ψ. Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum. Et non.

Lectio vi.

In ipso itaque, fratres, affectuose diligamus Angelos ejus, tamquam futuros aliquando coheredes nostros, interim vero actores, & tutores a Patre positos, & prepositos nobis. Quid sub tantis custodibus timeamus? Nec superari, nec seduci, minus autem seducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus viis nostris: fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus? Tantum se-

quāmur eos, adhaeremus eis, & in protectione Dei caeli commoremur. Quoties ergo gravissima cernitur urgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, invoca custodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione: inclama eum, & dic: Domine, salva nos, perimus.

R. In omni tribulatione eorum non est tribulatus: * Et Angelus faciei ejus salvavit eos.

ψ. In dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus saeculi. Et Angelus. Gloria. Et Angelus.

IN III. NOCT. *Añā.*

Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus Regis Assyriorum.

Psalmus: 59.

Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite

dicite nomini ejus: * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus: * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dii Gentium daemonia: * Dominus autem caelos fecit.

Confessio, & pulehritudo in conspectu ejus: * sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriae Gentium: afferte Domino gloriam, & honorem: * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: * adorete Dominum in atriis sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra: * dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.

Enim corripuit orbem terrae, qui non commovebitur: * judicabit populos in aequitate.

Latentur caeli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudebunt

campi, & omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: * quoniam venit iudicare terram.

Judicabit orbem terrae in aequitate: * & populos in veritate sua.

Añā. Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus Regis Assyriorum.

Añā. Adorate Dominum omnes Angeli ejus: audivit, & latata est Sion.

Psalmus 96.

Dominus regnavit, exultet terra: * latentur insulae multae.

Nubes, & caligo in circuitu ejus: * justitia, & iudicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecedet, * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terrae: * vidit, & commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt caeli jus-

titiam ejus : * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filia Judæ : * propter judicia tua, Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo : * & rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * & confitemini memorie sanctificationis ejus.

Añ.a. Adorate Dominum omnes Angeli ejus : audivit, & lætata est Sion.

Añ.a. Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedic anima mea Domino : * & omnia, quæ intra me sunt nómmini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino : * & noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis : * qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam : * qui coronat te in misericordia, & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum : * renovabitur ut aquila juvenus tua.

Faciens misericordias Dominus : * & judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moyse, * filiis Israel voluntates suas.

Miserator, & misericors Dominus : * longanimis, & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur : * neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis : * neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quo-

Quoniam secundum altitudinem cæli á terra : * corroboravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente : * longè fecit á nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timéntibus se : * quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniam pulvis sumus ; * homo sicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri sic efflorébit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet : * & non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem Domini ab æterno : * & usque in æternum super timentes eum.

Et justitia illius in filios filiorum, * his, qui servant testamentum ejus.

Et memores sunt mandatorum ipsius : * ad faciendum ea.

Dominus in cælo paravit sedem suam : * & regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus : * potentes virtute, facientes verbum illius,

ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus : * ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus : * in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

Añ.a. Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verborum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

¶. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

¶. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 18.

In illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : quis putas major est in regno cælorum? Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episcopi.

Comm. in Matth. cant. 18.

Humilitas passionis scandalum mundo est. In hoc

hoc enim maximé ignorantia detinetur humana, quod sub deformitate crucis, aternæ gloriæ Dominum noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum, quam non recepisse Christum? Verumtamen sub hóminis nuncupatione autorem scándali hujus Judaicum populum designat; per quem omne hoc mundo periculum comparatur, ut Christum in passione abnegent, quem lex, & Prophetæ passibilem prædicaverunt. Ideo enim necesse esse, ait, venire scándala, quia ad Sacramentum reddendæ nobis æternitatis, omnis in eo passionis humilitas esset explenda.

ry. Machabæus, & qui cum eo erant, cognoverunt expugnari præsidia: * Cum fletu, & lácrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israel.

ꝑ. Cum pariter prompto ánimo procederent Jerosólymis, apparuit præcedens eos eques in veste cándida. Cum fletu.

Benedict. Quorum festum.

Lectio viii.

Videte, ne contemnatis unum de pusillis istis, qui credunt in me. Aptissimum vinculum mutui amoris imposuit, ad eos præcipuè, qui verè in Domino credidissent. Pusillorum enim Angeli quotidie Deum vident: quia Filius hominis venit salvare, quæ perdita sunt. Ergo, & Filius hominis salvat, & Deum Angeli vident, & Angeli pusillorum præsumunt fidelium orationibus. Præesse Angelos absoluta auctoritas est. Salvatorum igitur per Christum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculosè ille contemnitur, cujus desideria, & postulationes ad aeternum, & invisibilem Deum ambitioso Angelorum famulatu, ac ministerio pervehuntur.

ry. Tu Domine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechia rege Judæ, & interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quinque millia: * Et nunc dominator cœlorum, mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timore, & tremore magnitudi-

nis brachii tui.

ꝑ. Ut métuant, qui cum blasfemia veniunt adversus sanctum populum tuum. Et nunc. Gloria. Et nunc.

Si hoc festum venit in Quadrages. ix. Lect. legit. de Homil. Fer. occur. & de ea fit com.

Lect. ix.

Atque, ut ingentem esse in cœlis lætitiæ redditu humanæ salutis ostenderet, comparationis posuit exemplum ejus, qui oves nonaginta novem in montibus reliquisset, & errantem unam requisisset, qua inventa, plus gaudii sit, quam habebatur in nonaginta novem conservatione lætitiæ: Ovis una, homo intelligendus est, & sub homine uno universitas sentienda est. Sed in unius Adæ errore omne hominum genus aberravit. Ergo nonaginta novem non errantes multitudo Angelorum cœlestium oppinanda est, quibus in cœlo est lætitiæ, & cura salutis humanæ. Igitur, & quærens hominem, Christus est, & nonaginta novem relictis, cœlestis gloriæ multitudo est,

cui cum máximo gaudio errans homo in Domini corpore est relatus. Te Deum.

AD LAUDES, ET PER Horas.

Antiphona.

Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in ómnibus viis tuis.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliq. de Dominica.

Añã. Laudemus Dominum, quem laudant Angeli, quem Cherubim, & Seraphim, Sanctus, Sanctus, sanctus proclamant.

Añã. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui est in cœlis.

Añã. Benedictus Deus, qui misit Angelum suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum.

Añã. Laudate Deum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.

Capitulum. Exod. 23.

Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi. Observa eum, & audi vocem ejus.

Hym.

Hymnus.

ORbis patrator optimè,
Qui, quidquid est
potentia
Magna creasti, nec regis
Minore providencia.

Adesto supplicantium
Tibi reorum coetui;
Lucisque sub crepúsculum
Lucem novam dá méntibus.

Tuusque nobis Angelus
Signatus ad custodiam,
Hic adsit: á contagio,
Qui criminum nos protegat.
Serpentis nobis æmuli
Calumnias exterminet,
Ne rete fraudulentia
Incauta nectat pectora.

Metum repellat hóstiúm
Nostris procul de finibus:
Pacem procuret civium,
Fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria,
Qui, quos redimit Filius,
Et Sanctus unxit Spiritus,
Per Angelos custodiat.
Amen.

ψ. In conspectu Angelo-
rum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo.

Ad Benedictus Añã.

Reversus est Angelus, qui
loquebatur in me, & susci-
tavit me, quasi virum, qui
suscitatur á somno suo.

Oratio.

DEus, qui ineffabili pro-
videntia Sanctos Ange-
los tuos ad nostram custo-
diam mittere dignaris: largi-
re supplicibus tuis, et eorum
semper protectione defendi,
et æterna societate gaudere.
Per Dominum.

Ad Tertiam. Añã. Laudemus Dominum.

Cap. Exod. 23.

℞. brev. Stetit Angelus, *
Juxta aram templi. Stetit.

ψ. Habens thuribulum au-
reum in manu sua. Juxta.
Gloria Patri. Stetit.

ψ. Ascendit fumus aróma-
tum in conspectu Domini.

℞. De manu Angeli.

Ad Sextam. Añã. Angeli
eorum.

Cap. Exod. 23.

NEC contemnendum pu-
tes: quia non dimittet
cum peccáveris, et est no-
men meum in illo.

℞.

ψ. brev. Ascendit fu mus
arómatum: * In conspectu
Domini. Ascendit.

ψ. De manu Angeli. In
conspectu. Gloria Patri. As-
cendit.

ψ. In conspectu Angelo-
rum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum
sanctum tuum, et confitebor
nomini tuo.

Ad Nonam. Añã. Laudate
Deum.

Cap. Exod. 23.

QUOD si audieris vocem
ejus, et féceris omnia,
quæ loquor, inimicus
ero inimicis tuis, et affligam
affligentes te, præcedetque te
Angelus meus.

℞. brev. In conspectu
Angelorum: * Psallam tibi,
Deus meus. In conspectu.

ψ. Adorabo ad templum
sanctum tuum, et confitebor
nomini tuo. Psallam. Gloria
Patri. In conspectu.

ψ. Adorate Deum.

℞. Omnes Angeli ejus.

In secund. Vesp. Añã. An-
gelis suis, cum reliq. de Laud.
Psalm. Dixit Dominus: cum
reliq. de Dominica, & loco

ultim. Psalm. Confitebor tibi
Domine in toto corde meo:
quoniam, ut in Vesp. Fer. 6.

*Capitulum Hymn. &c. ψ. ut
suprá in prim. Vesp.*

Ad Magnif. Añã.

Sancti Angeli Custodes
nostri, defendite nos in præ-
lio, ut non peréamus in tre-
mendo judicio.

*Deinde fit com. seq. & fer.
si occurrat in Quadrages.*

DIE VIII. MARTII.

Sancti Veremundi Abbat.
*Regalis Monasterii Hi-
rachens. Dup. min.*

¶ *Intra Regn. Lect. 2.*
Noct. prop. seq. In 3. Noct.
*Ecce nos reliquimus. Missa
Os justi. pro Abbat. Orat.
Intercessio.*

¶ *Extra Regn. 2. Noct.*
Deridetur: de cñi. Abbat. 2.
loco. Reliq. ut *suprá.*

IN II. NOCTURNO

Lect. iv.

Veremundus natione Na-
varrus, clarissimis ortus

D

pa

paréntibus, ex vico Villator-
ta, vel ut aliis placet, ab
Areillano, ad radices montis
Jurrae á Stella Civitate duo-
rum ferè passum millibus dis-
tantis, párvulus adhuc, reli-
cta domo, rebusque patriis,
Deo militaturus, Monasterium
Hirachense Ordinis Sancti Be-
nedicti, sub disciplina Munii
Abbatis, ingressus est: ubi
mirum dictu, quanta morum
integritate, quanta virtutum
perfectione, vel in ipsa pue-
ritia, réliquos sui témporis
superabat. Cilicio, jejuniis,
vigiliis, et orationibus doma-
bat corpus, ne gravaret áni-
mam. Cæterum, cum in dies
semper iret de virtute in vir-
tutem, in mortuú Abbatis
avínculi sui locum sufficitur.

R. Honestum fecit illum
Dominus, et custodivit eum
ab inimicis, et á seductóri-
bus tutavit illum: * Et de-
dit illi claritatem æternam.

Y. Justum deduxit Domi-
nus per vias rectas, et osten-
dit illi regnum Dei:
Et dedit illi, &c.

Lectio v.

Pastor electus, non mo-
res mutavit, sed et cæ-

teros, et seipsum, virtutibus
quotidiè superabat. Quod mi-
raculorum signa frequenter
manifestabant; sivè, dùm
futura prædicit; sivè, dùm
messes Monasterii, in area ar-
dentes, oratione sola extin-
guit; sivè, dùm latrones, gre-
ges, et armenta Monasterii
deprædantes, permanère im-
móviles facit; sivè dùm dæ-
mones á corpóribus obsessis
relegat; sivè, dùm cæcos illu-
minat, et infirmos sanat; si-
vè denique, dùm pluvias, et
alia postulata á pópulo, á
Deo impetrat. Præter cætera
tamen in paúperes, et alios
fideles munificentissimus fuit:
quamobrem mira, et stupen-
da per ipsum operatus est
Dominus. Cántigit enim (in-
ter alia multa) ut ingens fa-
mes totum Regnum Navar-
rae depopularetur: qua mise-
râbili plaga coacti multi ad
Sanctum virum eleemosynam
petituri confluebant. Ingra-
vescente veró in dies fame,
multitudo circiter trium ho-
minum millium convenit: ve-
rùm, cum domi non esset
undè tantà multitudo refice-
retur, ingens clamor, et ulu-
latus oritur; nam fame con-

fectis vix erant vires quo-
quám eundi: quare pericli-
tandum erat, nisi á Patre
subveniretur.

R. Amavit eum Dominus,
& ornavit eum. Stola glori-
æ induit eum: * Et ad por-
tas Paradysi coronavit eum.

Y. Induit eum Dominus
loricam fidei, & ornavit eum.
Et ad portas Paradysi, &c.

Lectio vi.

Quod mirandum spectá-
culum vehementer do-
lens, accessit ad Altare
sacrum peracturus: et ecce,
dùm ad illum locum deven-
tum esset, in quo Sacerdos
orat pro pópulo, et láchry-
mis á Deo postularet auxi-
lium, columba alba, de coelo
descendens, super singulorum
cápita, quasi illos tangens,
volitabat; atque mox, cun-
ctis vidéntibus, in coelum
rédiit. Quó tantum virium,
tantamque saturitatem unus-
quisque sensit, ac si splendi-
dissimis, et variis cibis esset
refectus. Qua de re Deo gra-
tias exhibentes læti redierunt
ad propria. His igitur, et
aliis miraculis Monasterium,
quod satis illustre tota His-

pania Veremundus accepit, in-
signis fama sanctitatis reddi-
dit augustius. Felici tandem
resolutus morte, migravit ad
Christum; anno Domini mil-
lesimo nonagesimo secundo,
octavo Idus Martii, cum Mo-
nasterium Hirachense rexisset
quadraginta et amplius annis.

R. Iste homo perfecit om-
nia, quæ locutus est ei Deus,
et dixit ad eum: Ingredere
in requiem meam: * Quia te
vidi justum coram me ex om-
nibus gentibus.

Y. Iste est, qui contempsit
vitam mundi, et pervenit ad
coelestia regna. Quia te vidi.
Gloria Patri. Quia te vidi.
&c.

IN III. NOCTURNO.

*Homil. in Evang. Ecce nos
reliquimus &c. de communi
Abbat. Si venerit in Quadra-
ges. nona Lectio erit de Ho-
milis feriæ, & comm. istius
ad Laudes.*

*Missa: Os justi. de com-
muni Abbat. cum commem.
feriæ, & in sine Evang. is-
tius, si venerit in Quadrag.
In ssecundis Vesp. á Cap.
de seq. festo Sanctæ Francis-
cæ Romanæ Vid. cum com-*

DIE XV. MARTII.

Sancti Raymundi Abbat.
Regalis Monasterii S.
Mariæ de Fitero, & Funda-
toris Ordinis de Calatrava,
dup. min.

*In primis Vesp. à Capit.
fit de eo, de communi Confes-
sor. non Pontificis præf. se-
quentia. In Hymno mutatur
tertius versus, & dicitur:*
Hac die lætus meruit supre-
mos laudis honores, cum
comm. S. Florentina Virg. &
fer.

Oratio.

Deus, qui Beato Raymun-
do Abbati præliari præ-
lia tua, et fidei inimicos su-
perare dedisti, concede, ut
ejus nos intercessione muniti
ab hostibus mentis, et cor-
poris liberemur. Per Domi-
num nostrum, &c. *Et sit
commem. fer.*

*Lect. 1. Noct. Beatus vir,
de 2. loco Confes. non Pontif.*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Raymundus, Canonicus
Ecclesiæ Turiasonenſis
in Regno Aragoniæ, quò di-
vina procul á mundi strépitu
liberius contemplaretur,
superno spirítu afflante, in
solitudinem se recepit. Dein-
de, cum Cisterciensium Mo-
nachorum fama undequaque
difunderetur, illud amplexus
est Institutum, ac, longè la-
tèque evulgata ejus vitæ sancti-
monia, Abbas Monasterii
Beatæ Mariæ de Fitero cons-
titutus est. Postquam verbo,
et exemplo ad omne opus
pietatis suos induxisset, co-
piosum exercitum Fidelium
collegit, Castrum de Turrun-
gen, et Calatravam á Mauris
tuendam, de manu Sancti
Castellæ Regis suscepit: ac
peritia rei militaris mirabilitèr
pollens, Saracenos fugavit,
multasque urbes expugnavit.
Novo, et usque ad ea tèm-
pora inaudito exemplo Ray-
mundus Monachatu Militiam
conjunxit. Ordinem Militarem
de Calatrava nuncupatum, et
in tota Europa celeberrimum,
ac

ac á plúribus Summis Ponti-
ficibus approbatum, instituit,
sub régula, légibus, et visi-
tatione Cisterciensium: ex quo
alii Ordines Militares, de Al-
cántara, de Christo, de Avi-
bus, de Montesia, de Monte-
franco, de Monte gaudio, et
de Truxillo, eídem Religio-
ni Cisterciensi subjecti pro-
dierunt.

℞. Honestum fecit illum
Dominus, et custodivit eum
ab inimicis, et á seductóri-
bus tutavit illum: * Et dedit
illi claritatem æternam.

℥. Justum deduxit Domi-
nus per vias rectas, et osten-
dit illi Regnum Dei. Et de-
dit, &c.

Lectio v.

HÆC fuere prima sémi-
na Inclytæ militiæ, sub
qua tot viri, tot Principes,
tot Duces, tot etiam aliæ Re-
ligiosæ militiæ profiterentur.
Hujus novi Ordinis milites
quandiú á prælio abstinebant,
adamusim observabant vic-
tum, vestitum, psalmodiam,
contemplationem, opus ma-
nuum, silentium, vigiliisque,
ac denique mutuam quotidia-
norum defectuum proclama-
tionem, ut nihil minus á Mo-

nachis efficerent. Hinc præ-
ceptum est communi assensu,
et deliberatione Capituli Ge-
neralis Cisterciensis, ut illius
Ordinis milites essent filii Mo-
nasterii Morimundi; utque
Abbas, et domus eadem, in
eos jus illud filiationis habe-
ret, quale in Morimundo nos-
citur habere Cistercium. Ei-
dem militiæ Beatus Raymun-
dus ultra ipsam Calatravæ ar-
cem, et oppidum, plura alia
loca, et castra acquisivit.

℞. Amavit eum Dominus,
et ornavit eum: stollam glø-
riæ induit eum: * Et ad por-
tas Paradysi coronavit eum.

℥. Induit eum Domiaus
Ióricam fidei, et ornavit eum.
Et ad portas Paradysi, &c.

Lectio vi.

TAndem vir sanctus utrius-
que militiæ, cœlestis et
terrenæ supremus ductor, post
multas victorias partas de Sa-
racenis, plures de dæmonè,
post captivatas galeas orbi in-
ductas, cunctis fidei inimicis
formidabiles, post homines
aptatos utriusque armis, qui,
et ad sonitum buccinæ leo-
nes, et ad tympani ictum
agnos, illud in prælio, hoc in
claus-

claustris, imitentur, plenus dierum, et virtutum, anno salutis millesimo centesimo sexagesimo tertio, et sexto regiminis Ordinis á se inchoati, ánimam emisit, multis post mortem miraculis illustris. Sacrae ejus corporis exuviae Toletum translatae in Monasterio Montis Sion, auctoritate Pauli Papae Secundi, litteris datis die decima quinta mensis Martii anno millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, super Altaris Aram ad Epistolae cornu decenter collocatae fuerunt, additis á Summo Pontifice Indulgentiis iis, qui eum locum devotè visitaverint.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredi in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. Quia te, &c. Gloria Patri, &c. Quia te, &c.

IN III. NOCTURNO.
Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 3.

IN illo tempore: dicebat Joannes ad turbas, quae exhibant, ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere á ventura ira? Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatís, in exhortatione ad milites Templi.

SI percutere in gladio omnino fas non est christiano, cur ergo praeco Salvatoris contentos fore suis stipendiis militibus indixit, & non potius omnem eis militiam interdicit? Sed securè dissipentur gentes, quae bella volunt, et abscindantur, qui nos conturbant. Exeratur gladius uterque fidelium in cervices inimicorum, ad destruendam omnem altitudinem extolentem se adversus scientiam Dei, quae est christianorum fides, ne quando dicant gentes: ubi est Deus eorum? Porrò imminente bello, intus fide, foris ferro, non auro se muniant, quatenus armati, et non ornati, hostibus metum incutiant, non pro-

provocent avaritiam. Deinde non turbulenti, aut impetuoosi, et quasi ex levitate praecipites, sed consultè, atque cum omni cautela, et providentia, se ipsos ordinantes, et disponentes in aciem, juxta quod de Patribus scriptum est: Veri profecto Israelitae procedunt ad bella pacifici.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat pro peccatis, &c.

AT verò, ubi ventum fuerit ad certamen, tum demum pristina lenitate postposita, tamquam si dicerent: Nonne, qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam? Irunt in adversarios, hostes velut oves reputant, nequam, etsi paucissimi, vel savam barbariem, vel numerosam multitudinem formi-

dantes. Noverunt siquidem, non de suis praesumere viribus; sed de virtute Domini Sabaoth sperare victoriam, cui nimirum facile esse confidunt; juxta sententiam Machabaei: concludi multos in manu paucorum; et non esse differentiam in conspectu Dei caeli, liberare in multis, et in paucis, quia non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de caelo fortitudo est. Ita denique miro quodam, ac singulari modo cernuntur, et agnis mitiores, et leonibus ferociores, ut pene dubitem, quid potius censeam appellandos, Monachos videlicet, an milites; nisi quod utrumque forsitan congruentius nominarim, quibus neutrum deesse cognoscitur, nec Monachi mansuetudo, nec militis fortitudo. De qua quid dicendum, nisi quod á domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris? Tales sibi elegit Deus, et collegit á finibus terrae Ministros ex fortissimis Israel, qui verè lectulum Salomonis vigilantè, fideliterque custodiant, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.

ꝑ. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur á nuptiis.

ꝑ. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus venturus sit. Et vos similes, &c. Gloria Patri, &c. Et vos similes.

Nona lect. dicit. de Homil. occurrenti. Quod si contigerit hoc festum transferri extra Quadrages. nona lect. dividitur ab illis verbis: Ita denique. In Laud. sit commemor. ser.

Missa dicitur Os justi de communi Abbatum præf. sequentia.

Oratio.

DEUS, qui Beato Raymundo Abbati præliari prælia tua, et fidei inimicos superare dedisti, concede, ut ejus nos intercessione muniti ab hostibus mentis, et corporis liberemur. Per Dominum nostrum, &c.

* *Sequentia Sancti Evangelii secundum Luc. Cap. 3.*

IN illo tempore: Dicebat Joannes ad turbas, quæ

exibant, ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere á ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae, et ne coeperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur. Et interrogabant eum milites, dicentes: quid faciemus nos? Et ait illis: neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis vestris.

Cætera ut in dicto comm. Abbatum.

APRILIS.

FER. 3. post oct. Pasch. *In Dedicatione Eccles. Cathedr. Pompel. dup. i. clas. in tota Diocesi. In Civit. cum Octav. Et extra eam sine Octava. Omnia de communi. Dedicat. Eccles. cum Allel. in sine Invitat. Añ. 5. & ꝑ. & Psalm. Nocturn. dic. sub prima Añ. DIE*

cens. Lect. 1. Noct. Fratres, debitores sumus, ut in commun. plurim. Martyr. extra temp. Passh.

Si autem venerit in Vigil. Pentec. vel in ipsa die, transfertur post ejus octav. Et tunc omnia de communi. unius Martyr. extra temp. Paschal. Lect. 1. Noct. de Script. In secundo Noct. sermo Sancti Augustin. Episc. Triumphalis &c. In 3. Noct. Homil. S. Gregor. Pap. Si quis vult: de communi secundo loco.

FER. III. POST FESTUM
Ssmæ. Trinitatis.

IN festo Reliquiar. Eccles. Cathedr. Pomp. dup. in tot. Diocesi. ex concessione Sixti V.

Omnia de communi plurimor. Martyrum.

In primo Noct. Lect. de Scriptura. In secundo Noct. Nemo est, qui nesciat: de communi plurim. Martyr. In tertio Noct. Evang. Descendens Jesus de monte, de eodem commun.

E Ora.

MAJUS.

DIE IX. MAIJ.

Sancti Gregorii Ostiensis Episc. & Conf. dup. in tot. Diocesi. Lect. 1. Noct. de Script. 2. & 3. Noct. de cñi. 1. loco. Missa Statuit.

DIE X. MAIJ.

Sancti Martini Loynaz Martyr. dup. in Dioc. Lect. 1. Noct. de Script. In secundo Noct. Sermo Sancti Ambrosii, Dignum & congruum, de communi. Martyr. temp. Paschal. primo loco. In 3. Noct. Hom. Ego sum vitis vera, de eodem communi. nona lect. & com. Ss. Gordiani, &c. Martyr. Añ. in Laud. de 1. Vesp. ejusd. com.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens Deus: ut qui Beati Martini Martyris tui, &c. *Si hoc festum venerit in ser. 2. Rogat. vel Vigil. As-*

Oratio.

Propitiare, quæsumus Domine, nobis famulis tuis per Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ in hac (vel illa) continentur Ecclesia, merita gloriosa; ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegatur adversis. Per Dominum.

In aliis Eccles. præet. Cathedral. non dicitur in Oratio, in hac, sed in illa.

JUNIUS.

DIE XIV. JUNII.

Festum S. Exuperii Ep. & Confes. dup. *Omnia ut in communi Conf. Pontif. Oratio: Da quæsumus.*

Lect. i. Noct. de Script. In secundo, & tertio Noct. de commun. primo loco.

JULIUS.

DIE VII. JULII.

In festo S. Firmini Ep. & Martyris, & Patron. Dicc. & Regni, dup. i. clas. *Cum Octava.*

Omnia de communi unius Martyris.

Oratio.

Deus, qui per fidei præconium, & passionis agonem Beatum Firminum Episcopum, & Martyrem immortalitatis læurea coronasti: concede propitius, ut cujus celebramus triumphum, assequamur & præmium. Per Dominum.

Lect. i. Noct. A Mileto, ut in communi unius Mart.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Firminus Pompelone nobilibus paréntibus Firmo, & Eugenia natus, uná cum illis á Beato Saturnino Episcopo Tolosano baptizatus est, á quo, & Honesto Presbytero, ut Christiana Religione imbueretur, traditus, tantum in ea profecit, ut Regiones circumquaque Evangelicis documentis, & vite sanctitate illustraret. Episcopus Pompelonensis cretus, terrenis facultatibus in pauperes erogatis, ad munus Apostolicum se accingens, cum intelligeret per universam Galliam inferri sævam Chris-

Christianis persecutionem, Pompelone discedens, multas Galliarum Urbes perlustravit, atque ab Idolorum cultu innúmeram multitudinem Aggenensium, & Andegavensium ad Christi fidem convertit; Domino ejus doctrinam multis miraculis confirmante.

ꝝ. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & á seductori- bus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

ŷ. Descenditque cum illo in fóveam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Inde Bellovacum petens cum pro stirpanda Idolatriæ superstitione plurimum laboraret, á Valerio Præsidente comprehensus, & flagellis usque ad necem cæsus, in cárcerem conjectus est. Sergio autem Valerii successori reservatus, eo loco inediám, & squalorem diu patienter tulit: sed vi á Populo liberatus in ea Civitate diutius prædicavit. Ecclesiam in honorem Protomartyris Stephani, aliásque nonnullas, cons-

truxit. Inde Ambianum perrexit, ubi quadraginta dierum spatio, multis editis miraculis, tria hominum milia ad Christi fidem convertit, sacroque Baptismate abluit. Porro Sebastianus, & Longinus Præsides, cum certó scirent Firmini prædicatione multas suæ Provinciæ Urbes Idolis contemptis, Christum colere, Treveris Ambianum quàm celerrimè adven- nerunt: & Firminum graviter objurgatum, quód contra Imperialia Edicta novam Religionem induceret, in cárcerem detrúduunt. At populi seditionem veriti, intempe- tæ noctis silentio, eum cápite plecti jusserunt septimo Kalendas Octobris.

ꝝ. Desiderium animæ ejus tribuisti ei, Domine: * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

ŷ. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in cápite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

EJus Corpus Faustianus Senator, qui ab ipso

Firmino fuerat lavacro Baptismatis regeneratus, clam sepelivit: quod ibi latuit usque ad Theodoricum Regem, quo tempore Salvius Venerabilis Ambianensium Antistes assiduus precibus a Deo impetravit, (ingente super sepulchri locum lumine radiante, & ex eodem suavissimo odore ad vicina uue oppida flagrante) Sancti Martyris reliquias sibi revelari. In quarum translatione elementa etiam ipsa visa sunt ei obsequium praestitisse. Nam Idibus Januarii, cum hiems esset horrida, subito omnes Regionis arbores, floribus, & foliis vibrantibus vestitae, prata lilis, ac rosis plena omnibus arridebant. Denique multi aegroti, & infirmi ob merita S. Firmini illa die integram sanitatem recuperarunt.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

V. Cibavit illum Dominus pane vitae, & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 12. d.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis; nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Et reliqua.

Homil. S. Augustini Episc.

Tract. 51. in Joan. sub mod.

IPse Dominus Jesus erat granum mortificandum, & multiplicandum: mortificandum infidelitate Judaeorum, multiplicandum fide populorum. Jam vero exhortans ad passionis suae sectanda vestigia, qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest. Qui amat, perdet: id est, si amas, perdes. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam: noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in aeterna vita.

R.

R. Corona aurea super caput ejus: * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viii.

HOC autem quod posterius dixi, magis habere videtur Evangelicus sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Ergo, quod supradictum est, qui amat (subintelligitur in hoc mundo) ipse utique perdet: qui autem odit (utique in hoc mundo) in vitam aeternam ipse custodit eam. Magna, & mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdam amando.

R. Hic est verus martyr, qui pro Christi nomine san-

guinem suum fudit: * Qui minas iudicium non timuit, nec terrena dignitatis gloriam quarsivit, sed ad caelestia regna pervenit.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui. Gloria. Qui.

Lectio ix.

SED vide ne tibi subrepat, ut te ipsum velis interimere, sic intelligendo, quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidem maligni atque perversi homines, & in seipso crudeliores, & sceleratiores homicidae, flammis se donant, aquis se praefocant, praecipitio se collidunt, & pereunt. Hoc Christus non docuit: imò etiam diabolo praecipitium suggerenti respondit: Redi retrò sathanas: scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit, significans qua morte clarificaturus erat Deum: Cum esses junior, cingebas te, & ambulabas quod volebas, cum autem senueris, alter te cinget, & feret

feret quó tu non vis. Ubi satis expressit, non á se ipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi.

Quando hoc festum venerit in Sabbato, in secundis Vesp. fit comm. S. Elisabeth, & Dominicæ occurrentis.

Dominica infraoctav. S. Firmini, quæ est prima post octav. Apostolor. Petri, & Pauli, fit de festo Coronæ Domini Dup. maj. cujus officium fit ut infra pónitur.

Et si in dicta Dominica ceciderit octav. S. Firmini, Officium Coronæ Domini fit in Dominica sequenti prima post octavam S. Firmini, quæ erit die xxi. Julii.

DIE VIII. JULII.

Secunda die infraoct. S. Firmini, fit officium de Sancta Elisabeth, ut in Breviar. sine commemor. octav. In secundis Vesp. fit comm. octav. S. Firmini, si de illa die sequenti sit agendum, non autem si officium diei seq.

recitandum sit de alio.

DIE IX. JULII.

Tertia die infraoct. de ea sem. cum commem. octav. S. Elisabeth.

In primo Noct. Lect. de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augustini
Episcopi.

Sermone 44. de Sanctis.

Lectio iv.

Patienter permittunt aegroti se á medicis secari, uri, & variis amaritudinum confectionibus anxari, ut temporali tandem restituantur sanitati. Quanto magis Sanctus Firminus longanimiter toleravit omnem acerbitatem tormentorum temporalium, ut coronaretur in misericordia, & miserationibus, & in bonis satiaretur desiderium suum? In torculari itaque conculcari voluit, ut tamquam uba matura in vinum deficeret, & vinum malorum granatorum dilecto

SUO

suo propinaret, quo mentes religiosæ ebriatæ sciunt viriliter conculcare, & ad æterna irretortis oculis anhelare.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & á seductóribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

QUI ergo in tyrocinio suo mundanas contempnit divitias: qui corporales etiam refrenavit illecebras: qui in propectu militiæ suæ multas est perpesus injurias, in perfectione sacrificii, nihil sibi reservans, se ipsum obtulit holocaustum, bibens illum calicem pretiosum, quem sedens ad magnam mensam sacre lectionis sibi prius ab invitatore suo viderat appositum. Cujus mors, quantumcumque videatur in conspectu reproborum despicibilis, in oculis tamen ejus est pretiosa, qui in sanctis suis est mirabilis. At ipse enim primó

vocavit militem suum, ipse magnificavit, ipse justificavit, ipse dedit ei pugnare, ipse dedit & vincere. Longè est dissimilis hæc militia mundanæ militiæ, in qua victóres existimantur, qui quod malè desiderant, assequantur: qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus péssimis.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine: * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

V. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

IN Christiano ergo agone manifesta est pœna, occulta victoria, secundum quod ex persona martyrum clamat Psalmista: Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis: In Deo faciemus virtutem. Tamquam si diceret: victoria nostra, gloria nostra intus est, non foris est, foris despecti, intus dilecti.

R.

ry. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

Y. Cibavit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Et reliqua.

De homilia S. Augustini Episcopi.

Quid sit ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putaverimus esse Christo ministrare, ea quæ sunt corpori necessaria præparare, aut cenanti cibum coquere, vel apponere, vel poculum dare, poculumque

miscere: fecerunt hoc illi, qui potuerunt illum in corpore habere præsentem, sicut Martha, & Maria, quando Lazarus unus erat ex discumbentibus. Sed eo modo, Christo etiam Judas perditus ministravit. Nam, & loculos ipse habebat: & quamvis ex eis, quæ mittebantur, sceleratissimè furaretur, per illum tamen etiam necessaria parabantur.

Be. Corona aurea super caput ejus: * Expressa signum sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

Y. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viii.

Nullo modo igitur de hujusmodi ministro diceret Dominus: ubi sum ego, illic & minister meus erit, & si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus: quoniam Judam talis ministrantem, reprobaturum, potius quam honoratum, videmus.

Y. Hic est verè martyr, qui

Ec. ut in Brev. cum com. oct. S. Firmini, & S. Elisabeth.

DIE XI. JULII.

Quinta die infraoct. de ea sem. cum com. oct. S. Elisabeth. & S. Pii Pap. & Mart.

In I. Noct. Lect. de Script.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Petri Chrysologi.

De Sancto Apollinari 128.

Lectio ix.

Merito Sanctus Firminus, quia juxta mandatum Dei sui perdidit animam suam, eam invenit in vitam sempiternam. Beatus, qui ita cursum consumavit, fidem servavit, ut verè primus à credentibus suo reperiretur in loco. Nec eum quisquam Confessoris vocabulo minorem credat esse, quàm Martirem, quem Dei nutu quotidianum & multiplicem reversum conspicit ad agonem. Audi Paulum dicentem: quotidie morior. Semel mori parum

qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Quiminas judicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsivit, sed ad cœlestia Regna pervenit.

Y. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui. Gloria Patri. Qui.

Lectio ix.

UT quid ergo alibi querimus quid sit ministrare Christo, & non potius in istis ipsis verbis agnoscimus? Cum enim dixit: si quis mihi ministrat, me sequatur; hoc intelligi voluit, ac si diceret; si quis me non sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo Jesu-Christo, qui non sua quærunt, sed quæ Jesu-Christi. Te Deum.

In secund. Vesp. à Cap. de Septem Fratibus, com. oct. S. Firmini, & S. Elisabeth.

DIE X. JULII.

Quarta die infraoct. fit Offic. de Sept. Fratr.

F rum

rum est eum, qui potest Regi suo gloriosam sæpè de hostibus referre victoriam.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & á seductóribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

ψ. Descenditque cum illo in foveam; & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

NON tam mors, quam fides, & devotio martyrem facit: & sicut virtutis est, in acie, in conflictu pro Regis amore succumbere; ita perfectæ virtutis est, diu agere, & consummare certamina. Non ideo persecutus est martyrem, quia non intulit mortem, sed probavit martyrem, quia non elicit fidem; iniecit tela quæ potuit, & omnia armorum suorum genera callidus exegit inimicus: nec tamen fortissimi ductoris movere mentem potuit, aut temerare constantiam.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei, Domine: * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

ψ. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et.

Lectio vi.

SED, ut propugnatorem suum sibi Ecclesia sancta retinèret, Christo vehementer occurrit, ut vincenti justitiæ reservaret coronam, & sibi belli tempore præliatoris sui præsentiam condonaret. Et quid plura, fratres? Eggit, eggit Ecclesia Sancta Mater, ut nusquam á suo separaretur Antistite. Ecce vivit, ecce ut bonus Pastor suo medius assistit in grege: nec unquam separatur spiritu, qui corpore præcessit ad tempus: extinctus est diabolus, persecutor occubuit. Ecce regnat, & vivit, qui pro Rege suo desideravit occidi, qui vivit, & regnat Deus per omnia sæculorum sæcula.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

ψ. Cibavit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua

aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Et reliqua.

De Homilia S. Augustini Episc.

Ex tract. 15. in Joann.

Minister est Christi usque ad illud opus magnæ charitatis, quod est animam suam pro fratribus ponere; hoc est enim & pro Christo ponere: quia & hoc propter sua membra dicturus est: Cùm pro istis fecistis, pro me fecistis. De tali quippè opere etiam se ministrum facere, & appellare dignatus est, ubi ait: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam pro multis po-

nerè. Hinc ergo est unusquisque minister Christi: unde est minister & Christus. Sic ministrantem Christo honorificabit Pater ejus honore illo magno, ut sit cum Filio ejus, nec unquam deficiat felicitas ejus.

R. Corona aurea super caput ejus, * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

ψ. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viii.

CUM ergo auditis, fratres, Dominum dicentem: ubi ego sum, illic & minister meus erit: nolite tantummodo bonos Episcopos, & Cléricos cogitare: etiam vos pro modulo vestro ministrante Christo bene vivendo, eleemosynas faciendo, nomen, doctrinamque ejus, quibus potueritis prædicando; ut unusquisque etiam Pater familias hoc nomine agnoscat paternum affectum suæ familiæ se debere.

Pro Christo, & pro vita aeterna suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam, exerceat disciplinam.

R. Hic est veré martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas júdicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsit, sed ad cœlestia regna pervenit.

Y. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei. Qui. Gloria. Qui.

Nona lect. de S. Pio Pap. & Mart. ut in Breviar. Añ. pro ejus com. Iste sanctus, ut in primis Vesp.

Vesp. de S. Joan. Gualbert. Conf. cum com. octavar. & Ss. Naboris, &c. Mm.

DIE XII. JULII.

Sexta die infraoct. fit Offic. de S. Joann. Gualber. Conf. dup. ut in Breviar. com. octavar. & Ss. Naboris, &c. Mm. In secundis Vesp. com. S. Anacleti Pap. & Mart. & octavar.

DIE XIII. JULII.

Septima die infraoct. fit de Sancto Anacleto P. & Mart. sem. ut in Brev. com. oct.

Vesp. de oct. S. Firmini, ut in primis vesp. fest. com. S. Anacleti, & oct.

DIE XIV. JULII.

In die Octav. S. Firmini Dup. omnia ut in die cum com. oct. S. Elisabeth. Lect. primi Noct. de Script.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Joannis Chrysost.

De S. Ignatio tom. 5.

Lectio iv.

Tempus animadvertite, fratres, quo dignitatem Episcopalem Beatus Franciscus est assecutus: Neque enim est eadem nunc, quæ tunc erat Ecclesiam gubernandi conditio: non æqualis est labor,

bor, viam tritam, & planè paratam post multos ingredi viatores, atque eam, quæ nunc primò secunda est, quæque prærupta, & saxosa, ferisque plena, nec ullum adhuc viatorem admisit. Tunc autem quocúmque quis oculos verteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugnae, & pericula: Imperatores, & Reges & Populi, & Civitates, & gentes & domestici, & alieni, creditibus insidias tendebant.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & á seductóribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

Y. Descenditque cum illo in fóveam; & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Quemadmodúm igitur gubernatorem admiramur, non quòd vectóres possit in portum incolumes ducere, cum mare tranquillum est, cumque navis fertur ventis secundis; sed cum insaniante pelago, ventisque saevientibus, qui in navi sunt inter se dissentiant, magna

tempestate intus & foris navigantes exagitante, navim tamen potest dirigere, & conservare: sic eos, qui tunc Ecclesiam regébant, multò magis, quàm illos, qui eam in præsentí gubernant, suspicere debemus, & admirari, quando multa bella intus & foris; quando fidei planta imbecillior erat adhuc, & diligencia magis indigebat: quando veluti modò genitus infans Ecclesiæ populus magnam providentiam, atque sapientiam animæ, á qua nutriendus esset, postulabat.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei, Domine: * Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum.

Y. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

Verúm, ne totum tempus in Episcopátus consideratione collocantes, ab iis, quæ ad eum uti martyrem spectant, enarrandis excludamur, age, ad illius certamina contendamus. Versu-

tus enim diabolus, & ad struendas aptus insidias, existimabat, si Pastores sustulisset, & ovilia se facile direpturum. Sed qui comprehendit astutos in eorum astutia, ostendens Ecclesias suas non ab hominibus gubernari, sed eos, qui in ipsum credunt, semper á se regi; id fieri permittebat, ut cum cerneret, rectoribus sublatis, non tamen religionem deleri, nec veritatis prædicationem extingui, sed potius augeri: ex rebus ipsis, & ipse, & qui ei inserviebant, omnes intelligerent Christianorum disciplinam non ab hominibus pendere, sed in coelis radices agere, Deumque esse, qui ubique Ecclesias tueretur.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

Y. Cibavit illum Dominus pane vite, & intellectus: & aqua sapientie salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

IN III. NOCTURNO

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen amen dico vobis; nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Et reliqua.

Homil. S. Joannis Chrysost.

Homil. 66. in Joann.

Dulcis præsens vita est, & multæ plena voluptatis, non tamen omnibus, sed iis tantum, qui illi sum affixi. Quod si quis in cœlum suspexerit, & quæ ibi præclara sunt, contemplatus fuerit, statim hanc contemnet, ac nullius pretil existimabit. Nam, & corporum pulchritudo, quoad pulchritudinem non deprehenditur, in admiratione habetur: cum verò aliud præstantius apparuerit, illa prior despicitur. Quod si illam pulchritudinem etiam nos intuere voluerimus, & cœlestis regni speciem considerare, confestim nos hujus sæculi vinculis dissolvemus.

R.

R. Corona aurea super caput ejus: * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

Y. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viii.

Vinculum namque est terrenarum rerum affectio: ad cujus dissolutionem, ut nos induceret Christus, quid dicat attende: Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ænigmati simile hoc dictum videtur: non tamen ita est, imò verò præcipuè sapientiæ plenum. Et quomodo qui amat animam suam, perdet eam? Qui absurdis ejus cupiditatibus obtemperat, qui præter debitum ei indulget: quemadmodum é contrario, qui odit eam in hoc mundo, custodit eam: hoc est, qui non paret ei, cum noxia jubet.

R. Hic est verè martyr, qui pro Christi nomine san-

guinem suum fudit: * Qui minas judicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsit; sed ad cœlestia regna pervénit.

Y. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui. Gloria Patri. Qui.

Lectio ix.

ET non dixit, qui non paret, sed qui odit. Sicuti enim quos odio habemus, ne vocem quidem audire, nec vultum eorum videre æquo animo patimur: ita & animæ, si quid præter Dei voluntatem nobis imperat, vehementer aversari oportet. Cum enim jam de morte ad eos verba facturus esset, de morte videlicet sua, & prævideret eorum tristitiam & exanimationem, per excessum loquutus est, inquiens: Quid dico, si mortem meam generosè non feretis? Nisi vos ipsi moriamini, nullum vos sequetur emolumentum. Te Deum.

In secundis Vesp. à Cap. fit diei Oct. S. Elisabeth, ut in 1. Vesp.

DO.

DOMINICA POST OCT.

Apost. Petri, & Pauli.

IN festo Coronæ Domini. Dup. maj.

Si hoc festum venerit in die S. Firmini transfertur in sequentem Dominicam post eius oct.

A Vesperas. Añã.

Adest nova solemnitas, cum reliq. de Laud. Psalm.

Dixit Dominus: cum reliq. de Dominica, & loco ultim. Psalmi, dicitur. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum Cant. 3.

EGredimini, & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua.

Hymnus.

ATerne Rex altissime, Reddens coronas perditas, Da Coronæ sanctissimæ Laudes profferre debitas.

Corona Christi capitis, Signum nostræ tristitiæ, Honoribus exhibitis, Det nunc vocem lætitiæ.

Sertum signat victoriam, Quia Christus mortem expulsi Quæ donat nobis gloriam, Quæ caput nostrum sustulit.

In tanto diademate Rosa floret cum lilio, Cum utriusque Pæumate, Sit laus Patri, & Filio. Amen.
 y. Tuam coronam adoramus Domine.
 x. Tuam gloriosam recolimus passionem.

Ad Magnif. Añã.

Consecrator Coronæ spineæ, perpetuæ largitor lætitiarum, fons almæ bonitatis, celebrantes tanta solemnia ad illa festa felicia supernæ Civitatis, ubi vera sunt gaudia.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui in memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramus in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in coelis. Qui tecum vivit.

Deinde fit com. Dominica occur. & infraoct. Sancti Firmini.

Ad Matut. Invoitat.

Jubilemus Christo Regi Do-

Domino: * Qui post coronam spineam, coronam confert gloriæ.

Psalm. Venite exultemus.

Hymnus.

SAcra Christi celebremus Coronæ solemnia, Et ipsius revocemus Ad mentem præconiã, Ut impleta comprobemus Legis vaticiniã.

Inter vepres demonstratur, vervex hærens cornibus, In quo Christus figuratur Coronandus sentibus: Deus vivit, immolatur Homo pro hominibus.

Sinæ rubus inflamatur, Nec tamen comburitur: Ignis spinis coronatur, Quo culpa consumitur, Nec læditur, sed sacratur Spina dum sic tangitur.

Arcam, mensam, & altare Sertum ambit aureum, Et sculptura cingit mare Sacerdotum æneum, (re Quæ nunc Christi signat claudia Diadema spineum.

Gloria, & honor Deo, Usquequaque altissimo, Una Patri, Filioque, Inclito Paráclito, Cui laus est, & potestas

Per æterna sæcula. Amen.

IN I. NOCT. Añã.

Spineos aculeos suffert vir beatus, impio judicio morte condemnatus.

Psalmus.

BEatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiae non sedit.

Sed in lege Domini voluntas ejus: * & in lege ejus meditabitur die, ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: * quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet: * & omnia, quaecumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impius, non sic: * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio: * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum: * & iter impiorum peribit.

Añã. Spineos aculeos suffert

G fert

fecit vir beatus, impio iudicio morte condemnatus.

Añā. Reges terræ, & omnes populi novum carmen agite de Corona Domini.

Psalmus. 2.

QUARE fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

Astiterunt Reges terræ, & Principes convenērunt in unum: * adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpāmus vincula eorum: * & projiciāmus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in caelis, iridebit eos: & Dominus subvertet eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me, * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: *

& tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimini, qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus: * & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus: * beati omnes, qui confidunt in eo.

Añā. Reges terræ, & omnes populi novum carmen agite de Corona Domini.

Añā. Tu Domine susceptor meus, gloria mea, exaltans caput meum.

Psalmus. 4.

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi orationem meam.

Filii hominum: usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me.

me cum clamávero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cubilibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino: * multi dicunt: quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: * dedisti lætitiā in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui: * multiplicati sunt.

In pace in idipsum: * dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine, singulariter in spe: * constituisti me.

Añā. Tu Domine susceptor meus, gloria mea, exaltans caput meum.

Y. Posuisti Domine super caput ejus.

Y. Coronam de lapide pretioso.

De Isaia Propheta. Cap. 61.

Lectio. i.

SPIRITUS Domini super me, eo quod unxerit Dominus me: ad annuntiandum

mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & predicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem: ut prædicarem annum placibilem Domino: diem ultionis Deo nostro, ut consolarer omnes lugentes: ut ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mæroris: & vocabuntur in ea fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

Y. Exivit Jesus portans spineam Coronam, & purpureum vestimentum: Et dicit eis Pilatus: Ecce Homo.

Y. Egredimini filie Sion, & videte Regem vestram coronatum Corona, qua coronavit eum mater sua. Et dicit eis.

Lectio. ii.

ET stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filii peregrinorum, agricolæ, & vinitores vestri erunt. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri, dicetur vobis: fortitudi-

dinem gentium comedetis, & in gloria earum superbitis. Pro confusione vestra dupplici, & rubore laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua, dupplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.

R. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus: * Quem assumens obtulit holocaustum.

Ps. Proprio filio non percit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Quem.

Lectio. iiii.

GAudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis; & indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut ortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam, & laudem coram universis gentibus.

R. Milites plectentes Ca-

ronam de spinis; imposuerunt capiti ejus: * Et percutiebant caput ejus arundine.

Ps. Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi. Et Gloria Patri. Et.

IN II. NOCT. *Añã.*

Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum Domine.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe, Domine: * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mee: * Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine: mandè exaudies vocem meam.

Mandè astabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: * neque permanent iniqui ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Añã. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum Domine.

Añã. Hodie lætaberis militans Ecclesia, pacis coronaberis, & honoris gloria.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster: * quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua: * super caelos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: * ut destruas inimicum, & ultorem.

Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum, * lunam, & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum.

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus: oves, & boves universas, insuper & pecora campi.

Volucres coeli, & pisces maris: * qui perambulant semitas maris. Do-

losum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agébant: * judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: * in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ: * coronasti nos.

Añã. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum Domine.

Domine Dominus noster: *
quàm admirabile est nomen
tuum in universa terra!

Añã. Hodie lataberis mi-
litans Ecclesia, pacis coro-
naberis, & honoris gloria.

Añã. Usquequò exaltabi-
tur potestas tenebrarum, ca-
put lucis cingitur Corona
spinarum.

Psalmus 12.

USquequò Domine, obli-
visceris me in finem? *
Usquequò avertis faciem
tuam à me?

Quamdiù ponam consilia
in anima mea, * dolorem
in corde meo per diem?

Usquequò exaltabitur ini-
micus meus super me? * res-
pice, & exaudi me Domine,
Deus meus.

Illumina oculos meos ne
umquam obdormiam in mor-
te: * ne quandò dicat inimi-
cus meus: prævalui adver-
sus eum.

Qui tribulant me, exulta-
bunt, si motus fuero: * ego
autem in misericordia tua
speravi.

Exultabit cor meum in sa-
lutari tuo: cantabo Domino,
qui bona tribuit mihi: * &
psallam nomini Domini al-
tissimi.

Añã. Usquequò exaltabi-
tur potestas tenebrarum, ca-
put lucis cingitur Corona
spinarum.

V. Gloria, & honore co-
ronasti eum Domine.

R. Et constituisti eum
super opera manuum tuarum.

Sermo S. Anselmi Ep. Cap. 12.

Lectio iv.

ATtende anima mea, quis
est ille, qui ingreditur
habens imaginem quasi regis,
& nihilominus servi despe-
ctissimi confusione repletus,
coronatus incedit: sed ipsa
ejus Corona cruciatus est
illi, & mille puncturis spe-
ciosum ejus verticem divul-
nerat. Regali purpura indui-
tur, sed potius in ea despi-
citur, quàm honoratur. Sce-
ptrum in manu gestat, sed eo
ipso caput ejus reverendum
feritur. Adorant eorum ipso
positis in terra genibus, &
regem conclamant, & con-
tinuò ad conspuendum ama-
biles genas subsiliunt, maxil-
las palmis concutiunt; & ho-
norable collum exhonórant.
Vide anima mea quomodò
per omnia vir iste coarcta-
tur, & spernitur sub Cru-
cis

cis ónere: dorsum incurvare
jubetur, & suam ipsius por-
tare ignominiam.

R. Felix spina per cujus
stimulum sanguis exivit, qui
salvat populum. * Recola-
mus agnum anniculum.

V. O, quàm felices sunt
istæ spinæ vernantes agni ro-
seo sanguine. Recolamus.

Lectio v. Cap. 13.

COgnosce anima mea,
cognosce, hic est Do-
minus Jesus Christus salva-
tor tuus, unigenitus Dei Fi-
lius, verus Deus, verus ho-
mo, qui solus sub sole si-
ne macula inventus est. Et
nunc Domine Jesu Redem-
ptor meus, te ut verum
Deum adoro, in te credo,
in te spero, & quibus pos-
sum desideriis ad te suspi-
ro. Adjuva imperfectionem
meam: ad tuæ passionis glo-
riosa insignia, in quibus sa-
lutem meam operatus es, to-
tum me inclino: tuæ victo-
riosæ cræcis regale vexillum
in nomine tuo, Christe, ado-
ro: tuum spineum diadema,
tuo rubentes sanguine cla-
vos, tuo sancto lateri im-
pressam immensam lanceam,

tua vulnera, tuum sangui-
nem, tuam mortem, tuam
sepulturam, tuam victorio-
sam resurrectionem, & glo-
rificationem, Christe, sup-
plex adoro, & glorifico;
odor enim mihi vitæ spirat
in omnibus his: horum vi-
vifico odore spiritum meum
à peccati morte resuscita. Ho-
rum virtute ab astutiis Sata-
næ me custodi, meque con-
forta, ut & jugum manda-
torum suave mihi fiat, &
onus crucis quod post te
bajulare me jubes, humeris
animæ meæ, leve sit, atque
portabile.

R. Occidentem illustrat
Oriens, verum solem nobis
adjiciens: * Spem vincendi
Coronam largiens.

V. Victor Christus arma
victoriæ suæ nobis transmi-
sit hodie. Spem.

Lectio vi. Cap. 17.

QUÆ est enim fortitudo
mea, ut juxta præcep-
tum tuum mundi pres-
suras tam multiplices animo
invicto sustineam? Numquid
pedes mei tamquam cervo-
rum, ut te velociter currentem
per spinas, & confraga passio-
num

num consequi valeam? Sed audi, quæso, vocem meam, & inclina super me famulum tuum suavem illam crucem, quæ lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, ut & spiritu curram alacritèr. Portabo infatigabilèr eam, quæ ab inimicis est, crucem post te: illam, inquam, divinisimam crucem humeris meis impòne, cujus latitudo est charitas, super omnem creaturam se extendens, cujus longitudo æternitas, & cujus sublimitas omnipotentia, cujus profunditas inscrutabilis sapientia est. Consiqe illi manus meas, & pedes meos, & totam formam passionis tuæ me famulum tuum indue. Ut autem, & spinarum capitis tui aliqua in me similitudo appareat, detur, obsecro, menti meæ, & salubris poenitentia: compunctio, & alienæ miseriæ compassio: & stimulus zeli æmulantis, quod rectum est coram te, & ad te convertar in arumna mea, dum triplex mihi configitur spina.

ꝑ. Egredientes filiae Jerusalem, conspiciete Coronam, quam Rex gloriæ suo sacra-

vit capite. * Et convertit in gloriam, quod fuit ad ignominiam.

ꝑ. De torrente bibens miseriæ, exaltavit caput Rex gloriæ. Et. Gloria Patri. Et.

IN III. NOCT. *Añã.*

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus, dum configitur spina.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munerata super innocentem non accepit.

Qui

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Añã. Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus, dum configitur spina.

Añã. Qui spinarum aculeis fuit cruentatus, pretioso lapide á Patre coronatur.

Psalmus 20.

Domine, in virtute tua lætabitur rex: * & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit á te: * & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutaris tuo: * gloriam, & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino: * & in misericor-

dia Altissimi non commovebitur.

Inveniat manus tua omnibus inimicis tuis: * dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos, ut clibanum ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: * & semen eorum á filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala: * cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

Añã. Qui spinarum aculeis fuit cruentatus, pretioso lapide á Patre coronatur.

Añã. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, pinguescent speciosa deserti.

Psalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion: * & tibi reddetur votum in Jerusalem.

H

Exau-

Exaudi orationem meam: *
ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum præva-
luerunt super nos: * & impi-
etatis nostris tu propiti-
tiaberis.

Beatus, quem elegisti, &
assumpsisti: * inhabitabit in
atriis tuis.

Replebimur in bonis do-
mus tuæ: * sanctum est tem-
plum tuum, mirabile in
æquitate.

Exaudi nos, Deus salu-
tatis noster, * spes omnium
finium terræ, & in mari
longe.

Præparans montes in virtu-
te tua, accinctus potentia: *
qui conturbas profundum
maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes, &
timébunt, qui habitant tér-
minos á signis tuis: * exitus
matutini, & vesperè delecta-
bis.

Visitasti terram, & ine-
briasti eam: * multiplicasti
locupletare eam.

Flumen Dei repletum est
aquis, parasti cibum illo-
rum: * quoniam ita est præ-
paratio ejus.

Rivos ejus inébria, mul-
tiplica génimina ejus: * in

stillicidiis ejus lætábitur gé-
minans.

Benedices coronæ anni be-
nignitatis tuæ: * & campi
tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa de-
serti: * & exultatione colles
accingentur.

Induti sunt arietes ovium,
& valles abundabunt frumen-
to: * clamabunt, etenim
hymnum dicent.

Añã. Benedices coronæ
anni benignitatis tuæ, pin-
guescent speciosa deserti.

¶ Stola jucunditatis induit
eum Dominus.

19. Et coronam pulchri-
tudinis posuit super caput
ejus.

Lectio S. Evangelii secun-
dum Joannem.

Lectio vii. Cap. 19.

IN illo tempore: Aprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit eum, & milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Tract. 116. in Joann.

HOC Pilatus non ob aliud fecisse, credendus est, nisi,

nisi, ut ejus injuriis Judæi satiati sufficere sibi existimarent, & usque ad ejus mortem savire desisterent. Ad hoc pertinet, quod idem præses cohortem suam etiam permisit facere, quæ sequuntur: aut fortassis & jussit, quamvis hoc Evangelista tacuerit. Dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id jussisse non dixit. Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus, & veste purpurea circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Judæorum; & dabant ei alapas. Sic implebantur, quæ de se prædixerat Christus. Sic martyres informabantur ad omnia, quæ persecutori libuisset facere perferenda. Sic paulisper occultata tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia. Sic regnum, quod de hoc mundo non erat, superbium mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat. Sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria.

¶ Corona spinea super caput ejus; * Expressa signo sanctitatis gloriæ, & honoris, & ope fortitudinis.

¶ Hac coronatus sum in domo eorum, qui me diligebant. Expressa.

Lectio viii.

EXiit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam. Exiit ergo Jesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. Hinc apparet, non ignorante Pilato, hæc á militibus facta, sive jusserit ea, sive permiserit, illa scilicet causa, quam supra diximus: ut hæc ejus ludibria inimici libentissime biberent, & ulterius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Jesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio, & dicitur eis: Ecce Homo. Si regi invidetis, jam parcite, quia dejectum videtis: flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrosa veste amictus est, amaris convitiis illusus est,

alapis cæsus est, fervet ignominia, frigescat invidia: sed non frigescit, inardescit potius, & increscit. Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant dicentes: Crucifixe, crucifixe eum, Ecce altera major invidia. Parva quippè illa videbatur velut affectata illicito ausu regie potestatis; & tamen neutrum sibi Jesus mendaciter usurpavit, sed utrumque verum est: & unigenitus Dei filius est, & Rex ab eo constitutus super Sion montem sanctum ejus. Et utrumque tunc demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patientior.

R. Dum rosæ flos exaruit, in rosa spina floruit: * Qua coronari voluit, qui in rubo apparuit.

Y. Ex spina caput cingitur, quæ per cruoris exitum ad coelum fecit aditum. Qua Gloria Patri. Qua.

Nona lect. de Homil. in Evangel. Dominica occurr.

Ad Laud. & per Hor. Aña.

Adest nova solemnitas, det laudes Deo debi-

tas fidelium devotio.

Psalm. Dominus regnavit cum reliquis de Dominica.

Aña. Christe caput Ecclesie, qui transfers ad nos hodie tui Coronam capitis, exaudi tuos famulos.

Aña. Judæi viri sanguinum spinis coronant Dominum, qui est agnus inter vepres, & hircus emissarius, ferens peccata populi.

Aña. Spinea Corona pro nobis coronatum Dominum benedicamus, & superexaltemus eum in secula.

Aña. In Coronæ memoria novæ laudis præconia exultantes attollamus.

Capitulum Cant. 3.

Egredimini, & videte filia Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua.

Hymnus.

DEUS tuorum militum Sors, & corona premium, Tuæ coronæ meritum Confer medellam omnium. Tuæ Corona spinea Tuos coronet aurea, Tua nobis humilitas

po-

in coelis. Qui tecum vivit.

Deinde fit com. Dominica occurr. & infraoct. Sancti Firmi.

AD TERTIAM.

Aña. Christe caput. *Capitulum.* Egredimini, &c. *R. brev.* Gloria, & honore * Coronasti eum Domine. Gloria &c.

Y. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti. Gloria Patri. Gloria, & honore.

Y. Posuisti Domine super caput ejus.

R. Coronam de lapide pretioso.

AD SEXTAM.

Aña. Judæi viri.

Capitulum, Apoc. 6.

Vidi, & ecce equus albus, & quis sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens, ut vinceret.

R. brev. Posuisti Domine* Super caput ejus. Posuisti.

Y. Coronam de lapide pretioso. Super caput ejus. Gloria Patri. Posuisti.

Y. Eris corona gloriæ in manu Domini.

R.

poenas repellat debitas.

Tuæ coronæ mysticæ suscepto patrocinio, Jubilus vocis melicæ Concurrat mentis gaudio.

Nostra conservat regio Tibi thesaurum inclytum, Imminente judicio, Resumes hoc depositum.

Qui tanto diademate Nos honorat in stadio, Cum utriusque Pneumate Sit laus Patri cum Filio. Amen.

Y. Eris corona gloriæ in manu Domini.

R. Et diadema regni in manu Dei tui.

Ad Benedictus Aña.

Tu Christe, nostrum gaudium, salus, corona, & premium, adesto recolentibus passionis tuæ insignia, ut cum judex adveneris, coronam justitiæ mereamur accipere.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui in memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramur in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur

ps. Et diadema regni in manu Dei tui.

AD NONAM.

Añā. In coronæ memoria.

Cap. Isat 18.

IN die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & seruum exultationis residuo populi sui.

y. brev. Eris corona gloriæ * In manu Domini. Eris.

ps. Et diadema regni in manu Dei tui. In manu. Gloria Patri. Eris corona.

ps. Stola jucunditatis induit eum Dominus.

ps. Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

IN SECUNDIS VESP. *Añā.*

Adest nova solemnitas, det laudes Deo debitas fide-
lium devotio.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: * Sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emit-

tet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: * ex utero anteluciferum genui te.

Juravit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquasabit capita in terrâ multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Añā. Adest nova solemnitas, det laudes Deo debitas fidelium devotio.

Añā. Christe caput Ecclesiæ, qui transfers ad nos hodie tui Coronam capitîs, exaudi tuos famulos.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * omni homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: * & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O, Domine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Añā. Christe caput Ecclesiæ, qui transfers ad nos hodie tui Coronam capitîs, exaudi tuos famulos.

Añā. Judæi viri sanguinum spinis coronant Dominum, qui est agnus inter vepres, & hircus emissarius ferens peccata populi.

Psalmus 130.

Domine non est exaltatum cor meum: * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua: * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino: * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Añā. Judæi viri sanguinum spinis coronant Dominum, qui est agnus inter vepres, & hircus emissarius ferens peccata populi.

Añā. Spinea Corona pro nobis coronatum Dominum benedicamus, & superexaltemus eum in sæcula.

Psalmus 139.

ERipe me Domine ab iniquo malo: * a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde: * tota die constituebant prælia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis: * venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Domine, de manu peccatoris: * & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: * absconderunt superbi laqueum mihi.

Et

Et funes extenderunt in laqueum: * juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus es tu: * exaudi Domine vocem deprecationis meae.

Domine, Domine virtus salutis meae: * obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me Domine a desiderio meo peccatori: * cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circumitus eorum: * labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, in ignem dejices eos: * in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigitur in terra: * virum injustum mala capient in interitum.

Cognovi, quia faciet Dominus judicium inopis: * & vindictam pauperum.

Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo: * & habitabunt recti cum vultu tuo.

Añã. Spinea Corona pro nobis coronatum Dominum benedicamus & superexaltemus eum in saecula.

Añã. In Coronae memo-

ria novae laudis praeconia exultantes attollamus.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu eius orationem meam, * & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum: * & tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: * & non erat, qui cognosceret me.

Periit fuga a me, * & non est, qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me: * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad constituendum nomini tuo: * me expectant jus-

jus-

justi, donec retribuas mihi.

Añã. In Coronae memoria novae laudis praeconia exultantes attollamus.

Capitulum, Hymnus, & Vers. ut in primis Vesp.

Ad Magnificat, Añã.

Rex Christe clementissime, Salvator mundi, qui pro nobis Corona spinea coronari voluisti, dá tuae familiae palmam certaminis, & Coronam victoriae, Alleluia.

Oratio. Praesta quæsumus, ut supra, comm. Dom. & infraoct.

DIE XXXI. JULII.

IN festo Sancti Ignatii Confes. Patron. totius Guipuzc. & in ea Dup. r. clas. cum oct. nul. commem.

Lectiones 1. Noct. Beatus vir, de suo communi. Reliq. ut in Breviario.

In secundis Vesp. com. diei oct. S. Jacobi tant. ut in 1. Vesp.

AUGUSTUS.

DIE VII. AUGUSTI.

IN Guipuzc. Oct. Sancti Ignatii. dup. Lect. 1. Noct. de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Bernardi Abb. Sermo 2. de S. Victore.

Lectio iv.

GAudete in Domino, dilectissimi, qui inter continua suae pietatis beneficia indulgit hominem mundo, cujus multi salvarentur exemplo. Iterum dico, gaudete, quod factus de medio appropriavit Deo, ut multo plures ejus intercessione salventur. In terris visus est, ut esset exemplo: in caelum levatus est, ut sit patrocinio. Hic informat ad vitam, illic invitat ad gloriam. Factus est mediator ad Regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, totum in

I NOS

nos transferre desiderat, & supplicantis affectum, & supplicationis fructum. Quid enim quærat sibi, qui nullius eget?

R. Honestum fecit &c.

Lectio. 2.

HÆC dies gloriosæ migrationis ejus, dies lætitiæ cordis ejus, exultemus, & lætemur in ea. Introivit in potentias Domini, gaudeamus: quia nunc potentior est ad salvandum. Hodie Beatus Ignatius, posito corpore, tanto alacrior, quanto expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloria sanctorum. Hodie despecto mundo, & mundi principe triumphato, supra mundum victor ascendit, accipiens de manu Domini coronam victoriæ. Ascendit autem cum immensa suppelectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus. Sedet veteranus miles, debita jam suavitate, & securitate quietus: securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. O venerandam etiam ipsais Angelis sanctitatem, quam

pari studio, etsi dispari voluntate, & mali fugitant, & frequentant boni! Nec facile dixerim, quid virum astruat sanctiorem, horum favor, aut pavor illorum.

R. Amavit eum, &c.

Lectio. vi.

OMnes Miles. emérite, qui Christianæ militiæ duris laboribus Angelicæ felicitatis requiem commutasti: respice ad imbelles, & imbecilles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios, & spirituales nequitias tuis laudibus occupamur. Quàm píum, quàm dulce, quàm suave, (ó Ignati), in hoc loco afflictionis, & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari! Nomen tuum, & memoriale tuum favus distillans in labiis captivorum: mel & lac sub lingua eorum, qui tui memoria delectantur. Eja ergó fortis athléta, dulcis patrone, advocate fidelis, exurge in adiutorium nobis; ut & nos de nostra ereptione gaudeamus, & tu de plena victoria glorieris.

R. Iste homo, &c.

IN

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 10.

IN illo tempore: Designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quó erat ipse venturus. Et reliqua.

De Homilia S. Greg. Papæ.
Ex homil. 17. in Ev.

MIssis autem prædicatoribus, quid dicat audiamus: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Ad messem multam operarii pauci sunt, quod sine gravi loci mærore non possumus: quia etsi sunt qui bona audiunt, desunt qui dicant. Ecce nuadus Sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operator: quia officium quidem sacerdotale suscipimus; sed opus officii non implémus. Sed pensate, fratres carissimi, pensate quod dicitur: Rogate ergo dominum mes-

sis, ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite, ut digna vobis operari valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat, ne postquam prædicationis locum suscepimus, apud justum judicem nostra nos taciturnitas addicat.

R. Iste est qui ante, &c.

Lectio viii. paulo post.

SED utinam, si ad prædicationis virtutem non sufficimus, loci nostri officium in innocentia vitæ te-neamus; nam subditur: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi enim cum regiminis curam suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia charitatis viscera non habent, domini vidéri appetunt: patres se esse minime recognoscunt; humilitatis locum in elationem dominationis immutant: & si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus sæviunt. De quibus aliás Veritas dicit: veniunt ad vos in vestimen-

tis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

R. Sint lumbi vestri &c.

Nona lectio de S. Donato Episcop. & Mart. ut in Breviario. In Vesp. com. Ss. Cyriaci &c. Mart.

DIE XXVIII. AUGUSTI.

In Matrice, ac tota Civit. Pomp.

*S*ancti Augustini Episc. Confes. ac Eccles. Doct. *dup. 1. clas. cum oct. Nulla sit com. S. Hermetis Mart.*

In primis Vesp. Añā.

Lætare Mater nostra Jerusalem, quia Rex tuus dispensatorem strenuum, & civem fidelissimum de servitute Babylonis tibi redemit Augustinum. *Psalm. Dixit Dominus, cum reliq. de Domin. & loco ultimi. Laudate Dominum omnes gentes, &c.*

Añā. Augustini mater devotissima, quem carne prius pepererat mundo, charitatis visceribus postmodum mul-

to semine lacrymarum genuit Christo.

Añā. Distulit tamen diu Baptismi gratiam, quia tumens inani Philosophia, volebat humana ratione comprehendere, quod pia mens vivacitate fidei nititur apprehendere.

Añā. Surgens autem post multos circuitus errorum, circuibat civitatem per vicos, & plateas quærendo verum animæ virum, pro quo ne moreretur, dignum judicaret mori, ut ejus semper inhæreret amor.

Añā. Inventus igitur a custodibus civitatis, & pallio vetustatis exutus (diligenter pertractata cum illis veritate) quem desiderabat invenit, & castis ejus amplexibus ardentèr inhæsit.

Cap. Eccles. 50.

ECCE sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est; duplex ædificatio, & excelsi parietes templi.

Hym-

Hymnus.

Magne Pater Augustine
Preces nostras suscipe,

Et per eas Conditore
Nos unire satage,
Atque rege gregem tuum
Summum decus Præsulum.

Amatorem paupertatis
Te collaudant pauperes:
Assertorem veritatis
Amant veri iudices;
Frangis nobis favos mellis,
De scripturis disserens.

Quæ obscura prius erant,
Nobis plana faciens;
Tu de verbis Salvatoris,
Dulcem panem conficis,
Et propinas potam viæ
De Psalmorum nectare.

Tu de vita Clericorum,
Sanctam scribis regulam,
Quam, qui amant, & sequuntur,

Viam tenent regiam,
Atque tuo sancto ductu,
Redeunt ad patriam.

Regi regum salus, vita,
Decus, & imperium,
Trinitati laus, & honor:
Sit per omne sæculum,
Qui concives nos adscribat
Supernotum civium. Amen.
y. Ora pro nobis beate
Augustine.

R. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

Ad Magnif. Añā.

Adest nobis dies celebris,
quo solutus nexu carnis sanctus
Præsul Augustinus, assumptus
est cum Angelis, ubi gaudet
cum Prophetis, lætatur cum
Apostolis, quorum plenus spiritu,
quæ predixerunt mystica, fecit
nobis pervia, post quos secunda
dispensandi verbi Dei primus
refulsit gratia.

Oratio.

DEus, qui abditiora Sapientiae tuæ arcana beato Augustino revelando, & divinae charitatis flammis in ejus corde excitando, miraculum columnæ nubis, & ignis in Ecclesia tua renovasti: concede, ut ejus ductu mundi vortices feliciter transeamus, & ad æternam promissionis patriam pervenire mereamur. Per Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Magnus Dominus & laudabilis valde. * Qui de te ne-

nebris gentium lumen Ecclesie suae vocavit Augustinum. *Psalmus.* Venite exultemus. *Hymnus.* Magne Pater. *Ut in Vesperis.*

IN I. NOCT. *Añã.*

Aperuit Augustinus codicem Apostolicum & coniectis oculis ad primum capitulum, legit: Induimini Dominum Jesum Christum, & statim quasi infusa luce securitatis, ab eo omnes dubietatis tenebrae dissugerunt. *Psalmus.* Beatus vir qui non abiit; *cum reliq. de comm. Conf. Pontific.*

Añã. Insinuavit ergo per litteras sancto viro Ambrosio praesens votum suum: & ut moneret quid sibi de libris sanctis legendum esset; quo percipiendae Christianae gratiae aptior fieret, atque paratior. *Psalm.* Quare fremuerunt gentes.

Añã. At ille iussit Isaïam Prophetam: quod praecate-ris Evangelii, vocationisque gentium sit prae-nuntiator apertior. *Psalmus.* Domine, quid multiplicati.

¶ Amavit eum Domi-

nus, & ornavit eum. *ry.* Stulam gloriae induit eum.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 50.

ECCLESIAE Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi-t domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex aedificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam a perditione. Qui prevaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis: & ingressum domus, & atrii amplificavit.

ry. Invenit se Augustinus longè esse a Deo in regione dissimilitudinis: tamquam au-diret vocem Dei de excelso: *Cibus sum grandium, * Cresce, & manducabis me.* *¶.* Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me. ** Cresce, & manducabis me.*

Lectio

Lectio ii.

QUASI stella matutina in medio nebulae, & quasi Luna plena in diebus suis lucet. Et quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriae, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quae sunt in transitu aquae, & quasi thus redolens in diebus aestatis. Quasi ignis efful-gens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, or-natum omni lapide pretioso. Quasi oliva pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens.

ry. Sensit igitur, & expertus est non esse mirum, quod palato non sano poena est panis, qui sano est suavis: ** Et oculis agris odiosa est lux, quae puris est amabilis.*

¶. Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam ejus: ** Et oculis agris.*

Lectio iii.

IN accipiendo ipsum stolam gloriae, & vestiri

eum in consumatione virtutis. In ascensu Altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans juxta aram. Et circa illum corona fratrum: quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmae, & omnes filii Aaron in gloria sua.

ry. Tunc verò invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspexit; sed aciem figere non valuit, quia non secum ferebat, nisi amantem memoriam: ** Et quasi olfacta desiderantem, quae comedere nondum posset.*

¶. Quid autem sacramenti haberet, Verbum caro factum est, nec suspicari quidem poterat. ** Et quasi Gloria Patri. Et quasi.*

IN II. NOCT. *Añã.*

Verumtamen primam hujus lectionem non intelligens, totumque talem arbitrans, distulit repetendum exercitior in dominico eloquio. *Psalm.* Cum invocarem.

Añã.

Añā. Inde ubi tempus advenit, quo nomen eum dare oportebat: relicto rure, Mediolanum remeans, baptizatus est á beato Ambrosio, fugitque ab eo sollicitudo vitæ præteritæ. *Psalm.* Verba mea auribus.

Añā. Nec satiabatur illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilii divini, super salutem generis humani. *Psalm.* Domine Dominus noster.

γ. Elegit eum Dominus Sacerdotem sibi.

δ. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Lectio iv.

Augustinus Tagaste in Africa honestis parentibus natus, ac puer docilitate ingenii æquales longè superans, brevi omnibus doctrina antecelluit. Adolescens alienus á Christiana religione, Romam, deinde Mediolanum se contulit: ubi cum frequens Ambrosii Mediolanensis Episcopi esset auditor, ejus opera incensus studio catholice Fidei, annos natus triginta tres ab eo ipso

baptizatur. Reversus in Africam, cum religione vitæ sanctimoniam conjungens, á Valerio notæ sanctitatis Episcopo Hipponensi, Præbiter factus est. Quo tempore familiam instituit religiosorum quibuscum victu communi, eodemque cultu utens, eos ad Apostolicæ vitæ, doctrinæque disciplinam diligentissimè erudièbat. Sed cum vigeret Manicheorum hæresis, in qua etiam ipse aliquamdiu fuerat, vehementius in illam invehi cœpit: Fortunatumque hæresiarcham confutavit.

β. Itaque avidissimè legere cœpit præ ceteris Apostolum Paulum: * Et perierunt illæ quæstiones, in quibus aliquando visus est ei adversari testimoniis legis, & Prophetarum textus sermonum ejus.

γ. Et apparuit una facies eloquiorum castorum, & exultare cum tremore didicit. * Et perierunt.

Lectio v.

HAC Augustini pietate commotus Valerius, cum

eum adiutorem adhibuit Episcopalis Officii. Nihil illo fuit humiliter, nihil continentius. Lectus, ac vestitus moderatus, vulgaris mensa, quam semper sacra vel lectione, vel disputatione condiebat. Tanta benignitate fuit in pauperes, ut, cum non esset alia facultas, sacra vasa frangeret, ad eorum inopiam sustentandam. Fæminarum, & in eis sororis & fratris filie contubernium familiaritatemque vitavit: quippè qui diceret: etsi propinque mulieres suspectæ non essent, tamen quæ ad eas ventitarent, posse suspicionem efficere. Nullum finem fecit prædicandi Dei verbum, nisi gravi morbo oppressus. Hæreticos perpetuò insectatus, & coram, & scriptis, ac nullo loco passus consistere: Africam á Manichæorum, Donatistarum, Pelagianorum, aliorumque præterea hæreticorum errore liberavit.

δ. Immisit ergo Dominus in mentem ejus, visumque est ei bonum in conspectu ejus pèrgere ad Simplicianum: * Qui ei bonus apparebat servus Dei: & lu-

cèbat in eo gratia divina.

ψ. Audièrat enim quod á juventute sua devotissimè Deo viveret, & verè sic erat. * Qui ei bonus.

Lectio vi.

TAM multa piè, subtiliter, & copiosè scripsit, ut Christianam doctrinam maximè illustrarit. Quem in primis secuti sunt, qui postea Theologicam disciplinam via & ratione tradiderunt. Wandalis Africam bello vastantibus, & Hippónem tertium jam mensem obsidentibus, in febriam incidit. Itaque cum discessum é vita sibi instare intelligeret, Psalmos David, qui ad poenitentiam pèrtinent, in conspectu pòsitos profússis lacrymis legèbat. Solebat autem dicere, néminem, etsi nullius sceleris sibi conscius esset, committere debere, ut sine poenitentia migraret é vita. Ergo sensibus integris in oratione defixus, astantibus Fratribus, quos ad charitatem, pietatem, virtutesque omnes erat adhortatus, migravit in coelum. Vixit

annos septuaginta sex, in Episcopatu ad triginta sex. Cujus corpus primum in Sardiniam delatum, deinde á Luitprando Longobardorum Rege magno pretio redemptum Ticinum translatum est, ibique honorificè conditum.

R. Volébat enim conferenti ætus suos, ut proferret, quis aptus esset modus vivendi sic affecto, ut ipse erat ad ambulandum in via Dei: * In qua alius sic, alius sic ibat.

Y. Displicébat enim ei quidquid agébat in sæculo præ dulcédine Dei, & decóre domus ejus, quam dilexit. * In qua alius. Gloria Patri. * In qua alius.

IN III. NOCT. *Añã.*

Flebat autem uberrimè in hymnis, & cánticis, suave sonantis Ecclesiæ vocibus vehementér affectus. *Psalmus.* Domine, quis habitabit.

Añã. Voces igitur illæ influébant auribus ejus, & eliquabátur veritas in cor ejus, & fluebant lacrymæ, & benè

illi erat cum illis. *Psalmus.* Domine in virtute.

Añã. Adjunctus inde Alipio, & Evodio, remeábat ad Africam, quærens quis eos ad benè vivendum locus habéret utilius: sed cùm esset apud Ostia Tiberina, pia mater ejus defuncta est.

Psalm. Domini est terra, & plenitudo ejus.

Y. Tu es Sacerdos in æternum.

R. Secundum ordinem Melchisedech.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii.

IN illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Lib. 1. de Serm. Domini in monte. Cap. 6.

Ostendit Dominus fatuos esse judicandos, qui temporalium bonorum vel

co-

copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos, per quos condiendi sunt quodammodum populi, metu persecutionum temporalium amisérítis regna cœlorum: qui erunt homines, per quos á vobis error auferatur, cùm vos elégerit Deus, per quos errorem auferat cæterorum?

Y. Vulneráverat charitas Christi cor ejus, & gestabat verba ejus in visceribus, quasi sagittas acutas: * Et exempla servorum Dei, quos de mortuis vivos fécerat, tamquam carbónes vastatóres.

Y. Ascendenti á conválle plorationis, & cantanti canticum graduum, déderat sagittas accútas. Et exempla.

Lectio viii.

ERgo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi ut mittátur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus, qui pátitur persecutionem, sed

qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest, nisi inferior: sed inferior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in cœlo est.

R. Accepta baptismi gratia, positus apud Ostia Tiberina cum Matre sua, colloquebantur soli valdè dulciter, & inhábant ore cordis pariter in superna fluenta fontis vitæ: * Vilescebatque mundus iste inter verba cum delectationibus suis.

Y. Tunc ait illa filio: Nulla re jam delector in hac vita; cùm te contempta felicitate terrena videam servum Dei. * Vilescebatque. Gloria Patri. * Vilescebatque.

Lectio ix.

VOS estis lumen mundi. Quó modo dixit superius sal terræ; sic nunc dicit, lumen mundi. Nam neque superius ista terra accipienda est, quam pedibus corporeis calcamus, sed homines qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis, & extinguendis

K.2

tó-

tōribus, Apotolicum Sa-
lem Dominus misit. Et hic
mundum, non cœlum, &
terram, sed homines, qui
sunt in mundo, et diligunt
mundum, oportet intelligi,
quibus illuminandis Aposto-
li missi sunt. Non potest
civitas abscondi super mon-
tem pōsita: id est, funda-
ta super insignem magnam-
que justitiam, quam signi-
ficat etiam ipse mons in quo
disputat Dominus. Te Deum
laudamus.

AD LAUDES, ET PER
Horas.

Antiphona.

Post mortem matris re-
versus est Augustinus
ad agros proprios, ubi cum
amicis, jejuniis, & orationi-
bus vacans, scribēbat libros,
& docebat indoctos.

Psalm. Dominus regnavit.
cum reliq.

Añā. Comperta autem
ejus fama, beatus Valerius
Hipponensis Episcopus, cum
a populo apprehensum, ac
sibi presentatum, licet invi-
tum, presbyterum ordinavit.

Añā. Factus ergo presbi-

ter, monasterium Monacho-
rum mox instituit, & cœ-
pit vivere secundum regu-
lam sub sanctis Apostolis
constitutam.

Añā. Sanctus autem Va-
lerius ordinator ejus exulta-
bat uberius, hominem sibi
talem datum divinitus, qui
in doctrina sana edificare
Ecclesiam esset idoneus.

Añā. Eodem tempore
Fortunatus presbyter Mani-
cheorum versutia plurimos
seducebat, quem sanctus Au-
gustinus in conventu om-
nium disputans publicè su-
peravit.

Capit. Eccles. 50.

ECCLE Sacerdos magnus,
qui in vita sua suffulsit
domum, & in diebus suis
corroboravit templum. Tem-
pli etiam altitudo ab ipso
fundata est, duplex edifi-
catio, & excelsi parietes tem-
pli.

Hymnus.

Magister Orbis maxime,
Qui mente clara cœ-
litus.

Scrutāris inscrutābile
Trini Dei mysterium.

Ecclesie Sol splendide,

Ar-

Ardore cujus igneo
Solvuntur imbres criminum,
Nubes fugantur hæresum.

Scriptis refutas Arii,
Manetis orta dōgmata,
Donāti, & atra schismata
Verbo potente dīssipas.

Per te subactis hōstibus
Christi triumphat Gratia,
Et veritatis fulmine
Anguem Britannum cōn-
teris.

Quæcumque monstra pro-
tulit

Orcus, quot inde proferet,
Libris repressa concident,
Quibus Fides innitur.

Te jure solitudines
Exuberantes Monachis:
Et restituti prædicant
Normæ priori Clérici.

Fove precantes Trinitas,
Ex Patre Verbum, Cháritas:
Quos Patris ardor édedit,
Amoris auge fructibus.

Amen.

ŷ. Ora pro nobis beate
Augustine.

℞. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

Ad Benedictus Añā.

In diebus ejus obsessa est
Civitas Hipponensis ab exer-
citu Barbarorum, inter quæ

mala fuerunt Augustino la-
crymæ suæ panes die ac
nocte; atque sub hoc even-
tu ad extremam horam ve-
niens, obdormivit in pace.

Oratio.

DEus, qui abditiora sa-
pientiæ tuæ arcána bea-
to Augustino revelando, &
divinæ charitatis flammis in
ejus corde excitando, mira-
culum columnæ nubis, &
ignis in Ecclesia tua reno-
vastis: concede, ut ejus du-
ctu mundi vórtices feliciter
transeamus, & ad æternam
promissionis patriam perve-
nire mereamur. Per Domi-
num.

Ad Tertiam.

Añā. Comperta autem.
Capitulum. Ecce Sacerdos
magnus, ut supra.

℞. brev. Amavit eum Do-
minus. * Et ornavit eum.
Amavit.

ŷ. Stulam gloriæ induit
eum. * Et ornavit eum. Glo-
ria Patri. Amavit.

ŷ. Elegit eum Dominus
Sacerdotem sibi.

℞.

ry. Ad sacrificandum ei
hostiam laudis.

Ad Sextam.

Añā. Factus ergo pres-
byter.

Capit. Eccles. 50.

IN diebus ipsius emana-
verunt putei aquarum, &
quasi mare adimpleti sunt
supra modum. Qui curavit
gentem suam, & liberavit
eam a perditione.

ry. brev. Elegit eum Do-
minus * Sacerdotem sibi.
Elegit.

y. Ad sacrificandum ei
hostiam laudis. * Sacerdo-
tem sibi. Gloria Patri. Elegit.

y. Tu es Sacerdos in ater-
num.

ry. Secundum ordinem
Melchisedech.

Ad Nonam.

Añā. Eodem tempore.

Capitulum. Eccles. 50.

Quasi stella matutina in
medio nebulae, & qua-
si Luna plena in die-
bus suis luceat. Et quasi Sol
refulgens, sic ille effulsit in
templo Dei.

ry. brev. Tu es Sacerdos.

* In aeternum. Tu es,

y. Secundum ordinem
Melchisedech. * In aeternum.
Gloria Patri. Tu es Sacerdos
in aeternum.

y. Justum deduxit Do-
minus per vias rectas.

ry. Et ostendit illi regnum
Dei.

IN SECUNDIS VESP.

Añā.

Post mortem matris. *Cum
reliquis de Laudibus. Psalm.
Dixit Dominus. Cum reliq.
de Dominica, & loco ultimi,
Psalm. Memento Domine
David.*

*Capitulum, Hymnus, & y.
ut in primis Vesp.*

Ad Magnis. Añā.

Hodie gloriosus Augusti-
nus, dissoluta hujus habita-
tionis domo, domum non
manufactam accepit in coelis,
quam sibi, cooperante Dei
gratia, manu, lingua fabre-
fecit in terris: ubi, quod
jam sitivit internum, gustat
aeternum, decoratus una sto-
la, securusque de reliqua.

*Et sic com. Decollat. S.
Joannis tant.*

DIE

DIE III. SEPTEMBRIS.

V *Esp. diei oct. ut in 1.
Vesp. festi, orat. prop.
com. praec.*

DIE IV. SEPTEMBRIS.

O *Crava Sancti Augusti-
ni dup.*

Oratio.

DEUS, qui beatum Au-
gustinum Ecclesiae tuae
in exponendis sacrae Scriptu-
rae mysteriis, doctorem opti-
mum, & electum Antistitem
providisti: da nobis, quaesumus,
ejus semper, & do-
ctrinis instrui, & oratione
fulciri. Per Dominum nos-
trum.

*Ad Matutinum, & Ho-
ras omnia ut in die Festi,
praeter ea quae sequuntur.*

*In primo Noct. Lect. de
Script. occur.*

IN II. NOCTURNO.

ANNO Domini quadrin-
gesimo quadragesi-
mo, cum Vandali totam
Africae Provinciam occupas-
sent; vastantes omnia, nec
parcentes sexui, ordini, vel
aetati: post autem ad Hippo-
nensem Civitatem pervenien-
tes, ipsam manu valida ob-
sedissent; sub hac tribulatio-
ne, Augustinus praeter ceteris
suae senectutis, amarissimam,
& lugubrem duxit vitam:
Fueruntque sibi lacrymae ejus
panes die, ac nocte, cum
alios videret occisos, alios
effugatos, Ecclesias Sacerdo-
tibus viduatas, civitates cum
accollis dissipatas. His tribus
tribulationibus attritus, ter-
tio obsidionis mense, febri-
bus laborens, lecto decum-
bit.

ry. Itaque avidissime lege-
re coepit praeter ceteris Apos-
tolum Paulum: * Et perie-
runt illae quaestiones, in qui-
bus aliquando visus est ei
adversari testimonii legis,
& Prophetarum textus ser-
monum ejus.

y. Et apparuit una fa-
cies eloquiorum castorum,
& exultare cum tremore di-
di-

74
dicit. * Et perierunt.

Lectio v.

INtelligens autem dissolutionem sui corporis imminere, septem Psalmos Penitentiales sibi scribi fecit, ipsosque in loco contra parietem positos lecto decumbans legēbat, & ubertim, ac jugiter lachrymas fundēbat: & ut Deo vacāret liberius, & ejus intentio a nullo impediri posset, ante decem dies sui exitus, nullum ad se ingredi praecepit, nisi vel cum medicus ingrederetur, vel cum sibi relectio portaretur. Quidam autem aeger ad eum venit, asserens sibi in visione praeceptum esse ut ad eum accederet, & sanitatem reciperet: Videns autem fidem ejus, pro ipso oravit, & sanitatem recepit.

ix. Immisit ergo Dominus in mentem ejus, visumque est ei bonum in conspectu ejus pēgere ad Simplicianum: * Qui ei bonus apparēbat servus Dei: Et lucēbat in eo gratia divina.

ψ. Audierat enim quod a juventute sua devotissimē

Deo viveret, & verē sic erat
* Qui ei bonus.

Lectio vi.

Denique dissolutio sui corporis appropinquans, hoc memoriale docuit, nullum videlicet hominem, quantumcumque excellentis meriti sine confessione, & Eucharistia debere transire. Ad extremam autem horam veniens membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu, atque auditu, anno aetatis suae septuagesimo septimo, Episcopatus verō quadragesimo septimo, coram positis fratribus, & orantibus, migravit ad Dominum. Verbum Dei usque ad ipsam suam aegritudinem sine intermissione alliqua praedixit. Testamentum autem nullum fecit, quia unde faceret pauper Christi non habuit.

ψ. Volebat enim conferenti astus suos, ut proferret, quis aptus esset modus vivendi sic affecto, ut ipsa erat, ad ambulandum in via Dei: * In qua alius sic, allus sic ibat.

ψ.

75
ψ. Displicēbat enim ei, quidquid agēbat in saeculo praedulcedine Dei, & decore domus ejus, quam dilexit. * In qua alius.

ψ. Gloria Patri. * In qua alius.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculetur ab hominibus. Et reliqua.

De Homilia Sancti Gregorii Papae.

Considerandum nobis est, fratres charissimi, ut qui una, eademque exortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, studeat singulos, in quantum valet, instruere, privatis locutionibus aedificare: debemus namque pensare, quod a Domino dicitur Sanctis

Apostolis, & per Apostolos nobis: Vos estis sal terrae: Si igitur sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate quia animalia Dei pascite: de quibus profecto animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

ψ. Vulneraverat Charitas Christi cor ejus, & gestabat verba ejus in visceribus, quasi sagittas acutas: * Et exempla servorum Dei, quos de mortuis vivos fecerat, tamquam carbonem vastatores.

ψ. Ascendenti a convallē plorationis, & cantanti canticum graduum, dederat sagittas acutas. * Et exempla.

Lectio viii.

Et saepe videmus, quod petra salis brutis animalibus antepōnitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, & mellorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis, debet esse Sacerdos in populis. Curare namque Sacerdotem necesse est, quae singulis dicat, unumquemque qualiter moneat:

L

ut

ut quisquis Sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu, aeternae vitae sapore conditur. Sal etenim non sumus, si corda audientium non condimus: quod profectò condimentum ille proximo veraciter impendit, qui praedicationis verbum non subtrahit. Sed tunc verè aliis recta praedicamus, si dicta rebus, & exemplis ostendimus.

R. Verbum Dei ad ultimam aegritudinem alacriter, fortiter, ac sana mente in Ecclesia praedicavit: membrisque omniibus incolumis, integro aspectu, & auditu. * Coram fratribus orantibus dormivit in pace.

V. Testamentum nullum fecit, quia, undè faceret, pauper Christi non habuit, * Coram fratribus. Gloria Patri. Coram.

Lectio ix.

NUllum autem, puto, fratres charissimi, ab aliis majus praedictum, quam à Sacerdotibus tollerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit,

dare de se exempla pravitate cernit: quando ipsi peccamus; qui compescere peccata debuimus, nulla animarum lucra quaerimus: ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intente mente captamus. Et quia eo ipso, quo caeteris praelati sumus, ad agenda quaelibet majorem licentiam habemus, susceptae benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Te Deum.

In secundis Vesp. à cap. fit de com. S. Juliani Episc. & Conf. cum com. octavo.

Festum S. Rosalæ Virg. transfertur in diem sextam Septembris.

DIE XXV. SEPTEMBRIS.

Commemoratio martyrii S. Firmini Episc. & Mart.

Mart. Patroni Regni, & Dioc. dup. in toto Regno Navarra, & Dioc.

Lect. i. Noct. de Script. occurrent. reliq. ut in ejus festo 7. Julii.

DIE XXI. OCTOBRIS.

IN Eccles. Cathedrali fit de S. Ursula, & sociis ejus Virg. & Mart. dup. quia habetur in ea unum Caput Virg.

Omnia de communi Virg. & Mart.

In primis Vesp. ad Magnific. & in Laud. ad Benedictus.

Añ. Prudentes Virgines, aptate vestras lampades: ecce sponsus venit, exite obviam ei.

V. Adducentur Regi Virgines post eam.

R. Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarum Virginum & Mar-

tyrum tuarum Ursulæ, & Sociarum ejus, palmas incesabili devotione venerari, ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

Lect. primi Noct. de Scriptur. occur.

In secundo Noct. Lect. de cõ. Virginum 2. loco.

In tertio Noct. Homilia in Evangelium: Simile erit Regnum Coelorum decem Virginibus, ut in communi Virginum.

Nona Lect. (quæ fit ex duab.) & com. Sancti Hilariensis, ut in Breviario.

DIE XXII. OCTOBRIS.

IN festo. Ss. Nativitatis, & Alodia Virginum & Mart. dup. in Dioces.

In utrisq. Vesp. ad Magnific. & in Laudibus ad Benedictus.

Añ. Prudentes Virgines. V. Adducentur ut in communi.

L. O.

ADjuvent nos quæsumus, Domine, merita, intercessionisque Sanctarum Virginum, & Martyrum tuarum Nunilonis, & Alodiæ, ut qui earum solemnitatem votivo cõlimus honore, ipsarum suffragiis ab omnibus malis erui mereámur. Per Dominum.

In primo Nocturno Lect. de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iii.

NUnilo, & Alodia sorores non longè ab Urbe Osea nobilibus parentibus, sed patre Gentili, matre verò Christiana ortæ, à primis annis fidei præceptis à matre institutæ, in dièss moribus, & Christiana doctrina profecerunt. Hanc itaque vitæ rationem, matremortua cum vigilantissimè exequerentur, impium per totam ferè Hispaniam Abderramis Cordubensium Regis promulgatur edictum, ut quicumque utroque, vel altero parente Ethnico geni-

tus esset, nisi Christum abnegaret, capite plecteretur. Cumque hoc sacrilegum edictum per omnes ferè Provincias in Regno præsertim Aragonum observaretur, quidam Sanctarum Virginum cognatus, quòd illis ut Christi fidem abnegarent, persuadere non potuisset, eas defert ad iudicem, contra edictum regis, patre ortas gentili fidem profiteri Christianam.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. * Et deducet.

Lectio v.

Quas ille statim jubet sibi præsentari. At Virgines nec precibus, nec minis ullo modo flecti potuerunt, ut à sancto proposito recederent. Quare iracensus iudex, jubet eas domi ipsarum, ut vel sic tenerentur, arctissimis vinculis alligari; at illæ majori tunc

tunc animo sese invicem hortabantur ad agónem, laborumque tolerantiam. Quo cognito scelestus ille Sanctarum Virginum cognatus, ad Regem Ismael, qui tunc Oscæ præerat, se contulit, coepitque eas instantè accusare. Quas ille ad se perducitas, postquam nulla ratione potuit à fide deflectere, jubet in carcerem variis tormentis affligi, & post quadraginta dies, si in proposito perseveraverint, capite plecti. Ubi cum lictor majori dixisset: Nunilo cervicem extende: tunc illa crinibus, caput circumligans; feri, inquit, velociter, cui cum paululum crura nudarentur, Soror occurrens illa cooperuit, ubi, & ipsa statim decollata est duodecimo Kalendas Novembris.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam.

* Propterea.

EArum corpora in loco, qui dicitur Furcas, ut à bestiis devorarentur, pòsita, Dei beneficio intacta ab eis extiterunt: quæ Christiani à rege obtenta sepelierunt. Cum autem in loco ubi sepulta fuerant, è cœlo splendida lumina cernerentur, ita ut Rex etiam ipse miraretur, corpora inde exhumari, & in altum urbis pùteum, superjecto magno lapidum, & terræ aggere, nequando à Christianis invenirentur, ac colerentur, Rex projici jubet. At Dominus, qui discipulis suis dixit; capillus de capite vestro non peribit, Onecæ Regina Navarræ inspiravit religiosè, sollicitèque ea investigate, quæ tandem inventa, in celeberrimum Sancti Salvatoris Legensis Cœnobium honorifice transtulit decimoquarto Kalendas Maji, ubi populorum frequentia venerantur.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proxima ejus: * Afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

V.

So.

ψ. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. * Afferentur. Gloria Patri. * Afferentur.

IN III. NOCTURNO.

HOmil. in Evangelium. Accesserunt ad Jesum, ut in Communi Virginum secundo loco.

DIE XXVIII. NOVEMB.

IN Civitate Pompelonens. jejunatur pro Vigil. S. Andreae auctoritate majorum. Si vero venerit in Dominica, jejunatur die praecedenti.

Vesp. seq. nul. com. nisi venerit in Adventu.

DIE XXIX. NOVEMBR.

IN festo S. Saturnini Ep. & Mart. & Patroni Civitatis Pompelon.

In Civit. dup. 1. clas. cum octava.

Extra eam dup. 2. clas. sine octava.

Omnia de cñi. unius Mr. Oratio. Infirmiorem.

In primo Noct. Lect. A Mileto. de eodem cñi. 1. loco.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Saturninus Episcopus a Beato Petro Apostolorum Principe ordinatus, ad praedicandum Christi Evangelium in Galliam missus est. Qui cum Tollosam miserabili gentium errore detentam videret, eam divino fretus auxilio ad verum Dei cultum perducere coepit, ibique parvulam Ecclesiam, ubi divina perageret officia, construxit. Propagandi autem Verbi Dei amore incensus, Honestum Presbyterum in Hispaniam misit. Qui a Pompelonensibus benigne receptus, ab eo precibus impetravit, ut istuc Saturninum Tolosanum Episcopum accersiret. Quo cum ille accersitus libenter venisset, Beati Saturnini adhortationibus brevi ad quadraginta hominum millia ex urbe, & circumvicinis oppidis fidem susceperunt. In quibus fuerunt

tres

tres nobiles Senatores Faustus, Fortunatus, & Firmus, cujus filius Firminus postea Episcopus Pompelonensis creatus est.

ψ. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam.

ψ. Descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Cognita deinde Pompeionensium pietate, & in religione profectu, relicto ibi Honesto Evangelicae praedicationis gratia, Saturninus Tolosam rediit. Qui cum ad templum, quod juxta Capitolium aedificaverat, frequenter accederet, fallax daemonum turba sancti viri praesentiam sustinere non poterat: & ut erant muta simulacra, ad solita consulentium vota, responsa dare remuebant. Qua rei novitate idolorum Sacerdotes commoti, inter se conquisierunt unde illa inusitata taciturnitas suis numinibus obveni-

sset. Ut vero cognoverunt crebro Saturnini ad Ecclesiam transitu garrula numina muta fieri, ejusque praedicatione populi magnam partem Christo Jesu tamquam vero Deo cultum, & reverentiam adhibuisse, beatum Episcopum interficere decreverunt.

ψ. Desiderium animae ejus tribuisti ei, Domine: * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

ψ. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

Porro cum illi tauro ad victimam parato certi aliquid de his, quae dicebantur, studiosius vellent agnoscere, & Deos suos litatione tam ingentis hostiae propitios sibi reddere vellent, Saturninum ipsum ad Ecclesiam venientem comprehendunt, eique vel diis sacrificare, vel mortem subire proponunt. Qui cum se unum, & verum Deum colere, &

ei

ei hostias ludis immolare profiteretur, deos autem gentium demones, & inania simulacra esse palam diceret, ad hanc vocem omnis illa sacrilega multitudo commota est, & tauro ad victimam preparato Saturninum tamquam deorum hostem alligant, atque ictum stimulis acribus eundem taurum cum ipso de superiori Capitolii parte præcipitant: Qui in primis gradibus capite colliso, cerebroque excusso, ac corpore omnium membrorum parte lacerato, dignam Deo animam reddidit tertio Kalendas Decembris in persecutione Neronis. Ejus corpus duæ tantum mulieres sexus infirmitatem fidei virtute superantes, ligneo feretro immisum, in abdito, profundoque loco condiderunt.

iy. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

W. Cibavit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et. Gloria Patri. Et.

In tertio Noct. Evangelium. Si quis venit ad me, de Communi unius Martyr. primo loco.

In Civitate nihil de Vigil. S. Andreae, nec de S. Saturnino Mart. In Adventu autem fit commem. feria.

Extra Civitatem in Dioc. nona lectio, & commem. Vigil. & S. Saturnini Mart. In Adventu non fit commem. Vigil. in Laud.

In Civitate in secundis Vesp. fit commem. S. Andreae Apostol. & feria in Adventu.

Extra Civitatem in Dioc. Vesp. S. Andreae Apostol. ut in Breviar. commem. S. Saturnini Episc. & Mart. & feria in Adventu.

Quando festum S. Saturnini venerit in Dominica prima Adventus transfertur post festum S. Andreae.

DIE XXX. NOVEMBRIS.

IN festo S. Andreae Apostol. dup. secundæ clas. ut in Breviar. & in Laudib. non fit commem. in Civitate

te suæ oct. fit verò feria in Adventu.

In secundis Vesp. (in Civitate) fit commem. octav. si die sequenti fiat Officium de ea. Si verò die sequenti fiat de festo S. Saturnini, in Civitat. Vesp. erunt de S. Saturnino cum commem. S. Andreae Apost. & fer. Et extra Civitat. in Dioc. Vesp. S. Andreae Apost. cum commem. S. Saturnini & fer.

DIE I. DECEMBRIS.

Tertia die infraoctav. Sancti Saturnini, de ea semidup.

In primo Noct. Lect. de Scriptura occurrent.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Augustini Episc.

De S. Cypriano 22.

Lectio iv.

Sermonem exigit tam grata, & religiosa solemnitas, qua passionem Beati Martyris Saturnini celebramus. Tristis proculdubio

tunc Ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis: semper cupiens videre præsentem tam bonum rectorem atque doctorem. Sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, consolata est corona victoris. Et nunc non solum sine ulla tristitia, verum etiam cum ingenti lætitia cuncta, quæ tunc gesta sunt, legendo recolimus, dieque isto gaudere nobis concessum est, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntem.

R. Honestum fecit, &c.

Lectio v.

Vicina corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendi Domini gregis usque ad extremum vitæ hujus diem mente sobria tenebatur: nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris, manus tam proxima cruenti carnificis. Ita se martyrem cogitabat futurum, ut esse non oblivisceretur Episc.

M co-

copum; magis curans, quam rationem pastorum Principi de comissis sibi ovibus redderet, quàm quid infideli de fide propria responderet. Amabat quippè eum, qui Petro dixerat, amas me? Pasce oves meas: & pascebat oves ejus, pro quibus sanguinem fundere illum imitans properabat.

R. Desiderium animæ ejus &c.

Lectio vi.

PRæcesserant eum multi martyres, quos flagrantissimis exhortationibus suis ad vincendum diabolum accenderat; & erat utique justum, ut quos veridicus loquendo præmisserat, patiendo intrepidus sequeretur. Quid ad hæc dicamus? Quid ad hæc exulemus tanta conceptione gaudiorum? In quid erumpat cor nostrum, & os nostrum? Habentes memoriam præsentis loci, festivitatem solemnissimi diei, propositione saluberrimi exempli, omnibus medullis nostris dicamus: Deo gratias.

R. Stola jucunditatis &c.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

De Homil. Sancti Gregorii Papæ.

SCimus, quia cùm de terra Philistinorum arca Domini ad terram Israelitarum rediret, plastro superimposita est, & vaccæ plastro subjunctæ sunt, quæ foetæ fuisse memorantur, quarum vitulos cluserunt domi. Et scriptum est: ibant autem in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethsames: uno itinere gradiebantur, pergentes, & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram. Quid igitur vaccæ, nisi fideles quosque in Ecclesia designant? Qui dùm sacri

elo-

eloquii præcepta considerant, quasi superimpositam sibi Domini arcam portant.
R. Corona aurea &c.

Lectio viii.

DE quibus hoc etiam est notandum, quod fuisse foetæ memorantur: quia sunt plerique, qui in via Dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur; sed non declinant à recto itinere, quia arcam Dei portant in mente. Ecce enim vaccæ Bethsames pergunt: Bethsames quippè domus solis dicitur; & Propheta ait: vobis autem, qui timetis Dominum, orietur Sol justitiæ. Si igitur ad æterni Solis habitationem tendimus, dignum profectò est, ut de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus: tota enim virtute pensandum est, quòd vaccæ Dei plastro suppositæ pergunt, & gemynt: dant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non deflectunt gressus. Sic nimirum fideles quique esse debent, ut compatiantur proximis per charitatem, &

tamen de via Dei non exorbitent per compassionem.
R. Hic est verè martyr, &c.

Lectio ix.

HOC ipsum verò odium animæ, qualiter exhiberi debeat, Veritas subdendo manifestat, dicens: & qui non bajulat crucem suam et cætera. Crux quippè à cruciatu dicitur; & duobus modis crucem Domini bajulamus, cùm aut per abstinentiam carnem afficimus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Sciendum verò est, quòd sunt nonnulli, qui carnis abstinentiam non pro Deo sed pro inani gloria exhibent; & sunt plerique, qui compassionem proximo non spiritualiter, sed carnaliter impendunt, ut ei non ad virtutem, sed quasi miserando ad culpas faveant. Hi itaque crucem quidem videntur ferre, sed Dominum non sequuntur. Unde rectè hæc eadem Veritas dicit: qui

M 2

non

non bajulat crucem suam,
& venit post me, non po-
test meus esse discipulus. Te
Deum.

*In secundis Vesp. á cap.
fit de S. Bibiana Virg. &
Mart. cum commem. octav.
& in Adventu etiam de fer.*

DIE II. DECEMBRIS.

Quarta die infraoct. in
festo S. Bibiane Virg.
& Mart. semidup. ut
in Breviar. commem. oct. &
in Adventu ferie.

*Vesp. de S. Francisco Xa-
verio. Intra Regnum, etiam
in Civitate, comm. fer. tant.*

*Extra Regnum in Dioc.
comm. S. Bibiane, & fer.*

DIE III. DECEMBRIS.

In festo S. Francisci Xa-
verii Conf. Patron. Re-
gni. Dup. i. clas. cum oct.
intra Regnum in Dioc.

*In primo Nocturno Lect.
Beatus vir, de Communi Con-
fesor. non Pontific. secunde
lecto.*

*In secundo, & tertio Noct.
ut in Breviar.*

*In Laudibus com. feria.
In Civitate nihil de sua oct.
in Laudib.*

*Extra Regnum dup maj.
Lect. i. Noct. Beatus vir,
de eodem Communi. Reliq. ut
supra.*

*In secundis Vesp. ubique
com. S. Barbaræ Virg. &
Martyr. ut in Breviar. &
feria. In Civitate nihil de
sua oct.*

DIE IV. DECEMBRIS.

Sexta die infraoct. San-
cti Saturnini, & secun-
da S. Francisci Xaverii.

*In festo S. Barbaræ Virg.
& Mart. dup. ut in Bre-
viar.*

*In Laudib. (in Civitate)
commem. S. Saturnini, S.
Francisci Xaverii, & fer.
(in Regno) commem. San-
cti Francisci Xaverii, &
feria.*

DIE

natales dignè martyrum ce-
lebremus.

DIE VI. DECEMBRIS. Pro Civitate.

*In die oct. Sti. Saturnini
dup. Omnia ut in die festi.
In i. Noct. Lect. de Script.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Petri Chrysologi.

*De S. Cypriano. 129.
Lectio iv.*

Quoniam hodie Deo in
natali S. Saturnini Mar-
tyris convenimus, in
quo miro certamine de dia-
bolo triumphavit: & quia
nobis virtutum suarum glo-
riosum reliquit exemplum;
ideò exultare nos convenit,
& lætari. Natalem ergo san-
ctorum cum auditis, charis-
simi, nolite putare illum di-
ei, quo nascuntur in terram
de carne, sed de terra in
cælum, de labore ad re-
quiem, de tentationibus ad
quietem, de cruciatibus ad
delicias, non fluxas, sed for-
tes, & stabiles, & æternas;
de mundanis risibus ad co-
ronam, & gloriam. Tales

R. Honestum fecit illum
Dominus, & custodivit eum
ab inimicis, & á seducto-
ribus tutavit illum: * Et
dedit illi claritatem æternam.
y. Descenditque cum illo
in foveam, & in vinculis
non dereliquit eum. Et de-
dit.

Lectio v.

CUM ergo hujusmodi fes-
tivitas agitur, noli æs-
timare, charissime, quòd in
solis prandiis, & profusio-
ribus epulis natales marty-
rum celebrentur, sed imitan-
dum tibi proponitur, quòd
in memoria martyris cele-
bras. Aspice ergo, charissi-
me, alacritatem populi cir-
cumstantis; in hac enim die
aliquando turba astitit im-
piorum; cum Sanctus Sa-
turninus jussu tyrani ferire-
tur: turbæ erant malorum
expectantium chori; nunc
multitudo fidelium ad colle-
tandum devota confluit:
tunc turba sævientium: nunc
exultantium; tunc despera-
torum, nunc sperantium.

R. Desiderium animæ ejus
tri-

tribuisti ei Domine: * Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum.

ψ. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vi.

Idcirco ergo natales martyrum annua letitia celebrantur, ut quod semel actum est, per omne ævum in memoria maneat devotorum. Gesta res est, charissime, ne te diceres ignorare; celebrantur annua, ne dicas, oblitus sum. Ad hæc ergo imitanda vos animate, charissimi, hanc magnanimitatis gratiam concupiscite: hoc petite dari vobis, quod ille meruit adipisci.

ψ. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

ψ. Cibavit illum Dominus pane vite, & intellectus; & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et. Gloria Patri. Et.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 14.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Ex Epist. 38.

Sumptus ad turrim ædificandam, & bellantium valentia decem millium adversus regem, qui viginti habet, nihil est aliud, quam ut renunciet unusquisque omnibus, quæ sunt ejus. Prælocutio autem superior cum extrema conclusione concordat: in eo enim, quod unusquisque renuntiat omnibus, quæ sunt ejus, etiam illud continetur, ut odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam.

suam. Omnia enim hæc propria ejus sunt, quæ plerumque implicant, & impediunt ad obtinenda, non ista propria temporaliter transitura, sed in æternum mansura communia.

ψ. Corona aurea super caput ejus: * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

ψ. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viii.

NEC succenseant parentes, hoc præcipere Dominum, ut eos oderimus, quando nobis hoc de anima nostra præcipitur. Sicut autem hoc præceptum, quod perdere jubemur animam nostram, non ad id valet, ut se quisque interimat, quod inexpiable nefas est: & tamen valet ut interimat in se carnalem animæ affectum, quo cum impedimento future vite præsens vita delectat: ita de parentibus relictissimè dicitur, ut qui eos

amat, perdat eos, non more parricidarum interficiens, sed spiritali gladio Verbi Dei carnalem affectum eorum, quo & se ipsos, & eos, quos genuerunt, irritamentis hujus sæculi obligare conantur, piè, fidenterque percutiens, & occidens, illud in eis vivere faciat, quo cum filiis suis temporalibus, parentes æternos Deum, Ecclesiamque cognoscunt.

ψ. Hic est verè martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas judicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsivit, sed ad cœlestia regna pervenit.

ψ. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui. Gloria Patri. Qui.

Lectio ix.

Tolle Crucem tuam, & sequere Dominum: Crux enim nostra, quam Dominus portari a nobis jubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud, quam mortalitatem carnis hujus significat? Ipsa enim nos cruciat,

90
ciat, donec absorbeat mors
in victoriam. Crux ergo hæc
ipsa crucifigenda est, &
transfigenda est clavis timo-
ris Dei, ne solutis, & li-
beris membris reluctanter
portare non possis: sequi
enim Dominum, nisi eam
portans, omnino non vales;
nam quomodo eum sequeris,
si non es ejus? qui autem
Jesu Christi sunt, ait
Apostolus, carnem suam cru-
cifixerunt cum passionibus,
& desideriis. Te Deum.

*Ad Laud. fit com. Sancti
Francisci Xaverii, & se-
riæ.*

*In secundis Vesp. à cap.
fit de S. Ambrosio Episc.
cum com. oct. S. Saturnini,
Sancti Francisci Xaverii, &
seriæ.*

*Si hæc dies octava vene-
rit in Dominica recitatur hoc
modo.*

*In Sabbato præced. Vesp.
erunt de S. Petro cum com.
Dominicæ, diei oct. S. Sa-
turnini ut in primis Vesp.
fest. & Sancti Francisci
Xaverii.*

*In die Dominica in Laud.
fit com. octava S. Saturni-
ni,*

*ni, & S. Francisci Xaverii.
Vesp. de Sancto Ambro-
sio Ep. com. Dominicæ octa-
væ S. Saturnini, & S. Fran-
cisci Xaverii.*

PRO REGNO.

IPSA DIE VI. DECEMB:

IIT de Sancto Nicolao
Episc. & Conf. dup.
cum com. Sancti Francisci
Xaverii, & seriæ.

*In secundis Vesp. à cap.
fit de S. Ambrosio, com. S.
Nicolai, S. Francisci Xa-
verii, & ser.*

DIE VII. DECEMBRIS.

IN festo Sancti Ambro-
sii Episc. Conf. & Ec-
cles. Doct. dup. In Laud.
com. S. Francisci Xaverii,
& ser.

*Vesp. Conception. B. M.
V. com. ser. tant. nil de oct.*

DIE

91
IN II. NOCTURNO.

DIE VIII. DECEMBRIS.

De Sermone S. Bernardi Ab-
batis.

Sermo 2. de S. Victore.

Lectio iv.

GAudete in Domino, di-
lectissimi, qui inter
continua suæ pietatis bene-
ficia indulget hominem munda-
do, cujus multi salvarentur
exemplo. Iterum dico, gau-
dete, quod factus de medio
appropiavit Deo, ut multo
plures ejus intercessione sal-
ventur. In terris visus est,
ut esset exemplo: in coelum
levatus est, ut sit patrocinio.
Hic informat ad vitam, illic
invitat ad gloriam. Factus
est mediator ad Regnum, qui
fuit incitator ad opus. Bo-
nus mediator; qui sibi jam
postulans nihil, totum in nos
transferre desiderat, & sup-
plicantis affectum, & suppli-
cationis fructum. Quid enim
quærat sibi, qui nullius eget?
Et. Honestum fecit illum
Dominus, & custodivit eum
ab inimicis, & a seductori-
bus tutavit illum: * Et de-
dit illi claritatem æternam.

N y.

IN festo Concept. B. M.
V. dup. 1. clas. cum
octav.

In Laud. com. ser. tant.

*In secundis Vesp. com. S.
Leocadia Virg. & Martyr.
& ser. tant.*

DIE IX. DECEMBRIS.

IN festo Sanctæ Leocadiæ
Virg. & Martyr. dup.
(Hisp.)

*In Laudib. com. oct. Con-
ception. S. Francisci Xave-
rii, & ser.*

*In secundis Vesp. à cap.
fit de oct. S. Francisci Xa-
verii, ut in primis Vesp. fest.
com. S. Leocadia, Concept.
ser. & S. Melchadis Mart.*

DIE X. DECEMBRIS.

Octav. S. Francisci Xa-
verii dup. In 1. Noct.
Lect. de Script.

¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

HÆC dies gloriosæ migrationis ejus, dies lætitiæ cordis ejus; exultemus, & lætemur in ea. Introivit potentias Domini, gaudeamus: quia nunc potentior est ad salvandum. Hodie Beatus Franciscus Xaverius, posito corpore, tantò alacrior, quantò expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloria sanctorum. Hodie despecto mundo, & mundi principe triumphato, supra mundum victor ascendit, accipiens de manu Domini coronam victoriæ. Ascendit autem cum immensa suppelectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus. Sedet veteranus miles, debita jam suavitate, & securitate quietus: securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. O venerandam etiam ipsis Angelis Sanctitatem, quam pari studio, etsi dispari voluntate, & mali surgant, & frequentant boni!

Nec facillè dixerim, quid virum astruat sanctiorem, horum favor, aut pavor illorum.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum.

¶ Induit eum Dominus lorica m fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

OMnes emérîte, qui Christianæ militiæ duris laboribus Angelicæ felicitatis requiem commutastis: respice ad imbelles, & imbecilles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios, & spirituales nequitias tuis laudibus occupamur. Quàm piam, quàm dulce, quàm suave, (ó Franciscæ Xaverii) in hoc loco afflictionis, & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari! Nomen tuum, & memoriale tuum favus distilans in labiis captivorum, mel, & lac sub lingua eorum, qui tui memoria delectantur. Ejá ergo fortis athleta, dulcis Patrone, advoca-

ca

cate fidelis, exurge in adjutorium nobis; ut, & nos de nostra ereptione gaudeamus, & tu de plena victoria glories.

¶ Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

¶ Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelestia regna. Quia, Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno Evangelium, & Homil. ut in die fest.

In Laudib. commem. oct. Concept. fer. & Sanct. Melchiadis.

In 2. Vesp. com. Sancti Damasi Pap. & Conf. oct. Concept. & fer.

Si hæc octava venerit in Domin. recitatur hoc modo.

In Sabbato præcedent. Vesp. de S. Leocadia cum commem. Dominicæ, Sancti Xaverii, ut in 1. Vesp. octav. Concept. & S. Melchiadis Mart.

In die Dominica in Laudibus, com. S. Xaverii, oct. Concept. & Sancti Melchiadis.

In secundis Vesp. commem. S. Xaverii, S. Damasi Pap. & Concept.

FIN.

1870
The first of the year
was a very dry one
and the crops were
very poor.

The second of the year
was a very wet one
and the crops were
very good.

The third of the year
was a very dry one
and the crops were
very poor.

The fourth of the year
was a very wet one
and the crops were
very good.

The fifth of the year
was a very dry one
and the crops were
very poor.

A

